3 in forma. †Et tunc aut prima non traxerat ſecum executionem, qñ appellatur ab interlocutoria, quia non reſcindit pronunciatũ, quod poteſt, quia iudex poteſt non obſtante appellatione procedere in cauſa, ſi non eſt ſibi inhibitum per ſuperiorem, vt in c. nõ ſolum. de appel. li. 6. Et tunc valet vtraque, & poteſt proſequi quã vult. Et ita poteſt intelligi quod no. Io. Andr. in c. bonæ. de appell, & incipit tp̃s appellationis currere ab illa quam proſequetur, qđ ex poſtfacto apparebit, & ex poſtfacto poteſt apparere, ſi expreſſerit, q̃ ex illis uelit proſequi. Sed ſi non expreſſerit, nec aliter apparere poteſt, q̃ proſecutus fuerit, a qua illarum incipiat tp̃s proſecutionis, hic non declaratur. Si uero prima traxit ſecum executionem, quia interponitur a diffinitiua, & ſic ſtatim eam reſcindit. vt l. j. in fi. ad Turp. tunc aduertendum, ꝙ aut prima fuit facta ſimpliciter, non ſub commemoratione ſecundæ, & tunc tres fuerunt opiniones, vna Bar. quam ponit hic, ꝙ cum prima appellatio operata fuit effectum reſciſſionis ſnĩæ, & id quod eſt reſciſſum amplius non poteſt reſcindi, vt l nam & ſi ſub cõditione. de iniu. teſt. ſecunda appellatio erit fruſtratoria, pro hoc bene facit quod not. gl. j. mag. in fi. in l. ſi vnus. §. pactus. ſ. de pac. dum dicit, ꝙ primum fuit operatum id, quod per ſ'm amplius fieri non poteſt, & iſta eſt vera opi. Alia fuit opi. Ang. ꝙ valeat ſecunda, & per ipſam videat̃ receſſum a prima, per l. ſi quis libellos. C. de accuſa. quæ nihil facit, nam bene probat, ꝙ ab appellatione quam quis facit, poteſt recedere, ſed ꝙ videatur receſſiſſe interponendo ſecundam non probat, imo plus dicit, ꝙ ſi interponendo ſecũdam diceret ſe velle recedere a prima, nec primam poſſet proſequi, quia ab ea receſſit, nec ſecundam, q̃ nõ potuerit operari id quod prima operata fuiſſet per gl. præalleg. in §. pactus. Nec obſtat ꝙ adhuc ſupereſt de tẽpore appellandi ſ'm eum. Nam dico, ꝙ imo non ſupereſt, ſed interpoſitio primę ſublata eſt, quia ceſſante cauſa dilationis ceſſat dilatio. vt l. a filia. §. alumna. ad Trebel. Tertia vr̃ fuiſſe opin. Io. And. in d. c. bonæ. ꝙ valeat vtraq;, & poſſit proſequi, quam vult, ſed nõ placet, quia non rñdet ad cauſam. Bar. quæ eſt demõſtratiua. Tene ergo ipſam quam etiam tenet Bal. in l. appellationes. C. de app.

4 ubi proſequitur hunc articulum multum ſubtiliter. † Aut prima appellatio fuit facta ſub commemoratione ſecundæ, vt quia appellauit viua voce, ſaluo iure appellandi in ſcriptis, vt quotidie fit, & tunc dicit Bart. ꝙ eſt vnica tñ appellatio, ſ. prima, viua uoce, q̃ poſtea in ſcriptis redigitur, & ſic incipiet tempus currere ab interpoſitione primæ. Super hoc alias vidi quam plurima conſilia notabilium Doc. & quidam tenebant hanc opinionem, quam etiã pro tunc fui proſecutus, nunc videtur mihi verior altera opinio, ꝙ ſit vna, ut dicit Bart. non tñ prima, ſed ſecunda facta in ſcriptis, & quod ab illa debeat tempus incipere, & ꝙ prima interpoſita viua voce fuerit potius quædam proteſtatio de appellando in ſcri-

a ptis, quàm appellatio.[a] argu. in fi. l. fideicommiſſa. §. j de leg. 3. quia hoc eſt vtilius appellanti. Ergo &c. argum. l. ſi quis intentione. ſupra de iudic.

ADDITIO.

a ¶Quam appellatio. Adde eundem conſi. 25. Ludo. Ro. conſi. 41. an autem cum iudex infert vnũ grauamen, & ab eo appellatur in ſcriptis, an denuo inferat ſimile grauamen, & ſufficiat verbo dicere, appello, prout in tali ſchedula alias appellaui. vide Rotam deci. ſuis de appel. deciſ. 362. ſed qd ſi appellãti a diffinitiua viua voce, iudex differat & ſtatuat terminum ad proſequendum, deinde is appellãs inter decendium appellet in ſcriptis, & petiit apoſtolos, & iudex nihil rñdeat, vel ſi dedit, non ſtatuit terminũ ad proſequendum & non proſequatur primam appellationem, an poterit ſecundam proſequi? uide Do. de Rota in recollectis per D. Bernar. de Big. de appel. deciſ. 23. incip. appellatum eſt a diffinitiua viua uoce. ubi cõcludunt ꝙ appellãs ſ'm appellationem poterit proſequi dato ꝙ iudex in ſecundo non ſtatuerit terminum ad proſequendum, ſed in prima, & ita no. vnam ampliationem & declarationem eorum quæ hic dicunt Doct.

§.Si in remiſsione. Remiſſio facta per falſum ꝓcuratorem non nocet dño. h.d. in effectu. & ſic non obſtat principium l. quia ibi erat verus ꝓcurator, hic falſus. Item ibi ipſemet procurator nunciauerat hic nunciauerat dñs. Qui ergo tanq̃ procurator nunciantis cõparet cum petitur remiſſio ſi dubitatur de mandato, dẽt cauere de rato, vt etiam dixi ſ. in l. de pupillo. §. qui procuratorio.

LEX XV.

1 *In actione confeſſoria, & negatoria contra reum, ſe non defendentem officiũ iudicis eſt, ut cõpellat ipſum cauere de non faciendo aliquam nouitatem, & de non vtendo iure ſuo quouſque egerit et de iure ſuo ꝓbauerit.*

2 *Quicunque ſuſtinet partes actoris, habet hoc incommodum ꝙ cogitur ꝓbare intentionem ſuam.*

3 *Si iſte reus, de quo in hac lege, contumax poſt factum præceptum de cauẽdo, compareat intra annum, & offerat ſatiſdationem de iudicio ſiſti, & etiam de ſoluendo expenſas, ꝙ faciat reuocare hoc præceptum, et ſi iam cautionem præſtitiſſet, liberaretur ab ea, nec teneretur agere & probare, ſed remaneret reus.*

4 *Quid ſi compareat poſt annum.*

*Ius præſumit rem durare in eo ſtatu, in quo ſemel fuit, niſi probetur contrarium.*

1 SI prius. †In actione confeſſoria, & negatoria ꝯ reum ſe non defendentem officium iudicis eſt, vt compellat ipſum cauere de non faciẽdo aliq̃ nouitatẽ, & de non vtendo iure ſuo quouſq; egerit & de iure ſuo probauerit. h.d. iſta ſingularis lex, & difficilis



UNIVERSITARIA GRANADA

in ſui materia. Et aduerte quòd iſta cautio in iurib. corporalibus
hr̃ loco primi decreti, quod interponitur in rebus corporalibus
ꝯ ſe non defendentem, ut patet ex notatis ꝑ Inno. in c. i. de eo qui
mit. in poſſ. non enim poteſt fieri miſſio ex primo decreto ꝑ aliũ
modũ, cum iſta iura incorporalia non poſſideantur, vt Inſtit. de
rebus corpora. & ĩcorpora. §. incorporalia. & hẽt iſta lex tres par
tes, quia primo loquit̃ in reo qui fuit ꝯtumax in actione cõfeſſo-
ria intentata ꝑ actorẽ, vſque ibi, {ſimiliter.} Secũda in reo qui fuit
ꝯtumax in actione negatoria, vſque ibi. {ea quæ.} Tertio ex his q̃
dicta ſunt in utroq; dicto elicit vnam concluſionẽ, de qua ſupra
non dixerat, & ſic ille finis refert̃ ad vtrunq; caſũ ſm glo. ſed ſm
Dyn. non refert̃ niſi ad ſm, primũ eſt verius. In hoc tñ differunt,
quia prout refertur ad primũ, intelligitur quòd debeat probare
agens non libertatẽ rei ſuę quę ꝓſumatur libera, ſed hẽt probare
ſe dñm eſſe illius rei, pro cuius libertate agit, vel ſe poſſeſſorem ꝑ
legẽ uti frui. §. j. ſupra ſi vſusfr. petat. Sed prout refertur ad ſm ca-
ſum, dẽt intelligi quòd reus in negatoriã qui nũc efficit̃ actor ꝑꝑ
eius contumaciã, & hẽt intentare confeſſoriam, debet probare
a de ſeruitute, quæ non [a] præſumitur, niſi probetur, per l. Lucius. C.
de ſerui. Et iſtum reſpectũ habuit fortè Dy. ideo dixit non referri
niſi ad ſm caſum, quia in primo non eſt neceſſe probare liberta-
tem, ſed certè ipſe non perpendit, quòd ſaltem non eſt neceſſe
probare dñium, vel poſſeſſionem rei pro cuius libertate agit, &
hoc incommodum conſequitur ꝑꝑ eius contumaciam. Si non
fuiſſet contumax, fuiſſet reus, & non habuiſſet neceſſe probare,
2 nunc efficitur actor, & hẽt neceſſe probare, † q̃a iſta eſt rl̃a, quæ
ponitur hic in fi. not. ꝙ quicunq; ſuſtinet partes actoris, hẽt hoc
incommodum, quod cogitur probare intẽtionem ſuam. Et no-
tandũ, quòd in iſta mã habemus quatuor leges principales. ſ. iſtã
quæ eſt principalior omnibus, & loquitur de confeſſoria, & ne-
gatoria, & qñ nihil erat factũ ꝯ debitam ſeruitutem vt in prin. Itẽ
habemus l. a quo fundus. ĩ. tit. j. quę loquitur qñ aliquid erat fa-
ctũ, & in cõfeſſoria tñ, & tunc proceditur alio mõ ad miſſionẽ
ex primo decre. q̃a fit miſſio in ipſam rẽ & opus ſcñ. Item habe-
mus l. is cuius. ſ. ſi ſerui. vendi. quę loquitur ſm vnam lec. qñ ago
actione perſonali pro ſeruitute conſtituenda, quo caſu ꝯ reum
contumacem ſi latitat, fit miſſio in omnia bona, vt ibi. Sed ſi non
latitaret, fieret miſſio duntaxat in quaſi poſſeſſione iuris petiti, ſi-
cut qñ agitur pro re corporali, vt l. Fulcinius. §. itẽ videamus. ĩ. q.
bus ex cauſis in poſſ. eatur. Secundum alium intellectum loqui-
tur qñ agitur reali ſcilicet confeſſoria, tñ non ſolum petebatur
declaratio ſeruitutis, ſed ẽt intereſſe cõe, & ꝑꝑ iſtud intereſſe ſimi
liter fiebat miſſio in oĩa bona iure iſto, ſed hodie fit pro menſu-
ra debiti declarati. Hic uero loquitur qñ agebatur reali confeſſo
ria, uel negatoria, & nihil aliud petebatur niſi declaratio iuris pe-
titi, non autem intereſſe, ideo non fit miſſio in omnia bona, ſed
duntaxat in quaſi poſſ. iuris petiti, quæ quidem quaſi poſſeſſio ni-
hil aliud eſt niſi patientia aduerſarij vt l. quoties. ſ. de ſeru. & per
hanc cautionem aduerſarius tenetur patientiam præſtare. Bene
ergo eſt uerum quod iſta cautio hẽt uim primi decreti, ſecundũ
Inn. in loco ſ. allega. Eſt & quarta lex ĩ. de aqua quoti. & æſti. l.
l. pe. quę loquitur, quando reus non erat contumax, & in hoc
differt ab iſta, & tunc præſtatur cautio ab eo, qui nõ eſt in quaſi
poſ. alterius exiſtentis in quaſi poſſeſſione de non impediendo
ipſum in illa quaſi poſſeſſione, donec iudicium fuerit finitum,
nec eſt curandum tunc, utrum ille qui eſt in quaſi poſſ. ſit actor,
vel reus, & ita loquitur illa l. pen. ſecundum verum intellectum,
quem ponit glo. magna in l. j. circa prin. ĩ. de itine. actuque priua.
quæ incipit, {qui prodeſt.} ibi, {tu dic, poteſt probare, &c.} ſed hic
quando reus eſt contumax, non attenditur quis ſit poſſeſſor,
& quis non, immo ipſe reus propter contumaciam ſiue eſſet in
quaſi poſſeſſione, ſiue non, cauet aduerſario, prout hic. In tex.
3 ibi, (quam vltro egiſſet.) notandum tamen diligenter, † quòd ſi
iſte reus contumax poſt factum præceptum de cauendo com-
pareret intra annum, & offerret ſatiſdationem de iud. ſiſti, & etiã
de ſoluendo expenſas, facit reuocare hoc præceptum, & ſi iam
cautionem præſtitiſſet, liberaretur ab ea, nec teneretur agere, &
probare, ſed remaneret reus ſicut prius erat hodie per l. ſi quis
emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de præſcrip. xxx. annorum. quæ lex
loquitur, quando facta fuit remiſſio in reali ſuper re cor. locum
habet etiam non in reali ſuper iure inco, cum ſit eadem ratio, &
4 ſic videtur de poſſeſſione. † Sed ſi comparet poſt annum ſecus,
quia non debet audiri de poſſeſſione, ſed de proprietate, vt ibi.
Ideo non remanet reus, ſed deberet ſuſtinere partes actoris, &
ita debet limitari iſta l. quæ loquitur de iure iſto ueteri, ſecundum
quod non erat introductum beneficium illius legis. Dyn. autem
aliter intellexit hic, quod etiam ſi comparet intra annum, habet
locum quod hic dicitur, quod nõ recuperat partes rei, nec audia
tur de poſſeſſione, ſed de proprietate tantum, quia dicit, quod
actor qui agebat cõfeſſoria, erat in quaſi poſſeſſione ſeruitutis al-
tius non tollendi, de prin. huius legis, vbi dicitur quod nihil erat
ædificatum, & ſic per primum decretum modicum præiudiciũ
patitur reus, quia non aufertur ſibi quaſi poſſeſſio, cum nec eam
haberet ſed aduerſarius, ideo nõ reuocatur primum decretum.
Contrarium loquitur, quando fuit facta remiſſio ſuper re corpo
rali, quo caſu patitur reus præiudicium, quia aufertur ſibi poſſeſ-
ſio, uel tenuta in qua erat, nam in re corporali non admittitur ad
agendum, niſi ille qui in poſſeſſione non eſt, vt l. j. §. hoc interdi-
ctum. ĩ. vti poſſ. ideo ne tñ damnũ patiat̃ admittit̃ reus, & ideo
dicit ipſe quòd etiam quãdo agitur pro iure incorporali, ſi actor
non erat in quaſi poſſeſſione, quia tunc transfertur in ipſum poſ-
ſeſſio, vt l. a quo fundus. ĩ. titu. j. tunc admittitur reus veniens in-
tra annum ad illam reuocandam. Breuiter in primo dicto non
placet eius opi. primo inquantũ dicit, quòd hic actor erat ĩ quaſi
poſſeſſione ſeruitutis, ex eo, quia nihil erat ædificatum. Iſtud re-
probatur per omnes, quia non ſequitur, nihil erat ædificatum, er
go actor eſt in quaſi poſſ. niſi reum volentem ædificare prohi-
buerit, & ex tunc conſtituitur in quaſi poſſeſſione, vt not. in l. qui
luminibus. ſ. de ſerui. vrb. prædi. preterea gl. hic ſuper verbo. (iube
ret.) innuit, quòd non erat actor hic in quaſi poſſ. licèt glo. fi. in-
nuat dum inducit in arg. ad agẽtem interdictum (vti poſſidetis.)
vbi actor eſt in poſſeſſione, & reuera utroque caſu locum habet
iſta l. hoc poſito, quod agens eſſet in quaſi poſſeſſione ſeruitutis,
& ſi per primum decretum, ipſe nihilominus reus magnum con
ſequitur damnum ex primo decreto, quia cogitur ſuſtinere par-
tes actoris, cum primo eſſet reus, & conditio actoris in multis
eſt deterior, quàm rei, vt no glo. in d. l. ſicut. §. ſi quæratur. ſi ſerui.
vendicetur. & etiam quia licèt non teneatur probare libertatẽ
domus ſuæ, etiam agendo, quia præſumitur libera, ſaltem tene-
tur probare ſe dominum illius domus, vel poſſeſſorem, ut l. vti
frui. §. j. ſi vſusfruct. pet. quod probare non tenebatur, ſi reman-
ſiſſet reus, ne igitur hoc damnum ſubeat, puto etiam quod hoc
caſu quo erat in quaſi poſſeſſione, reus veniens intra annum au-
diatur, & recuperet partes rei, & faciat reuocari præceptum de
cauendo, & ſi euictio erat præſtita, finiatur, dummodo ſoluat ex
penſas, & caueat de iudicio ſiſti, licèt Doct. in hoc caſu videan-
tur ſequi Dyn. quòd non recuperet partes rei. In alio autem ca-
ſu, quando non erat in poſſeſſione actoris. Dyn. tenet, quòd re-
cuperet, & in hoc bene, & etiam Doct. ſequuntur. non tamen
bene intelligit l. a quo fundus. quia ibi non prouenit illud quod
fiat miſſio in ipſa re, propter hoc, quia actor nõ erat in quaſi poſ-
ſeſſione iuris, ſed propter hoc quia erat ędificatum contra debi-
tam ſeruitutem, & ſic ueniebat demoliendum, vt ſ. dixi. In glo.
quæ incipit, (Si probaſſet.) vt probatur in fin. huius l. per quam
ſuppletur primus, & ſecundus caſus, in quibus de probatione
non fit mentio, ſed ſolum dicitur quòd cauet de non faciendo ali
quid quouſque egerit, & ſic innuit, quod ſtatim quod dedit li-
bellum, & lis eſt conteſtata, ſit liberatus ab iſta cautione, &
poſſit nouitatem facere, quia egiſſe dicitur, ex quo lis eſt conte-
ſtata, vt l. amplius non peti. ĩ. rem rat. habe. ſed contrarium eſt, q̃a
non eſt liberatus, quouſq; probauerit ſupple, & obtinuerit quia
non poteſt conſtare prius eſſe probatum quouſque ſententia la
ta ſit adhuc, cum probationes poſſint impugnari. In eadem ibi,
(ſed quis in eam probauit.) dic in ea ſcilicet negatoria, & iſta glo.
videtur in dubium reuocare id quod ſupra affirmauit. Sed dic,
quòd potius intendit declarare, quid habẽt neceſſe ꝓbare ille q̃
intentat negatoriam, nam non habet neceſſe probare rem ſuam
eſſe liberam immo iſtud probatur eo ipſo, quod contrarium nõ
probatur, etiam ſi aduerſarius ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis,
quia pro illo qui dicit eam liberam, facit ius commune, quia ſe-
mel fuit libera, & non potuit effici ſerua, niſi per impoſitionem
5 ſeruitutis, vt ſ. eodem. l. de pupil. §. ſextus. verſi. impoſitiuam. † Ius
autem præſumit rem durare in eo ſtatu in quo ſemel fuit, niſi
probetur contrarium, vt l. ſiue poſſidetis. C. de proba. ſolum
ergo debet probare qui agit negatoria ſe dominum rei pro cu-
ius libertate agit, ſi non eſt in poſſeſſione ipſius, vel poſſeſſione
ex qua præſumatur eſſe dominus, ex quo dominium deducitur
incidenter in iudicium, vt d. §. ſi quæratur. & l. j. ſ. fam. erciſ.
Sed ſi non ſuſtineret partes actoris, nec iſta teneretur proba
re, immo abſolueretur actore non probante d. ſeruiture, vt d. l.
vti frui. ſ. ſi vſusfruct. peta. Ad quid ergo prodeſt quaſi poſſeſ-
ſio ſeruitutis, poſtquam non releuat ab onere probandi eam?
Reſpondeo, quia non cogitur ad iudicium prouocare, ſed ex
ſpectabit prouocari. Et ſic aduerſarius erat actor & deterioris
conditionis in probando dominium, vel poſſeſſionem, quam
ipſe in multis, vt nota. in d. §. ſi quæratur. in glo. Item quia ſibi
cauetur ab actote, vel etiam reo etiam non contumace de
non turbando in ſua quaſi poſſeſſione, quouſque iudicium
erit finitum in confeſſoria, in qua ipſe qui eſt in quaſi poſſeſ-
ſione,

ADDITIO.

a ¶Vt habet egregiè per optimã gl. in. l. ſicut. §. ſed ſi q̃rat. Et eundem Pau
lũ in rub. ff. de ſer. Bar. in l. ſi ędibus, C. eo. ti. Bal. in l. principaliter. ad fi-
nẽ. C. de cau. & Ale. conſ. 133. j. par. iij. char. Adde tñ ꝙ ea ex longiſſimis
ſeruitijs ꝓſumi põt, vt iuxta Doctr. gl. in vebo ancillã, & Bal. in l. ij. C. de
ing. & manu. Q̃uo autem probet, vide Spe. de probat. §. j. uerſi. breuiter.

ſione,probare debet vt ſupra dictum eſt,Cauebitur ergo ſibi de
non turbando ipſum,donec probetur per l.pen. ȷ.de aqua quot.
& per id,quod no.per gl.in l.j.circa prin.de itine.actuq́ priua.Cæ
tera vide hic per Bar.qui multum ſolennixauit hanc l.ſed ex præ-
dictis apparet tota vtilitas & ſubſtantia.

## L E X XVI.

1 *Per ſecundam interlocutoriam contrariam primæ cenſetur a prima receſſum.*
2 *Si proteſtor tibi quòd non ſoluas ei cuius teneris ſoluere, an tenearis obedire.*

1 SI opus nouum. † Per ſecundam inter-
locutoriam ɔ̄triam pri-
mæ cenſetur a prima receſſum, ad hoc allegat Bart.
iſtam l.ſ.eo.l.cum procurator.§.j. & idem dicit,ſi ſe-
cunda eſſet diuerſa a prima per l.ij.ſ.de reſcin.vend.ſecus ſi tendit
ad idem,quia tunc vtraq; valet.Dic vt etiam ipſe idem tangit in l.
quod iudex. ȷ.de re iud.gl hic dicit,ꝙ iudex ideo reuocauit primū
iuſſum,quia nunciatio poterat contemni,innuit ergo,ꝙ ſi nō re-
uocaſſet,non debeat contemni,alias reuocatio non eſſet neceſ-
ſaria,& hoc puto verum ꝑꝑ authoritatem iudicis, vt nunciatio
indiſtincte non contemnatur,quando fit iudice interueniente,ſe
cus qn̄ viua voce,vel per iactum lapilli, quia poteſt contemni in
pluribus caſibus,vt no.ſ.eodem.l.j.in prin.Et pro hoc adduco id,
2 quod no.Bar.in l.non ſolum.§.morte.ſ.eo.in ij.quæſt.prin.†qn̄ ꝓ-
teſtor tibi,ꝙ non ſoluas ei cui teneris ſoluere,quia ſi per iudicem
proteſtetur,indiſtincte teneris obedire, alias nō,niſi oſtendam iu
ſtam cauſam per l.ſi quis inficiatus.ſupra depoſiti.

## L E X XVII.

1 *Nunciatione procuratoris,acquiritur dn̄o ius agendi ad demoliendum.*
2 *Nunciatio noui operis,non refert per quæ verba fiat.*

1 SI procurator. †Nunciatione ꝓcuratoris,
acquiritur dn̄o ius agēdi ad
demoliendum.h.d.in effectu.Contra iſtud opp.de re
gula,ꝙ per liberam perſonā nobis acquiritur actio.
vt Inſti.per quas perſonas.§.per liberam.Sol.ut habetur in tex.in-
fra quod vi aut clam.l.3.circa prin. vbi Iuriſconſultus format hāc
oppoſitionem,& ſoluit:nam mihi non acquiritur actio,vel ius a-
gendi ex facto procuratoris,ſed ex delicto aduerſarij ædificantis
poſt nunciationem,illa tn̄ denunciatio procuratoris facit,vt illud
ædificare ſit delictum,quod non fuiſſet. Conſtat autem ex deli-
cto liberæ perſonæ commiſſo,circa nos, vel res noſtras nobis a-
ctiones acquiri:quia hæc acquiſitio fit per l.contrarium loquitur
2 autem in actionibus ex ɔ̄ctu vel quaſi,†In glo.j.ibi,quia idem eſt
prohibere,& nunciare,no.iſtam gl.pro eo quod dixi in l. de pupil
lo.§.meminiſſe.ꝙ non eſt dr̄ia inter verba, dic ergo ad ɔ̄rium qđ
voluit gl. formare, quia ēt interdictum demolitoriū ex hoc edi-
cto acquiritur dn̄o,ſi nunciatio fuit facta re ipſa,alias ſolum inter
dictum,quod vi aut clam,& hoc vult gl.ſequens.

## L E X XVIII.

1 *Qui ſcienter facit contra nunciationem vel etiam conſentit,ut fiat, tenetur ad demoliendum expenſis ſuis.Si uero nec fecit,nec conſenſit, uel ēt ignoranter conſenſit vt fieret,non tenetur ad expenſas,licet teneatur ad patientiam.*
2 *Differentia inter dictionem,quilibet,& dictionem,omnis.*

1 ÆEdibus communibus.¶† Qui
ſcienter
facit ɔ̄ nunciationem vel ēt conſentit,ut fiat, tenetur
ad demoliendū expenſis ſuis.Si vero nec fecit,nec cō
ſenſit,vel ēt ignoranter conſenſit vt fieret,non tenetur ad expen-
ſas,licet teneatur ad patientiam.h.d.tex.cum glo.& probatur in l.
competit.§.fi. ȷ.quod vi aut clam.In tex.ibi,{opus fiat.} ſ.poſt nū-
ciationem,& ante remiſſionem,Dy.in tex. ibi, {oīs nunciatio te-
2 nebit.}No.quia non dicit quilibet,q̄ eſt dictio diſtributiua,& attri
buit actiones verbi cuilibet inſolidum.Sed dictio,oīs, quæ eſt di-
ctio collectiua,& attribuit cuilibet pro parte,vt l. non diſtingue-
mus.§.ſi plures.ſ.de arb.Ideo vr̄ ꝙ ſi nuncians conueniat vnum
ſolum,vt deſtruat ſuis expenſis,qn̄ alij etiam conſenſerunt, ille p̄t
excipere,conuenias etiam alios vna mecum, quod eſt notandū.
ſecus ſi alij non conſenſerunt vt in uerbo ſequenti.

## L E X XIX.

1 *Licet nunciator ſuccumbat in proſecutione nunciationis noui operis, non denegantur ſibi ordinariæ actiones,puta confeſſoria,uel negatoria, vel interdictum uti poſſidetis,per quas poteſt agere,vt demoliatur.*

1 SCiendum. †Licet nunciator ſuccumbat in proſe-
cutione nunciationis noui operis, nō
denegantur ſibi ordinariæ actiones, puta confeſſoria,uel ne
gatoria,vel interdictum vti poſſidetis,per quas poteſt agere
vt demoliatur.h.d.Ratio eſt in promptu, quia poteſt eſſe, quòd
ciatio fuerit inualida,vel ꝙ fuerit remiſſa, & ſic opus eſſet factum
ɔ̄ nunciationem,& nihilominus non licite factum ſit,ideo poteſt
agi,ſicut ſi nunciatio facta nō fuiſſet,& adde quod dixi in l.de pu-
pillo.§.ſi quis riuos.ſupra eod.

## L E X XX.

PRætor ait quem. Per hanc legem no.
hic formam nuncia
tionis noui operis fieri,quia debet concipi in rem,nō
in perſonam,ſ.ne aliquid fiat,quod intelligitur.ſ.ab ali
quo,non autem ne facias,quia tunc non afficeret niſi perſonam,
vt dixi.ſ.eo.l.de pupillo.§.ſi plurium.ideo gl.in §.meminiſſe. dum
ponit formam reprehenditur per Doc.dum dicit, {vt non ædifi-
cet.} quia ſunt verba directa ad perſonam,ſed debet dici, ne ædifi
cetur.No.ēt dum dicit reſtituas, & ſic loquitur edictum in perſo
na ſecūda,& ex hoc ſequitur,ꝙ ex iſto edicto oriatur interdictū,
quia vt plurimum interdicta concipiuntur in perſonam ſecundā
& ꝙ oriatur interdictum patet ȷ.proxi.§.

1 *Ex hoc edicto ſi fiat contra nunciationem,oritur interdictum per quod agitur ad demoliendum etiam ſi aduerſarius habuerit ius faciendi,vel ædificandi.*
2 *Ex hoc edicto ſi fiat contra nūciationem oritur etiam actio in factum ad demoliendum,& poteſt etiā agi confeſſoria,uel negatoria,& tunc principaliter agitur ut declaratur ſeruitus,uel libertas, & ſecundario ut deſtruatur opus,& etiam ad intereſſe.*
3 *Quòd etiam detur interdictum uti poſſidetis,ſi nuncians erat poſſeſſor,& poſſeſſionem non amiſerat,& tunc agitur principaliter,ut in poſſeſſione non turbetur,& in conſequentiam,ut deſtruatur opus.*
4 *Quòd aliquid dicatur eſſe expreſſum in lege,licet non exprimatur verbis ſpecificis,& etiam ꝙ dicto caſu oriatur actio directa.*
5 *Statutum ſi diceret non debere aliquid fieri niſi ſit expreſſe actū &c.quod ſufficiat ut colligitur tacite ex mente, ut dicatur actum expreſſe.*

PRætor ait:
1 §.Interdictum. † Ex hoc edicto, ſi fia
ɔ̄ nunciationem oriť
interdictum per quod agitur ad demoliendum ēt ſi aduerſarius
2 habuerit ius faciendi,vel ædificandi.h.d. † Oritur ēt actio in factū,
vt ȷ.hac l.§.nonnulli.& hic duob. modis agitur directo ad demo
liendum,poteſt etiam agi confeſſoria,vel negatoria, & tunc prin
cipaliter agitur vt declaretur ſeruitus,vel libertas,vt l.ſicut.§. ſi q̄-
ratur.ſ.ſi ſer.ven.Et ſecundario vt deſtruatur opus,& ēt ad inter-
eſſe,vt eod.tit.l.earum.cum ibi nota.& l.loci corpus.§. in confeſ-
3 ſoriam.† Datur etiam interdictum vti poſſi. ſi nuncians erat poſ-
ſeſſor,& poſſeſſionem non amiſerat, & tunc agitur principaliter
vt in poſſeſſione non turbetur, & in conſequentiam vt deſtruať
opus cum quo turbaretur,ſic debet intelligi §.meminiſſe. in fi.in
l.de pupillo.ſ.eo.¶In gl.q̄ incipit.{ſ.e.} l.j. dic ꝙ proprie loquendo
eſt ipſa lex prætoria,licet poſſit ſumi etiam pro l.ciuili.vt dicit glo.
per l.leges.C.de legi.interdictum vero eſt ius agendi, quod oriť
ex ipſa l.pretoria,& competit ipſi parti cui acquiritur hoc, quod
ſatis patet hic, quia ɔ̄ ædificantem oritur nuncianti interdictum
demolitorium.Aduertendum tn̄, quia non ex omni edicto oriť
tale ius agendi,quod vocetur interdictum,ſed ſolum in edictis de
quibus habetur ȷ.de interdi.per totum illum librū, & etiam vltra
illa ſi reperiretur aliquod edictum, quod loqueretur in perſonā
ſecundam,vt eſt illud de quo hic,vt patet in prin.l.cum dicit, id re
a ſtituas.¶In alia gl.ſuper verbo.{expreſſum a tacite.}† not.iſtam gl.
4 quam ſemper alle.iunctam cum tex. ꝙ aliquid dr̄ eſſe expreſſum
in lege,licet non exprimatur verbis ſpecificis,colligitur tn̄ ex mē-
te tacite,& ideo etiam dicto caſu oritur actio directa, ut l. nomi-
5 nis & rei.§.verbum ex legibus.de verb.ſig-†Et iſtud eſt vtile,ſi ſta
tutum diceret, non debere aliquid fieri, niſi ſit expreſſe actum,
&c.quia ſufficit,ꝙ colligitur tacite ex mente,vt dicatur actum ex
preſſe,non tamen dicitur illud expreſſum verbis, licet dicatur ex-
preſſum l.vel edicto.

A D D I T I O.

a ¶Expreſſum.Quòd expreſſe aliquid dicatur fieri.uide Ale.conſi. 30.j.lib.
Sig.conſi.187.do.Car.conſi.133.

§.Siue autem locus. Interdictum demolitoriū
locum habet ſiue totum
ſit ædificatum poſt nunciationem,quod contingit quando tem-
pore nūnciationis locus erat vacuus,ſiue pro parte,quod contin
git quando tunc erat aliquid ædificatum, ſed poſtea completur,
vt illud deſtruatur quod factum eſt poſtea.h.d. ſecus in eo quod
factum erat ante,& ideo moduli ſunt ſumendi.ſ. e.l. non ſolum.
§.ſed ut probari.

§.Ait prætor. ¶Quando lex indiſtincte loquitur,in-
diſtincte debet intelligi, & id quod
eſt factum ſpreta nunciatione, non poteſt dici iure factum, vbi
Pau.de Caſt.j.ſuper ff.Nouo.

ius contradicat,licet faciens haberet ius faciendi,ſi nũciatio non
eſſet facta.hoc dicit vſque ad §.ſi quis paratus,& cum primo con
cordat l.de pretio.ſ.de publ.

1 *Si oblata fuit ſatiſdatio de demoliendo , & per nunciantem ſtetit quominus præſtaretur,habetur nunciatio pro remiſſa.*
2 *Non ſufficit dicere verbo,offero me paratum dare tibi fideiuſſionem, niſi illos fideiuſſores habeat ſecum.*
*Quid in obligatione pecuniæ.*
3 *Si ædificator non offert ſatiſdationem de demoliendo,ſed offert iudicium, dicendo hodie conſtat,hodie agatur,& venit coram iudice volendo incontinenti docere de iure ſuo,& nunciator ſpernit ire ad iudicium,habetur nunciatio pro remiſſa,dicit tamẽ ſecurius eſſe ſuperſedere per tres menſes.*

1 **§.Si quis paratus.** †Iſte §. loquitur de materia ſe-
cundi capitis edicti, de quo ha-
betur.ſ.eo.§.deinde.& hoc dicit, ꝙ ſi oblata fuit ſatiſdatio de de-
moliendo,& per nunciantem ſtetit quominus præſtaretur,habe
tur nunciatio pro remiſſa,& iſtud eſt verum quãdo recuſauit re-
cipere,& nihil dixit.Si aũt dixit nolo recipere,quia nunc volo pro
bare de iure meo,hodie conſtat,hodie agatur,tunc non habetur
pro remiſſa vſq; ad tres menſes,intra quos datur licentia cuilibet
parti docendi de iure ſuo,vt l.fi.C.eo.& extra eo.c.pen.& fi.quæ
limitat totum iſtum titulũ,& de qua opponit gl.ſuper verbo,{re-
mittit.}Itẽ ſi recuſauit recipere,& poſtea offert ſe paratum recipe
re,purgat moram,& tollitur remiſſio,vt ſ.ea.l.§.pen.niſi ædifica-
tor perdidiſſet facultatem fideiuſſorũ,iuxta no.in l.ſi per empto-
rem.in fi.de actio.emp.& quod dixi ſupra eo.l.de pupillo.§.ſi his.
2 †Et dicit hic Bar.vnum verbum notabile,ad quod ſemper recur
ritur,ꝙ non ſufficit dicere verbo,offero me paratum dare tibi fi-
a deiuſſionem,niſi illos fideiuſſores habeat ſecum.[a] Et idem vbicũ-
que lex dicit ſufficere oblationem pecuniæ, vel rei debitæ, quia
non ſufficit dicere uerbo,ſum paratus ſoluere,niſi pecuniam ha-
beat tunc in manib.& hoc voluit gl.ord.& ibi notabilis in l.ſi reſi
duum.C.de diſtra.pig.ſufficit tñ illa oblatio verbalis quantum ad
aliud,de quo ibi per gl.& pro hoc etiam l.ſeruus qui hæredi.in fi.
ſ.de ſta.lib.Et vide quod plene not.Bart.in l.acceptam C.de vſur.
3 ¶†No.hic gl.ij.ſuper verbo,{ſatiſdare.}ꝙ etiam ſi ædificator non
offert ſatiſdationem de demoliendo, ſed offert iudicium dicẽdo,
hodie conſtat,hodie agatur,& venit coram iudice volendo incõ
tinenti docere de iure ſuo,nunciator aũt ſpernit ire ad iudicium,
ꝙ hr̃ nunciatio pro remiſſa,& poteſt ædificare, ſicut ſi obtuliſſet
ſatiſdationem,quod perpetuo tene menti.Alij dicunt,ꝙ tunc de
bet ſuperſederi per tres menſes, ſicut qñ hoc dicit ipſe nuncians,
b & hoc ſecurius eſt,licet dictum gl.ſit notabilius,[b] & poteſt maxi
me procedere qñ ædificator ex dilatione operis ſuſciperet ma-
gnum damnum,ut dixi,in l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ſ.eo.

ADDITIONES.

a ¶Habeat ſecum.Adde quod voluit Anch.conſ.85.quod tñ dicitur,ꝙ non ſufficit oblatio verbalis limitauit,Mate.in notabilibus ſuis.fol.29.
b ¶Notabilius.Adde eundem Paul.conſi.332.

**§.Hoc interdictum.** Interdictũ demolitoriũ
eſt perpetuum, & ex par
te temporis,& ex parte tranſmiſſionis,quia tranſmittitur ad hære
des,& datur ꝯ facientem , vel ratum habentẽ factũ poſt nuncia-
tionem,ſed ꝯ hæredem eius non datur,niſi quatenus ad eum per
uenit.h.d.Hoc vltimum intellige,ſi non fuit interpoſita ſtipulatio
de demoliendo,alias datur inſolidum ꝯ hæredem,ut dicit gl.ſ.eo.
l.non ſolum.§.fi.in vlt.gl.peruenire autem dr̃ ad hæredem ipſum
edictum,ſi defunctus ædificauit ꝯ nunciationem. Vñ tenetur ſo
lum ad præſtandum patientiam,ꝙ nuncians faciat deſtrui,ut ſ.e.
l.pe.vbi vide,non autem ad deſtruendum vel faciendum deſtrui,
nec ẽt ſuis ſumptibus,quia vexaretur vltra q̃ ad eum peruenerit.

**§.Deinde prætor ait.** Præſtita ſatiſdatione de
demoliendo, vel oblata
& non recepta competit ædificare volenti interdictum ex ſecun
do capite edicti,ne prohibeatur volens ædificare.h.d. Et aſſignat
duas rationes in §.ſeq.quarum vna cõcernit bonum publicum,
ne ædificia reſcindantur,aliud bonum priuatum , quia nuncians
eſt ſecurus præſtita ſatiſdatione,unde non poteſt conqueri.

1 *Quando ædificatur in publico,an ſufficiat repromittere nuncianti.*

**§.Hoc prohibitoriũ interdictũ.**
¶In iſto §.ponuntur caſus,quib.non competit volenti ædificare
hoc interdictum,ne vis fiet ei.Primus eſt qñ ipſe habebat ſatiſda-
re cum fideiuſſorib.ſed compromiſit ſine fideiuſſoribus, vſq; ibi,
{neq; enim.}Secundus eſt qñ ipſe ædificabat in publico,nam ſiue
compromiſerit,ſiue ẽt ſatiſdederit, licet nunciatio habeatur pro
remiſſa quantum ad nunciantem,vt ipſe non poſſit eum impedi
re,nec petere deſtrui factum poſt nunciationem , non tñ ſibi cõ-
petit hoc interdictum quantũ ad alios qui poſſint proſequi cau-
ſam publicam,niſi oñdat ſe iure ædificare,puta de licentia princi-
pis,& hæc in illo verbo,{neq; enim.}in cuius intellectu gl.magna
multum laborat,ſed finaliter tenet illum,quem dixi,& ẽt Docto.
Tertius caſus eſt,qñ præſtita eſt ſatiſdatio,ſed poſtea defecit, quia
fideiuſſores eſſent mortui,nam debet ſatiſdari de nouo.rõ eſt,q̃a
hæc cautio eſt prætoria,vt patet in princ.huius tit. At in prætoriis
ſtipulationib.ſępius cauetur,cum ſine culpa ſtipulatoris cautum
eſſe deſiit,tex.l.prętoriæ.ff.de præt.ſtip.¶In tex.ibi,{ſed repromiſ
ſum.} ſ.ſine fideiuſſorib.Sed quare hoc caſu non datur hoc inter
dictum,nã nunciatori debet id imputari cur recipit ſolam repro
miſſionem,quia vr̃ remiſſa ſatiſdatio. Sol.intelligo,ꝙ hoc non eſt
factum ex conuentione,ſed uel per errorem, vel quia nunciator
credebat deberi ſibi dari fideiuſſionẽ, quia ſic obtulit ædificator,
& poſtea non dedit.arg.in l.3.ſ.de pig.act.¶In tex.ibi, {neque.n.}
expone enim,pro ẽt,& ſic non inferret ex præcedenti caſu, quia
illic non eſſet bona illatio,ſed pone nouum caſum.ſ.quia illic ędi-
ficabat in publico,hic qñ in priuato.Itẽ ſufficiebat ſatiſdatio, ſed
non repromiſſio,hic neutra ſufficit,quantum ad hoc, vt habeat
illud interdictum,niſi oñdat ſe iure ædificare, vt in tertia expoſi-
2 tione gl.Quod tñ dic ut in ea.¶†Vltimo no.gl mag.in fin. pro eo
quod dixi.ſ.eod.l.non ſolum.§.ſi cum iure.ad limitationem illius
qui dicit,ꝙ qñ ædificatur in publico,ſufficit nuncianti repromit-
tere.Nam illud eſt verum,ſi ſequitur duntaxat intereſſe publicũ,
ſecus ſi ſuum proprium priuatum , ſicut in cautione damni infe-
cti,vt ſ.ti.j.l.prætor.in prin.& §.j.Et de hoc eſt hic gl.ord.in fi. quã
ibi allegaui.

2 *Vltima mora nocet.*
2 *Si obtuliſti ſatiſdationẽ,& ego nolui eã recipere,cũ nũciatio hẽatur ꝓ remiſſa,et poſtea offero me paratũ recipere,an requiratur noua nũciatio.*
3 *Si vnus fuit citatus ꝙ compareat intra ſex dies,cui duo pro primo,duo ꝓ ſecundo,duo pro tertio,& peremptorio termino fuerunt aſſignati,& in primo termino comparuit reus,& non actor,tertio vero comparuit actor,& non reus,an erit purgata contumacia actoris.*

1 **§.Si aliquando.** ¶†Vltima mora nocet.h.d.facit l.il
lud.in fi.ſ.de peri.& commo.rei vẽ
2 di.†Et no.quia videbatur hic ſi obtuliſti ſatiſdationem,& ego no-
lui eam recipere,cũ nunciatio habeatur pro remiſſa, ſi offero me
paratum poſtea recipere,an requiratur noua nunciatio, ad hoc
ut non poſſis ædificare,quaſi prima nunciatio habeatur pro re-
miſſa,ſed ꝯrium eſt verius,quia virtute primæ nunciationis pro-
hiberis ædificare,ſi non ſatiſdas,poſtq̃ offero me paratum, quia
illa remiſſio ceſſat purgata mora,quæ inducebatur ex mora.arg.
3 l.Titia.§.vſuras.de leg.2.¶†Et inducitur iſte tex.per Iac.de Are.ꝙ
ſi vnus fuit citatus,& non compareat intra ſex dies, cui duo pro
primo,duo pro ſecundo,duo pro tertio,& peremptorio termi-
no fuerant aſſignati,& in primo termino comparuit reus, & nõ
actor,& ſic fuit actor contumax:in tertio vero termino compa-
ruit actor & non reus,ꝙ ipſe reputetur contumax,& ſit purgata
contumacia actoris,quia vltima contumacia nocet.ar.hic. ¶Cõ
trarium determinãt Doct.quia per comparitionem rei in primo
termino cenſentur alij termini circunducti, nam vñr dati ſub cõ
ditione,ſi non comparuerit in primo termino. Poſtq̃ ergo com-
paruit,alij termini habentur ꝓ non datis,& ideo non poteſt reus
dici amplius contumax,ſed actor remanſit contumax . Sit ergo
cautus actor,ꝙ in quolibet termino compareat,& ſi reus nõ cõ
a paret,accuſet[a] contumaciam,nam pluralitas terminorum cenſe
tur data in fauorem rei,ut licet non compareat in primo termi-
no,poſſit purgare contumaciam comparendo in ſecundo, & ſi
non compareat in ſecundo,poſſit comparere in tertio,poſtea ve
ro reputetur contumax.Si uero voluit comparere in primo,im-
putet ſibi actor quare non comparuit,quia debuit hoc imagina-
ri.De iſto articulo vide in Spe.de cita.§.viſo. ver.ꝙ ſi in primo ter
mino.Et quæ no.Bar.in l.qui ante calendas.de verb.obli.

ADDITIO.

a ¶Accuſet.Si non accuſaret contumaciam, nil ageret comparẽdo ad hoc vide quod voluit pulchre Anch.conſi.96.

**§.Hoc interdictum.** Interdictum {ne uis fiat
ei.}competens poſt ſatiſ-
dationem dutat anno.h.d. Et hoc inquantum datur ad intereſſe,
quia fuit prohibitorium,nam in hoc eſt pœnale , unde cum ſit ꝓ-
torium eſt annale,vt Inſti. de perpe. & temp. actio.Sed inquantũ
datur vt de cætero non prohibeat,non eſt pœnale.Et ideo dura-
ret ultra annum,ſicut interdictum demolitorium,cum datur, ut
patientia præſtetur,quia in hoc non eſt pœnale,ut not.ſ.eod.l.de
pupillo.§.nunciationem.ſ.ea.l.§.hoc interdictum.Secus inquan-
tum datur ad expenſas,quia in hoc eſt pœnale,& non daretur vl-
tra annum,ſicut nec iſtud {ne vis fiat ei.}ita intelligunt Doct.

LEX XXI.

**STipulatio.** In iſto principio ponitur quan-
do debeat interponi ſtipulatio
de demoliendo,& dicitur ꝙ tunc,quando nũciator
dicit ſibi competere ius nunciandi, intellige quan-
do fuit

do fuit interrogatus,ꝙ diceret cauſam quare nunciabat, ſi enim non diceret,non eſſēt interponēda iſta ſtipulatio, etiam ſi ſine ca poſſēt nunciatio contemni.vt no.in l.j.in prin.ſ.eo.Item intellige, ꝙ exprimat cauſam in ſpecie, vt quia eſt dñs, vel quia ſibi debeť ſeruitus,nec ſufficeret dicere nunciaui, quia mihi cōpetit ius nunciandi,licet tex.hic innuat ꝯrium,vt dixi in d.l.j. quia aduerſarius non redditur certus,& ſic poſſēt adhuc contemni nunciatio. Et no.gl.hic magiſtram, quæ ponit formam huius ſtipulationis, ſed plenius vide eam in Spe.de ſatiſdatione.§.eſt quoque.verſ.cæterum.Et idem Spec.dicit in §.fi.eiuſdem tituli,verſ. quid ſi clericus, ꝙ ſi clericus illam ſtipulationem interponit, debet eam interponere coram iudice eccleſiaſtico, & ſimiliter laicus coram iudice ſuo.Poteſt etiam interponi contra edictum,vt ipſe vult.

**§.Si quis autem vult.** ¶In hoc §.ponitur quis ſit effectus huius ſtipulationis,ſeu ſatiſdationis,quia per eam conſulitur vtrique parti,& ædificanti vt poſſit proſequi ædificium, & nuncianti, quia ſibi eſt cautum de demoliendo. Dat etiam conſilium ædificare volēti, ꝙ eam offerat poſt nunciationem,ſi vult ædificare ſecure. ¶ In tex.ibi,{quoniam cautionem hēat de opere reſtituendo.}ſed hęc cautela ad quid eſt ſibi neceſſaria,cū ēt iſta ſtipulatione non interpoſita poſſit agere interdicto demolitorio, vt deſtruatur quod poſt denunciationem fit,vt in fi.huius §.Rñdeo per id,quod not. gl.ff.de noua.l.ſi pupillus.in gl.quæ incipit{videtur ſuperflua.}

1 *Stipulātio de demoliendo committitur poſtquam fuit iudicatum nō iure fuiſſe ædificatum,uel per ædificantem ſteterit,quominus iudicetur.*
2 *An ſufficiat excuſſionem eſſe factā de bonis principalis debitoris,& nuncium retuliſſe,nihil reperiri,ad hoc vt poſſit perueniri contra fideiuſſores,vel pignorum poſſeſſores,niſi iudex pronunciauerit ſuper hoc.*
3 *Per confeſſoriam vel negatoriam non ſolum obtinet quis declarationem iuris ſui,ſed etiam obtinet deſtructionem eius quod factum eſt.*

1 **§.Habet autem.** †Stipulatio de demoliendo cōmittitur poſtq̄ fuit iudicatū non iure fuiſſe ædificatum, vel per ædificantem ſteterit,quominus iudicetur.h.d.¶In gl.quæ incipit,{ſ.tacitam.}in fi.dic ꝙ ideo ineſt illa conditio,ſi fuerit iudicatum,quia iſta ſtipulatio confertur in euētum,qui non poteſt declarari niſi per iudicem,promittit enim deſtruere opus ſi apparebit non iuſte fuiſſe ædificatum,non poteſt autem apparere niſi per ſnīam iudicis.Sed in legib.alleg.in gl. proꝯriis,actus non conferébatur in talem euentum.Puto tñ etiam, ꝙ ſi non fuerit iudicatum,ſi tñ ædificator fuit confeſſus præſente nunciante,vel altero eius noīe recipiente,ꝙ iniuſte ædificauerat,ſit commiſſa ſtipulatio,quia in confeſſum ceſſant partes iudicis in iudicando,quæ debent eſſe in exequendo,ut l. lege Aquili.
2 & l.proinde.ff.ad leg.Aquil.& † per iſtum tex.determinat Bart. ꝙ non ſufficit excuſſionem eſſe factam de bonis principalis debitoris,& nuncium retuliſſe nihil reperiri ad hoc vt poſſit perueniri ꝯ fideiuſſores,vel pignorum poſſeſſores,niſi iudex pronunciauerit ſuper hoc,& dicit eſſe caſum in iſto §.quia hic requiritur pronūciatio,vt poſſit perueniri ꝯ fideiuſſores.Sed Iac.de Are.tenuit cōtrarium in tractatu excuſſionis, ꝙ ſufficit reperiri in actis relatio nuncij,per id,quod no.gl.in l.ſancimus.C.ad Treb.nec obſt.hic, quia hic,ante pronunciationem iudicis non erat certum, an iuſte vel iniuſte eſſet ædificatum.Sed in caſu prædicto per relationem nuncij,cui credendum eſt,vt l.magis puto.§.ne paſſim.de reb.eorum.iam erat effectum certum,nihil eſſe in bonis principalis, vnde non eſt neceſſaria alia pronunciatio, & iſta eſt verior de iure. Nam aut illa pronunciatio fit ad declarandum, & non expedit in eo,quod eſt declaratum.Aut fit ut detur licentia agendi ꝯ fideiuſſores,& idem,quia iſta licentia datur ab ipſa lege, quando nihil reperitur in bonis,vt in auth.præſente.C. de fideiuſ.ſed hic eſt neceſſaria ſnīa iudicis ad declarationem fiendam quæ facta nō erat. Et adde quod no.in l.decem.de verb.obli.opi.tamen Bart.ſecurior
3 eſt.¶†Vltimo no.gl.ſuper verbo {ſi iudicatum.} ꝙ per confeſſoriam vel negatoriam non ſolum obtinet quis declarationem ſui iuris,vt l.ſicuti.§.ſi quæratur.ſ.ſi ſeru.vend. ſed etiam obtinet deſtructionem eius,quod factum eſt in præiudicium iuris ſui, vt ēt no.in l.harum.ſ.ſi ſer.vend.no.ēt gl. ꝙ non obtinet expenſas demolitionis,& ideo eſt neceſſaria ſtipulatio de demoliendo, per q̄ conſequitur etiam expenſas.Doc.reprehendunt primum dictū, quia in confeſſoria venit etiam intereſſe ſi factum eſt ꝯ, vt l. loci corpus.§.in confeſſ.eo.tit.& expenſæ veniunt loco intereſſe.Pōt dici,vt dixi in l.j.§.j.ſ.eod.verum eſſe,ꝙ in confeſſoria veniunt expenſæ niſi habuerit iuſtam cauſam ædificandi, vel litigandi, ſed ſi interuenerit nunciatio,non poteſt habuiſſe iuſtam cauſam ædificandi,vt ſ.l.proxi.§.quicquid autem. in fi.& ſic veniūt indiſtincte, ideo vtilis eſt nunciatio.¶No.etiam gl.ꝙ ſunt neceſſaria duo iudicia.Doct.ꝯ, quantum ad ipſum ædificantem, quia ſufficit vnū. Nam ſi obtinet in confeſſoria,mittetur executioni, non ſolum illa ſnīa,ſed etiam ſtipulatio de demoliendo, quæ habet vim ſtipulationis,iudicatum ſolui.arg.eius quod habetur in l.j.ff.iudic.ſolui.ſed ſi vult agere ꝯ fideiuſſores, bñ ſunt neceſſaria duo iudicia. Certe ſi illa ſtipulatio habet vim iudicatum ſolui. etiam ꝯ fideiuſſores poterit mitti executioni ſine nouo iudicio, licet ſecus in fideiuſſione ꝯctus,vt no.in d.l.j & no.in c.j.de iniur. & damno da. lib.vj.& iſta uidetur uerior contra gl.& etiam Doct.

1 *An poſſit agi præciſe ad factum.*

**§.Opus autem.** †Hic declarat Iuriſconſultus ad q̄d committatur iſta ſtipulatio, & dr̄, ꝙ committitur ut demoliatur opus ſi factum eſt poſt nunciationem,taliter ꝙ habeat inſtar operis. committitur etiam ad intereſſe,ſi non demoliatur,ſeu per ædificantem ſteterit quominus iudicetur,uel ſi dolus in cauſa committitur.hoc dicit uſq; ad §.quęſitum.In tex.ibi,{ſic accipimus factum.} quantum ad hoc,ut competat interdictum demolitorium,uel actio ex ſtipulatione ad demoliendum,ſed quantum ad hoc ut poſſit fieri nunciatio,nō eſt neceſſe ꝙ aliud ſit ædificatum,ſed ſufficit ꝙ præparet ſe ad ædificandum,ut patet ſ.l.proxi.§.ſiue autem.in l.uacuus. & l.de pupillo.§.nunciationem.¶In tex.ibi.in fi.ibi,{ſi hoc petitori placuerit,} ſi ergo non uult agere ad intereſſe,ſed ut pręciſe deſtruatur opus
1 pōt hoc facere per iſtum tex.†& ſic no.ꝙ poteſt præciſe agi ad factum.Sed ꝯ,quia in factis ſuccedit obligatio ad intereſſe, ut l.ſi qs ab alio.de re iud.ſolu.uerum eſt r̄r.fallit propter publicam utilitatem.Et ideo gl.quæ incipit,{ex hac litera.} quæ melius fuiſſet ſignata ſuper hoc uerbo,inducit ad quæſtionē de ſcriptore,ꝙ poſ-
a ſit compelli[a] præciſe ad ſcribendum.Tu dic,ꝙ hic loquitur in obligatione legali ꝯcta ad factum, in qua pōt agi præciſe ad ipſum. Et idem in conuentionali,quæ ſuccedit loco legalis, ut eſt iſta ſtipulatio de demoliendo.Idem ſi oritur ex ultima uoluntate,ut l.ſi deicommiſſaria.§.fin.de leg.3.non ſic qñ eſt ſimplex conuentionalis obligatio prout eſt obligatio ſcriptoris,& ideo Dy.reprehēdit hanc gl.niſi eſſet publica utilitas principaliter,de hoc plene per Bar.in l.ſtipulationes non diuidun.de uerb.obl.

A D D I T I O.

a ¶Compelli.Non tamen propter.hoc prohibetur, quin poſſit in clericum ord.ul no.Ant.de But.in c.j.de temp.or.& licet in obligationib. facti ſuccedat obligatio ad intereſſe,nec quis poſſit præciſe cogi ad factū tñ vbi adeſt iur̄m,ſuper quo poteſt præciſe cogi ſ̄m Matth.notabilib.ſuis.

**§.Quæſitum eſt.** Si ſunt plures ædificātes uel ꝑ lures nunciātes,quilibet debet cauere,& etiam cuilibet cauendum eſt,uel uni recipienti pro oīb.ſi in hoc conſentiunt alij.Et in iſta ſtipulatione debet fieri mētio de intereſſe.Et licet unus tantum ſtipuletur quantum aderit,non cēſetur ſtipulari niſi ſuum intereſſe,hoc dicit. Et not. ꝙ quando uni cauetur de conſenſu aliorum,acquiritur aliis actio etiam ſine ceſſione,quia iſta eſt ſtipulatio prætoria ſ̄m Ang.ut l. in omnibus.ff. de præto.ſtip.dicit etiam Ang.ſ.l.proxi.§.j. ꝙ ſufficit ædificantes præſtare ſatiſdationem alteri recipienti pro nunciante,per l.j.§.pe. quorum leg.& ille tex.vr̄ loqui quando alter eſſet procurator,alias ſecus,quia poſſet hoc fieri ignorante nunciante, & fraudolenter. Vnde non debet ſeq. remiſſio,niſi ſciat hoc,& approbet.¶In tex.ibi,{quia reſtitutio operis pro parte fieri non poſſit.} Et ſic q̄libet ipſorum in ſolidum promittit deſtruere,ergo quilibet ipſorū ſolus poteſt cōueniri ut deſtruat ex iſta cautione, & tamen ſi nō eſſet interpoſita,uidetur ꝙ omnes ſimul debeant conueniri, ut dixi ſ.eodem.l.ædibus.in hoc ergo iſta cautio eſt utilis,uel forte illa debet intelligi ſ̄m iſtum tex.quia non coguntur ſe obligare ultra q̄ lex eos obliget,nam ſi non poſſet aliquis eorum ſolus conueniri,non ur̄ ꝙ quilibet deberet ſe inſolidum obligare, & hoc uerius ur̄.¶In tex.ibi,{etiam ſingulis erit cauendum,} intellige ſimiliter inſolidum,quantum ad deſtructionem operis, quia pro parte non poteſt fieri,ſed quantum ad intereſſe,ſi non fiat, debet promitti cuilibet de intereſſe ſuo tantum.arg.ff.de uerb.oblig.l.2. in fi.¶In tex.ibi,{ſi hoc maluerint.} ſed quid ſi unus petit deſtructionem operis,alter petit intereſſe? Rñdeo ſe inuicem impediūt quia debent concordari,ut uel petant unum,uel aliud. ut ff.de le. j.l.huiuſmodi.§.fi.cum ſeq.ſ̄m Iac.de Ra & Ray.de For. ¶In tex. in fi.ibi,{ſtipulationem ſufficere}non rñdet clare ad quæſtionem formatam.Ideo dicit,ꝙ ſi iſte unus recepit nomine ſuo, & aliorum,iſta uerba,quanti ea res erit,referuntur ad intereſſe omniū. Si autem ſuo tantum nomine,tunc ad intereſſe ſuum tantum.Et ita intelligit glo.

L E X XXII.

**CVi opus.** ¶Hæres ædificantis tenetur patientiam præſtare ex hoc edicto ut opus deſtruatur,non autem teneatur deſtruere, nec expenſas miniſtrare,quia illud eſſet pœna, in qua hæres non ſuccedit ante lit.conte.h.d.tex.cum gl.¶In tex.ibi,{nam & in reſtituendo pœna uerſatur. &c.} ſic ergo non tenetur ipſe

in ſe hanc curam ſuſcipere, ꝙ deſtruat, etiam ſi nunciator vellet ſibi miniſtrare expenſas, quia in hoc grauaretur, & hoc vult iſte tex. ſed ſolum tenetur patientiam præſtare, iſtud enim non reputatur pœna, cum opus ad ipſum peruenerit, ſi patiatur ipſum deſtrui, vt hic patet manifeſte, vt no. ſ. eo. l. de pupillo. §. denunciationem. Sed recipere curã deſtruendi, & miniſtrare expenſas reputatur pęna, vt ẽt hic patet, licet aũt hic loquatur in ſucceſſore vli, idẽ in ſingulari, ſi poſt opus factum ædificans alienaret, vt emptor, vel donatarius teneatur præſtare patientiam. arg. ff. l. prox. licet illa loquatur, qñ ipſe ædificauit, tñ idem eſt fortior, q̃ ipſe author, qa res fuit affecta vitio reali ꝑꝑ nunciationem, iõ tranſit ad quẽlibet cum eodem vitio, & ẽt põt agi tam interdicto demolitorio, q̃ interdicto quod vi aut clam. iſto caſu, vt l. competit. §. fi. ff. quod vi aut clam. Sed ſi emptor ædificaſſet, dic vt dicam in l. ſeq. ¶In text. in fin. ibi, {ſed ſua impenſa deſtruet.} ſ. ipſe nunciator, putarem tñ tunc ſi iſte eſſet ſucceſſor ſingularis, nunciãtem poſſe agere ꝯ authorem, qui fuit nunciatus actione in factum ad iſtas expenſas, quas oportuit ipſum miniſtrare culpa, & defectu illius, vt ſ. eo. l. ꝑtor. §. nonnulli. iuncta l. 3. in fi. ſ. de condi. ob cau. ubi poſſum agere contra illum, cuius facto ſum damnificatus.

## LEX XXIII.

1 *Si nunciatio fuit facta in ipſa re, tunc contra ſingularem ſucceſſorem ædificantem non ſolum datur hoc interdictum demolitorium, ſed etiam interdictum, quod ui aut clam, & quid ſi fuit facta non in re ipſa.*

IS cui opus. Lex præcedens loquitur in ſucceſſore vli, ſed iſta in ſingulari. Itẽ illa, qñ author ædificauit ꝯ nunciationem, iſta vero qñ ipſe ſucceſſor ignorãter, & in his duob. differt ab illa, ſed in alio concordat, quia ſicut ibi tenetur ad ſolam patiẽtiam, ita hic. ¶In tex. ibi. {emptor ædificauit.} ſ. ignorans nunciationem, & tunc hẽt locum, quod ſ. dixi. Si autem ſciens, tenetur deſtruere ſuis expenſis, & ita intellige quod infra ſequitur, emptorẽ idest dñm nouum teneri. In primo tñ caſu, quia patitur damnum deſtructionis, puto ipſum habere regreſſum ꝯ venditorem ad intereſſe, quia ipſum non certiorauit de nunciatione per l. j. §. j. de actio. empt. Videbatur autem non poſſe agi ꝯ hunc ſingularem ſucceſſorem per l. fi. §. fi. de ꝯh. emp. Sed dic ꝙ ẽt in rem ipſam, vt ff. de aqua plu. arc. l. ſi tertius. §. ſi quis prius ¶In gl. in uerbo, {dñs.}
1 ibi, ſed vbi denegat illud edictum, hanc tenet Iac. de Ra. †Tu dic, ꝙ aut nunciatio fuit facta in ipſa re, & tunc ꝯ ſingularem ſucceſſorem ædificantem non ſolum datur hoc interdictum demolitorium, ſed ẽt interdictum quod vi aut clam. quia concurrit cũ iſto tanq̃ magis generali, vt ff. quod vi aut clam. l. ſi alius §. ait Iuli. Aut fuit facta non in re ipſa, & tunc ꝯ ſingularem ſucceſſorẽ, nec iſtud datur per legem de pupillo. §. nunciationem. & §. ſi quis forte. ſ. e. Nec etiam illud, ut in l. contraria, & iſta eſt vera ſolutio. Eo vero caſu quo dantur, indiſtincte dantur, nec quæritur in vtroque an ſcienter ædificauerit, vel ignoranter, vt ſequitur in gl. Vltimo inducitur iſta lex ad quæſtionem, de qua per gloſ. in l. 3. §. opus. ſ. de alien. iudic. dic vt ibi.

## De damno infecto, & ſubrugundis, & protectis. Rubr.

1 *Quæ ſit forma cautionis de damno infecto, & an ſit cum fideiuſſoribus, et pro quo uitio ædium caueatur, & ꝙ ad iſtam cautionem petendam nõ competat actio, ſed imploretur iudicis officium nobile, & quæ ſit forma libelli.*

1 ¶†In gl. rubrica quæ ſit forma huius cautionis de damno infec. vide in Spec. de ſatiſda. §. eſt quoquo. ver. inde. Et quæ ſit forma libelli, dic vt in Specu. de pig. §. ſequitur. verſi. cæterum. Et an ſit cũ fideiuſſoribus, uel ſine, dic vt ff. eo. l. prætor. in prin. Et pro quo vitio ędium caueatur, dic vt ff. eo. lege fluminum. §. vitium. cum ꝑcedentibus, & ſeq. Et ad iſtam cautionem petendam non competit actio, ſed imploratur iudicis officium nobile, vt no. ff. eo. l. inquilino, quia aduerſarius non eſt obligatus ex ꝯctu, vel quaſi, nec ex delicto, vel quaſi. Ideo fuit neceſſaria prouiſio pretoris, quia iniuſtum erat, ꝙ vicinus reciperet damnum ex ruina ædium vicinarum, contingente vitio operis, vel vitio ædificii, cum de iure ciuili non eſſet prouiſum.

## LEX PRIMA.

1 *Iubere de cauendo per quos magiſtratus fieri poſſit.*
2 *In materia damni infecti quare non admittatur appellatio.*
*Si domus rueret ante interpoſitam cautionem, uel antequam pro interpoſita habita ſit, non emendatur damnum.*
3 *An poſſit quis præciſe compelli, ut caueat per capturam perſonæ, an uero poſt iuſſum factum in contumaciam non cauentis habeatur cautio pro interpoſita,*
4 *Celeritas aliquando reprobatur.*
5 *Delegans an conſeruet ſibi proprietatem iuriſdictionis, & quid de iure canonico.*

1 CVm res. †Iubere de cauendo poteſt fieri per magiſtratus municipales, licet ſit de mixto imperio, & talibus magiſtratibus non competunt ea, q̃ ſunt imperii, ſed duntaxat ea quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis, tñ fallit hoc caſu ꝑꝑ periculũ, quod eſt in mo-
2 ra, hoc dicit in effectu, & ſuppletur, ꝓut debet ſuppleri. ¶†In text. ibi, {celeritatem deſiderat} & propter hanc cauſam ſuper hac materia non admittitur appellatio, ut ff. de appell. recipiendis. l. fin. & not. in Spec. de iuriſd. om. iud. §. j. uerſi. & ſequitur. Sed quare dilatio hæc eſt periculoſa? Reſpondeo, quia ſi domus rueret antequã cautio eſſet interpoſita, vel habita pro interpoſita, dominus illarum ædium non teneretur ad emendationem damni, vt ff. eod. l.
3 euenit. †Sed ſi hoc eſt, quare non poteſt magiſtratus municipalis compellere illum præciſe, ꝙ caueat per capturam pignorum, vel adiectionem mulctæ, vel per capturam perſonæ? vt ff. l. 4. §. ſi intra. ver. an tamen. ſed duntaxat poſſit iubere, ꝙ caueat? Reſpondeo, quia poſt iuſſum factum, vel propter contumaciam non cauentis, habetur cautio pro interpoſita, vt ff. eo. l. ſi finita. §. eleganter. & argu. in l. non iuſta. C. ad Trebel. vbi poſt iuſſum de adeundo, habetur hæreditas pro adita. l. ij. ſ. de euict. & ſic non imminet tantum periculum, ideo cum illa ſint de imperio mixto, quia continet coertionem perſonę, & vbi ceſſat periculum, nõ debet magiſtratus ſe impedire, ſed ſi hoc eſt, quare vlterius proceditur poſt quam cautio habetur pro interpoſita? Reſpondeo, quia adhuc vtilius eſt petenti, ꝙ verè interponatur, vel mittatur in poſſeſſionem rei ex primo, & ſecundo decreto, arg. ad hoc, quod not. in l. ſi pupillus. ff. de nouatio. in gl. quæ incipit, {videtur autem.} ꝙ miſſionem ex primo decreto poteſt facere magiſtratus, non ex eo, ꝙ immineat periculum propter rationem, quam dixi, ſed quia in ea vertitur modica recognitio, & modicum præiudicium, nõ ſic
4 in ſecundo, quod dic vt ff. eod. l. 4. §. duas cum ſeq. †Et no. hic cele
a ritatem [a] approbari, quæ aliquando reprobatur, quod dic, vt plene no. extra de elect. c. fin. libr. 6. ¶In tex. ibi, {municipalibus magiſtratibus.} ſubaudi diſtantibus ab vrbe, vt ff. eod. l. quarta. §. ſi tam vacuum Iaco. de Rauen. ¶In tex. ibi, {delegandum hoc recte putauit.} id eſt delegauit prætor mortuus per ſuum edictum, & ſic competit eis ſine alia delegatione prætoris viui, vt l. quarta. §. duas ſimilis expoſitio. C. de epiſcopis & clericis. l. officiales in principio. Iacob. de Are. ¶In gl. quæ incipit, {qui ergo alij delegat. nihilominus ſibi conſeruat.} certè hic potius colligitur contrarium, dum dicit, ꝙ prætor delegauit, eo quia ſibi viſum fuit periculoſum reſeruare ſibi iuriſdictionẽ, ergo non reſeruauit delegando in hoc
5 paſſu. † dic breuiter quòd ſi ordinarius delegat, reſeruat ſibi proprietatem iuriſdictionis, & transfert vſum, ſicut dominus, quando conſtituit vſumfructum. Et ideo delegatus nihil proprii habet, & hoc dicit tex. in l. j. §. qui mandata. ſ. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. & facit ad iſtum text. reſponſio, quòd vult dicere, quòd viſum fuit ſibi periculoſum reſeruare ſibi etiam vſum iuriſdictionis, ideo tranſtulit vſum in magiſtratus municipales, ſed ſubſtantia remanſit apud ipſum, & eius ſucceſſores. Aut erat delegatus illi, qui ſubdelegauit, & tunc aut eſt delegatus non a principe, ſed ab ordinario qui poteſt ſubdelegare. Si erat delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, & tunc delegando unam cauſam, in illa nihil ſibi reſeruat. Et ideo ſi appellatur a ſubdelegato, non appellatur ad ipſum, ſed ad primum delegantem, ut ff. quis & a quo appell. l. j §. fi. ſecundum verum intellectum. Aut erat delegatus principis, & ad vnam cauſam tantum, & tunc illam ſubdelegando adhuc videtur ſibi reſeruare tantum iuriſdictionem, & ideo a ſubdelegato appellatur ad eum. vt C. qui pro ſua iuriſd. l. j. in fin. prout eſt in tex. ad eos. Sed de iure canonico videtur, ꝙ nihil videatur ſibi reſeruaſſe, niſi expreſſe reſeruauerit, vt in cap. ſuper quæſtionum. de off. del. dummodo ſubdelegatus acceptauerit, alias ſecus, vt in c. quamuis. eo. ti. lib. vj. ¶In gl magna ibi, (ſ. de iuriſdict. omnium iudicum. l. iubere.) ſupple iuncta l. ea quæ. §. magiſtratus. ff. ad municipalem. nam l. iubere cauere. non dicit non poſſe facere magiſtratum municipalem hunc iuſſum, & ſic non contrariatur huic, ſed dicit, ꝙ eſt de imperio. l. autem ea, quæ, §. magiſtratus. dicit, ꝙ
b ea quæ ſunt de imperio, [b] non competunt magiſtratib. municipalib. tunc ergo ſolue, ꝙ eſt ſpeciale in caſu iſto ꝑꝑ rõnẽ lřæ. Cõpetit ergo hoc magiſtratib. non iure magiſtratus, quia ꝑꝑ officium quod

## ADDITIONES.

a ¶Celeritatem. Vide Arch. 23. diſt. c. communis filius. & 93. di. c. j. & not. ꝙ in cauſa, in qua celeritas deſideratur, non habet locum reconuentio ſm Hoſt. & Io. And. in c. cum dilecti. de ord. cog. D. Ant. in c. j. de mu. peti. itẽ licet in cauſa, in qua celeritas deſideratur, non poſſit a ſentẽtia in tali cã lata appellari, hoc tamẽ fallit in cauſa damni infecti, & mixti imperii, ſm Lud. Rom. ſing. ſuis fol. 22. vbi inducit l. placet. C. de peda. iud. quam dicit ponderatam a ſe ſolo ad hoc.

b ¶Adde tamen ꝙ de his quæ imperii ſunt, incidenter cognoſcere poſſunt, vt per Ale. in l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. licet non principaliter, vt l. magiſtratibus. eo. tit. & ibidem per eundem Alex.

quod eſt capax eorũ quæ ſunt de imperio, ſed ex ſpeciali commiſſione facta per edictum prætoris,& ideo nõ poteſt alteri ſubdelegare.vt l.j.in prin.de offi.eius cui man.eſt iuriſdi. non ſic in illis,quæ ſibi competunt iure magiſtratus, & ſm naturam ſui officij,quia quilibet ordinarius põt delegare,vt l.& quia. de iuriſ.om. iud.¶In ea.gl.fin.ibi,{fauore pupillorum.}ſupple,vel minorum, non ſic in reſtitutione quæ conceditur minorib.ex tit.quibus ex cau.maio.nam illam non poterit concedere magiſtratus municipalis,quia non reperitur hoc iure cautum , & de illa intelligitur illa l.ea quæ.§.magiſtratus.dum loquitur de reſti.in integ.

LEX IIII.

1 *Si dies appoſitus finiatur,& damnum adhuc timetur,tunc poſt diem debet prorogari,& ſi iam eſt finitus,debet ſtipulatio ſeu cautio renouari, cauſa tamen cognita.*

2 *Differentia inter renouare,& protelare.*

DIes cautioni. ¶†Si dies appoſitus finiat̃,& damnum adhuc timet̃, tunc poſt diem debet prorogari,& ſi iam eſt finitus,debet ſtipulatio,ſeu cautio renouari, cauſa tñ cognita. Et hoc fit per iudicẽ, qui primam cautionem fecit interponi, qui ẽt põt cõmittere aliquem articulum neceſſarium inferiori ab eo.h.d.¶In tex.ibi.{prætoris,uel præſidis officiũ.} qñ ipſe prætor,vel pſes primã cautionem fecerat interponi. Si uero magiſtratus municipales ſm ea quæ hñr s.e.l.j.tunc ipſe eſſet adeundus pro renouatione,uel protelatione,vt no.j.eo.l.prætor.poſt prin.in gl. ſup ver.ſtatuerunt.In tex.ibi.{ex cauſa.} puta ſi adhuc timetur damnũ,quia nulla reparatio facta eſt:ſecus ſi eſſet facta talis, ꝙ de cætero damnum non timeretur,& ſuper hoc expedit adhibere magiſtros,& fabros, & iſtud committit ptor magratui municipali, vbi ædificia ſunt,vt uideat,& videri faciat,& ſibi referat.Et ſic nõ eſt ſpecialis delegatio cauſæ,quia non habebit magiſtratus municipalis facere reuocari,vel probari, ſed duntaxat referri prætori, & ipſe prætor faciet,licèt gl.hic ſuper verbo {remittere.} dicat ꝯrium,ſed non bene ſm Iaco.de Ra.Eſt ergo cõmiſſio certi articuli incidentis de quo hr̃ in fi.in l.ab arbitro.qui ſatiſ.cog.Sed ſi ędificia erant in municipio,quare fuit adhibitus prætor, vel præſes in prima cautione,& nõ magiſtratus illius municipij,ut hic? Sed expreſſẽ rñdeo,quia municipium erat prope vrbẽ, uel prope locũ vbi reſidebat præſes,quo caſu non eſt adeũdus magiſtratus municipalis,cu de facili poſſit adiri maior,vt j.ea.l.§. ſi tam vicinum.

2 ¶†In tex.ibi.{uel renouare,vel protelare eam.} not.iſta uerba,ꝑpter quæ ſemper allegatur iſtud prin.quæ ſit dr̃ia inter iſta, vt hr̃ in paruis gl.& in l.ſed in imminente.j.de preca. Et aduertendum, ꝙ ſi dies non erat adhuc lapſus, non expedit qđ de nouo protelatur,ſed ſufficit diem protelare,vt vbi erat primo bienniũ,ſit quadriennium,& ſi contingat poſtea damnum dari intra tp̃s prorogationis agetur ex prima remiſſione, ac ſi illud tp̃s in ea fuiſſet appoſitum ab ipſo principio. Aduertendum tñ,ꝙ in hac protelatione debent conſentire fideiuſſores in prima, alias non noceret eis ſi damnum daretur in tpe prorogato,ẽt ſi a principio fuiſſet actũ de prorogatione fienda. Quia fideiuſſores non cenſentur ſe obligaſſe,niſi ad damnum,quod daretur in primo tpe,caſus eſt ſingularis ſm vnum intellectum,in l.Labeo.§.fin.s.de arbit. coniuncto prin.illius legis,facit lex Lucius.§.Paulus.de admin.tuto. & quod

a ibi no.¶Quid autem ſi interueniſſet noua promiſſio, licet nõ neceſſario cum nouis fideiuſſoribus? Rñdeo,cenſentur receſſum a prima iure nouationis,vt j.de prætor.ſtipul.l. Valerianus. ſecus ſi non interueniſſet noua promiſſio principalis, licet interuenerint noui fideiuſſores,ut ibi no.Bart. ſingulariter.Si uero tempus erat iam finitum, oportet ꝙ de nouo interponatur cautio, quia prima eſt finita,& ita intellige uerbum {renouare.}

ADDITIO.

a ¶Noua promiſſio.Adde vt per Socin.conſi.18.

1 *Si iudex ſtatuit tibi certum terminum,ut mihi caueas, & intra terminũ non caueas,ſine alia citatione,uel contumacia, potes mittere me in poſſeſſionem rei ruinoſæ,ſi præceptum fuit factum tibi præſenti , & quid ſi eras abſens.*

2 *Si pars domus eſt ruinoſa,in illam tantum debet fieri miſſio, quando commodè fieri poteſt.& nu.1*

3 *Iudex ordinarius habens imperium quandocunque vult,poteſt facere aliquem capi perſonaliter,& ad ſe duci,non tamen poteſt facere ipſum extrahi de domo.*

4 *Prætor uiuus,uel præſes quãdo eſt aditus pro cautione de qua hic, poteſt cauſam delegare.*

*Quando quis eſt miſſus ex primo decreto,& ſi non poſſidet,ſi iudici uidetur utile priuare aduerſarium,hoc poſſet,& transferre in miſſum.*

§.Si intra. ¶Contra non cauentem fit miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto rei rũinoſæ, uel partis q̃ minatur ruinã,ẽt per magiſtratus municipales. Et ſi ille nõ recipiat miſſum,dat̃ ꝯ eum actio in factum ad intereſſe, q̃ ẽt poterit intentari coram magiſtratu municipali,non aũt põt magiſtratus illum præciſe compellere captis pignorib. uel mulcta indicta.

¶Itẽ ſi perſeueret in contumacia poſt primũ decretum proceditur ad ſm,per qđ miſſus efficitur uerus poſſeſſor, & aduerſarius contumax de poſſeſſione expellitur.Iſta tñ quia ſunt magni piudicij per magiſtratus municipales poſſunt expediri, etiã ſi prima fuerint per ipſum expedita,ſed dẽt adiri ptor,vel præſes. h.d. vſq;

1 ad §.prætor ait.¶†No.ex prin.huius §.ꝙ ſi iudex ſtatuit tibi certũ terminũ,ut mihi caueas,ſi intra illum terminũ non caues ſine alia citatione,uel contumacia põt iudex mittere me in poſſeſſionem rei ruinoſæ,& hoc qñ præceptum fuit factũ tibi pñti, qđ hẽt vim tunc peremptoriæ citationis,ut l.ceſſante.s.qũo,& qñ iudex.Si vero eras abſens,& adhuc præceptum tibi non erat factũ, tunc debes citari ter ſaltẽ ad domum,ut poſſit perueniri ad primũ decretum,vt j.eo.l.prætor.iunctis his quæ no.in l.ſi finita.§.Iulia.j. eo. dico tñ,ꝙ debebit requiri,ut veniat ad dicendum cãm quare nõ dẽat fieri miſſio ex primo decreto ꝑꝑ eius contumaciã,quia potuit habere aliq̃ iuſtam cãm quare non cauit intra terminũ ſtatutum a iudice.Et hoc per l.3.§.ſi ad diem.de termino mo. ¶ Nõ ãt eſt neceſſe,ꝙ citetur,vt ueniat ad cauendum, vel ꝙ ſibi fiat nouũ pceptum de cauendo,quia in illo iã eſt contumax.Et aduertendũ eſt,quia non dr̃,ꝙ iſta miſſio fiat a magiſtratu municipali, ſed a ptore,tñ hoc eſt intelligendum qñ ipſe prætor iubet caueri. Si uero magiſtratus ipſe poſſet mittere in poſſeſſionem, ut patet in §. duas.in uerbo.{poſſe.}& ẽt glo.hic iſtud tenet.Et adde qđ dicam j.ea.l.§.hoc aũt iudiciũ. ¶ †Itẽ no.in ſecundo dicto, ꝙ ſi pars domus eſt ruinoſa,in illam tñ dẽt fieri miſſio. hoc eſt verũ qñ poſſet fieri cõmode,ut quia eſt a latere.Alias vr̃ ſecus,ut ſi in parte ſuperiori domus,in qua non põt fieri,niſi fiat ẽt in inferiori,uel ecõuerſo.arg.eius quod habetur in l.Atheius. j.de aqua plu.arc.¶Vltimo no.in uerbo,{an tñ.}ibi,prohibet magiſtratibus & ſic innuit ꝙ maiores magiſtratus,ut ptor, vel præſes bene poſſint cõpellere præciſe ad cauendũ,ſi petens non cõtentat̃ de primo decreto, & ſic captis pig.uel mulcta indicta,poſſet ẽt fieri per capturã perſonę,& ductionem ad palatiũ mandando ſibi,ꝙ non recedat qn

2 caueat.arg.in l.j.§ quid ergo.s.de ven.inſpi. † nã iudex ordinarius habens imperium qñcunq; vult poteſt facere aliquẽ capi perſonaliter,& ad ſe duci.vt no.dicit Bal.in l.ꝯſentaneũ.C.qũo,& qñ iudex.Et pro hoc adduco tex. j.ea.l.§.prętor.uer.verecundi.vbi dr̃ ꝙ non debet facere ipſum extrahi de domo.Ergo ſi repetitur extra domum,bene põt facere eũ capi. Et adde ꝙ not. Archi.ſuper rubr.de eo,qui mitti.in poſ.ſi.vj.¶In gl.ma.ſuper uerb. {duas.} ibi ſm.s.eo.l.j.in prin.No.illas gl.pro eo,qđ ibi dixi, nã licet ibi loquatur de præſide,vel ptore,gl.tñ hic intelligit idẽ in magiſtratu municipali,vt poſſit prorogare tp̃s,uel renouari facere cautionẽ, qđ declara,ut ibi dixi.in gl.in verbo {actionum.} ibi, an ergo hęc quatuor competant iure magiſtratus quaſi a prætore mortuo ſint ꝯmiſſa? & vr̃ dicendum ꝙ ſic,per iſtum tex.dum dicit,{prætor iniunxit.} nam non põt intelligi niſi de prætore mortuo, qui fecit edictũ,nec ꝙ iniunxerit,niſi per illud edictũ, ergo cõpetunt magiſtratib.eo ipſo ꝙ ſunt magiſtratus ſine delegatione ptoris uiuẽtis.Et hoc eſt cõpetere aliquid iure magiſtratus.Itẽ ex hoc ſequit̃ aliud,ꝙ ipſi magiſtratus poterunt aliis delegare,vt l.j.§.ſed quę.de offi.eius cui man.eſt iuriſ.pro hoc ẽt facit, qa qñ vna determinatio determinat plura,pariter ipſa determinat,ut l.iam hoc iure. de vul.& pup.Sed hic dicit tex.ꝙ iniunxit actionem, & poſſeſſionẽ, & de actione in facto eſt clarum,ꝙ ſuper illa põt cognoſcere magiſtratus,& ẽt delegare,quia eſt de ſimplici iuriſdictione, ergo & miſſio in poſſeſſionem ſiſr competet, & poterit delegari, & quidam hoc fatentur de plano.Dicunt tñ hoc eſſe ſpeciale hoc caſu quantum ad miſſionẽ ꝑꝑ celeritatẽ huius cauſę rl r ꝯ,ut l.ea quę. §.magiſtratus.ad munici.Alij ꝯ timorẽ huius §. ꝙ non competat iure magiſtratus ex cõmiſſione edicti prætoris mortui, ſed requiratur commiſſio prætoris viuentis,& tunc oportet impropriare tex.dum dicit,{iniunxit.} ideſt iniungi permiſit per prætorem viuum,& tunc erit hoc ſpeciale,quia iſtæ cauſæ ſunt de mixto imperio.Et ea quæ ſunt de mixto imperio,non pñt delegari per prętorem viuũ uel præſidem,niſi ex cauſa abſentiæ,vt l.j.§.j.de offic. eius,ſed hęc poſſunt delegari ẽt ſi ſe non abſentant, non tñ cuilibet,ſed magiſtratib.municipalibus alias iuriſdictiones habentibus ꝑut in fi.no.in l.nec mandãte.s.de tut.& cur.da.ab his. & talis magiſtratus non poterit ſubdelegare.Tertia fuit opi. (& iſta uera) ꝙ imo mittere in poſſeſſionem,& ẽt iubere cauere competat magiſtratib.eo ipſo ꝙ ſunt magiſtratus,& ſine delegatione prætoris viuentis, vel præſidis, non tñ propter hoc debet ſibi competere iure magiſtratus, quia non competit ſm naturam officii, ſed dę ſpeciali commiſſione,& ideo potius dñr legati,q̃ ordinarij, & ex hoc ſequitur ꝙ non poſſunt ſubdelegare.Et iſta opi.tenet mediũ inter duas præcedentes:idem dico qñ per legem ciuilem aliquid ſpecialiter committeretur alicui iudici,quod non eſſet de regulari natura ſui officij,quia in illo diceretur delegatus,& non poterit alteri ſubdelegare.tex.cum gl.in l.j.in fi,& prin.gl.ult.C.ne lice.poten.quod eſt notandum,nam interdum ſtatuta ciuitatis ſuperioris committunt poteſtati alicuius terrę ſubditæ, ꝙ poſſit aliquid facere,quod non eſt de originali natura officij,nam non poteri

ſubdelegare,ſecus in his quæ ſunt de nã officij.Nam ſi habentur
a lege,vel ſtatuto,vel a principe,dr̃ in illis ordinarius ipſe delegãs,
vt l.& quia.de iuriſ.omn.iud.¶In gl.ſeq. circa fi.ibi,{ quia imperij
eſt} & iſta ratio non eſt bona,quia ẽt prima duo ſunt de imperio
ſ.iubere cauere,& in poſſeſſionẽ mittere ex primo decreto, qua
re ergo ita non reſeruauit illud,ſicut iſtud? unde ſupple ad gloſ.ꝙ
eſt imperij,ſ.magni,quia affert magnũ præiudicium , ſed illa duo
ſunt de Imperio paruo,quia non afferunt magnum præiudiciũ.
Fortè enim nunquam ruet,& ſic cautio nunquam committere-
tur. ¶ Item per miſſionem ex primo decreto non perdit dñium
nec poſſeſſionem, ſed cogitur miſſum recipere ſecum, & põt ire
ipſo inuito,& videre quando fructus recolliguntur , ſi miſſio ſit
in fundo.Sed per ſm decretum perdit poſſeſſionem,& dñium,ſi
habet,& ſi non habet miſſus ex ſecundo decreto acquirit vſuca-
piendi poteſtatem,vt ).eo.l.prætoris.in prin.& no. quia gl.omittit
5 quintum de quo in prin.huius legis.¶†Item glo.ſeq. addit alia tria,
& ſic ſunt octo.Doct.addunt alia duo,quod dic,vt hic per Bart.
& no.ex gl.ſeq.quòd prætor uiuus,uel præſes quando eſt aditus
pro hac cautione,poteſt cãm delegare,quod eſt ſpeciale hic cum
ſit de imperio,& innuit gl. quòd poſſit etiam delegare non habẽ
ti iuriſdictionem.¶Item no.ſingulariter gl.ſuper uerbo.{deceda-
tur}in ſecunda expoſitione,ꝙ qñ quis eſt miſſus ex primo decre-
to, & ſi non poſſidet,ſi iudici videtur vtile priuare aduerſarium,
a poſſet,& ipſum transferre in miſſum,[a] quia pp hoc citius ueniet
ad faciendum id,quod iudex mandat,quod poterit id facere, qđ
perpetuo tene menti quia uix alibi reperies, ſicut etiam propter
nimiam contumaciam miſſus ex primo decre. lucratur fructus,
vt l.Fulcinius.in fi. ).qui.ex cau.in poſ.ea.Regulariter vero cõtra,
quia miſſus non poſſidet,ſed detinet,vt l 3.§.fi.).de acqui.poſſ. &
uti poſſ.l.ſi duo.§.creditores.

ADDITIO.

a ¶Miſſum.Facit quod uoluerunt Aret.& Io. And.in rub.de eo qui mitt.in
poſ.cauſa rei ſer.& d.Ant.in c.ij de do.& cont.vbi volunt ꝙ licet ille per
quem facta eſt miſſio habeat annum ad recuperandum poſſeſſionem, tñ
miſſus poteſt intra illud tempus ipſum compellere ad ulteriorem litis ꝓ
ſecutionẽ.ita ↄcludit poſt ipſos Lu.Ro.ſin.ſuis fol. 11. & an annus poſſit
prorogari,q daĩ reo contumaci ad recuperandũ poſſ.vide ꝑ eundẽ vbi s̃.

1 *Contra abſentem & non cauentem nõ peruenitur ad primum decretum,*
*niſi primo ſit citatus ad domum, de qua tamen extrahi non debet, & ſi*
*domum habitationis non habet,debet affigi citatio ad prædium,ſiue do*
*mum ruinoſam.*
2 *In cauſa damni infecti etiam ſi aduerſarius meus ſit in ciuitate, nõ tamẽ*
*eſt præſens in iudicio poſſum facere eum citari ad domum,& ſufficit.*
3 *Alius caſus in quo ſufficit citare aduerſarium ad domum,& quando ſuffi*
*ciat citatio ad domum.& nu.4*
*Quòd aliquando non ſufficiat citatio ad domum; etiam ſi fuit perquiſita*
*perſona.*
4 *Citatus non debet extrahi de domo,& quid in cauſa criminali.*
*Citatio debet fieri ad domum in qua habitat tempore citationis,licet nõ*
*habitaſſet ultra tres dies,& in alia conſueuiſſet habitare.*
5 *Quid ſi ſtatutum dicat aliquem debere citari ad domũ ſolitę habitationis.*
6 *Quando citatus non habet propriam habitationem,et agatur de re certa*
*immobili.{poteſt affigi citatio ad illam rem,& arctat ipſum, & quid ſi*
*agatur de re mobili.}*

1 **§.Prætor ait.** ¶†Contra abſentem, & non cauentem
non peruenitur ad primum decretum,
niſi primo ſit citatus ad domum,de qua tñ extrahi non debet, &
ſi domũ habitationis non habet,debet affigi citatio ad prædiũ, ſi-
ue domum ruinoſam.h.d.iſte magiſtralis §.in quo Bar. dicit infini
ta bona,& ſemper remittitur ad formã citationis, & qualiter de-
2 beat fieri ad domum.¶†No.primo ꝙ in iſta cauſa damni infecti
ẽt ſi aduerſarius meus ſit in ciuitate,non tñ eſt præſens in iudicio
a poſſum facere eum citari ad domũ,[a] & ſufficit,ſupple,ẽt ſi nũcius
non referat ſe primo perquiſiuiſſe perſonam, & eam non reperiſ
ſe,nec ẽt expedit ꝙ iſtud opponatur in cõmiſſione,ſed ſufficit, ꝙ
vadat ad domum,& ꝙ ipſum citet,ſi ibi eſt,vel dicat familiæ eius,
vel portet ſchedulam,& ibi dimittat,nec eſt neceſſe probare,ꝙ ci
tatio peruenerit ad eius notitiam,& iſta eſt intentio literę dum di
cit.{abeſſe aũt videtur,} & eſt ſpeciale pp celeritatem huius cau-
3 ſæ, ¶†Eſt & alius caſus,in quo idem eſt qñ aduerſarius meus ſe-
mel fuiſſet in iudicio,& lis eſſet conteſtata ſecum, nam de cætero
ſufficit eum citare ad domum,vt s̃.dixi.per l.ab eo. ſupra qũo, &
qñ iudex.quia imputandum eſt ſibi poſtquam ſciuit cãm inchoa
tam,quia debuit eſſe ſemper preparatus per ſe,vel per procurato
rem,vt l.ſciendum.cũ ibi not.).de legatis. ¶Aliquando autẽ non
ſufficit citatio ad domum,ẽt ſi fuit perquiſita perſona,& non fue
rit reperta,niſi probetur citationem perueniſſe ad eius notitiam,
ut cum agiĩ de ipſo excõicando,vt quia requiritur vera cõtuma
cia,& ſic ꝙ citatio ipſum apprehendat,vt no.Inn. in ca.ſi aduerſa-
rius.de eo qui mit.in poſſ.vel per eum ſteterit ne eam apprehẽde-
ret,uel quod malitioſe ſe occultauerit ne perueniret,vel per ſe,vl
per alium impediuerit,ne citatio ad ipſum perueniret, in his oib.
caſib.eſt verus cõtumax,acſi perſonaliter eſſet citatus,ut in c.qm̃.
§.porro.ut lite non conteſt.¶Idem dicit ipſe qñ põt perueniri ad
ſniam lite non conteſt.¶Idem ubicunq requiritur uera cõtuma
cia,puta,ꝙ excludatur ab appellando,ut l.ex conſen.in fi. de app.
vel interpoſitio ſecundi decreti, vbi ẽt non ſufficit ad eius notitiã
perueniſſe,niſi latitet,vt l.Fulcinius.§.j.quibus ex cauſis in poſſeſ-
4 ſio nẽ eatur.¶†Extra iſtos caſus ſeruanda eſt media via,quia ſuffi-
cit citatio ad domum,dummodo per prius fuerit facta perquiſi-
tio de perſona,& non fuerit reperta,ẽt ſi non apparet, ꝙ latitaue-
rit,vel impediuerit,ne citatio ad eum perueniret,& ita debet fieri
commiſſio,& relatio nuncii,ita debet intelligi gl.in c.cãm quæ.de
dolo,& contu.nec expedit probare,ꝙ ad eius notitiam peruene
rit.Et iſta ſunt fundamentalia, quæ Bart. non declarat, licet ponat
multas quæſtiones eo caſu,quo ſufficit qualiter debeat fieri. Itẽ
no.in ver.}uerecundia autem}ꝙ nõ debet citatus extrahi de do
mo,ergo ſi non eſt in domo,poſſet capi,& duci,vt dixi s̃.§.præce
denti. In cauſa tñ criminali poſſet extrahi de domo, quod dic, ut
plene no.per Bar.in l.cum eo.ad l.Iul.peculatus.¶Item no.in uer.
{ſed domum} quod citatio debet fieri ad domum, in qua tũc ha
bitat tempore citationis, licet non habitaſſet ultra tres dies, & in
5 alia conſueuiſſet habitare.†quod no.ſi ſtatutum diceret aliquem
debere citari ad domum,ſed ſi adderet,ſolitæ habitationis, poſſet
citari in illa,quam conſueuit habitare,licet hodie non habitet,niſi
nũcius haberet notitiam de præſenti habitatione,ſed in caſu præ-
cedenti non ſufficit,ꝙ non habeat notitiam,quia debet perquire
6 re.¶†Vlt.no.in fi.qñ citatus non habet propriam habitationem,
& agatur de certa re immobili,puta de prædio, poſſet affigi cita-
tio ad illam rem,& arctat ipſum.Sed ſi non ageretur de certa re,
ſed de pecunia,deberet affigi citatio valuis publicis, uel eccleſiæ,
niſi per ſtatutum aliter prouideretur,ut in l.cõſentaneum.C.qũo
& qñ iudex.Iſto tñ caſu & etiam præcedenti antequam illud fiat,
debet perquiri ſi eſt aliquis ꝓcurator eius, & illi debet fieri, & ita
intelligo tex.in fi.non ſic in caſu huius §.quando habet certã ha-
bitationem,nam ſi non debet perquiri pro principali,vt dixi mul-
to minus pro procuratore.

ADDITIO.

a ¶Ad domum.Adde ut Lu.Ro.coſi.462.Abb.conſi.84.

1 *Vbi deficiunt uerba l.deficit l.diſpoſitio.*
2 *Statutum ſi dicat quòd laudum debeat notificari ei cõtra quem latum eſt*
*intra decem dies a die quo latum fuerit,aliàs nullum ius acquiratur ei*
*pro quo latum eſt,& latum ſit poſt mortem alterius ex compromitten*
*tib.cum actum eſſet in compromiſſo quòd non expiraret per mortem,*
*& hæreditas iacuit ultra dictum tempus,ex hoc non uitiatur laudum.*
*Quòd ad cautelam debeat tũc fieri notificatio ad domum ſolitæ habitatio*
*nis,& quid ſi hæreditas poſtea adeatur an iterum ſit fienda hæredi.*
3 *Contra hæreditatem iacentem non poteſt agi,nec iudiciũ inchoari,& con*
*ſilium eſt quòd detur curator hæreditati.*
4 *In cauſa damni infecti quòd offeratur libellus, & an eius copia mittatur*
*cum citatorio.*
5 *Quando fit citatio a delegato ſemper debet mitti copia delegationis ſeu*
*reſcripti.ſaltem prima uice,alias haberet citatus iuſtam cauſam non cõ*
*parendi.*

1 **§.Toties.** ¶†Vbi deficiunt uerba l.deficit l.diſpoſitio.h.d.
& ad hoc ſemper allegatur & concordat cum
iſto ſummario.).de accu.l.hos accuſare.§.oĩb.de aqua quotid. &
2 æſti.l.j.§.loquitur.†Et ſemel inducebam iſtum text.cum dicat ſta-
tutum Florentinum,ꝙ laudũ debeat notificari ei ↄ quem latũ eſt,
intra decem dies a die quo latum fuerit,alias nullũ ius ex eo acq-
ratur ei pro quo latum eſt,& laudum fuit latum poſt mortẽ alte
rius ex compromittentib. cum eſſet actum in compromiſſo, ꝙ
non expiraret per mortẽ,& hęreditas tunc iacebat,& iacuit ultra
dictum tp̃s,ꝙ laudum ex hoc non vitietur, ſi non fuit notificatũ
a ei,ↄ quem latum eſt,cum non reperiatur in rerum nã,[a] ſed ꝙ ad
cautelã fiat notificatio ad domum ſolitæ habitationis. Quid aũt
ſi poſtea adeaĩ hæreditas,an iterum ſit fienda hæredi, colligiĩ ex
3 his q̃ dixi s̃.ſi.j.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.¶†Itẽ Ange.ꝑ iſtũ
tex.dicit ſe recitaſſe plures proceſſus in ciuitate Flo. factos ↄ hære
ditatẽ iacentem,facta citatione de ipſa hæreditate, qđ non poteſt
fieri,ut hic patet.Sed iſte tex.videtur facere ↄ,ꝙ immo poſſit fie-
ri ad domum hæreditariam,quam cõſueuit habitare defunctus,
& ꝙ proceſſus valeat.Solu ſpeciale eſt in caſu huius §.propter ce
leritatem quæ huic requiritur. Contra, quia contra hæreditatem
iacentem non põt agi,nec iudicium inchoari,ut ). de ſtipul. ſeru.
l.ſi ſeruus hæreditar us.¶Eſt ergo conſilium,ꝙ detur curator hę
reditati,ut l.j.& ij.de cur.bo.dan. & ↄ curatorẽ poterit agi. hodie
factum eſt ibi ſtatutum pp hoc,vt nullo curatore dato valeat ꝓ-
4 ceſſus.†Vltimo no.in uerbo,libellum, ꝙ in hac cã offerĩ libellus,
& copia eius mittiĩ cum citatorio,qñ ſit in ſcriptis citatio, & affi-
giĩ ad inſulã.Contrarium tñ cõiter ſeruatur, q̃a ſufficit appone-
re ſche-

ADDITIO.

a ¶Rerum natura.Adde eundem conſi.24.

re ſchedulam citatoriam,ꝙ veniat ad reſpondendum petitioni ta
5 lis.† Quando tñ ſit citatio a delegato,ſemper debet mitti copia de
a legationis,ſeu reſcripti,ſaltem prima vice.[a] alias haberet iuſtã cau
ſam non comparendi,vt in c.ij.de dilatio. Et hoc probatur in au-
th.qui ſemel.š quomodo,& quando iudex.ibi dum dicit,{ & ad-
uerſario cognitis.&c.}

ADDITIO.

a ¶Prima vice.Adde Ang.conſi.36.

---

1 *Contra magiſtrum negligentem facere id quod facere poteſt, & debet,da tur actio in factum ad intereſſe totale.*
2 *Contra iudicem facientem iniuſtitiam,quæ actio detur.*
3 *Iudex negligens facere iuſtitiam,quando puniatur criminaliter extra or dinem ad intereſſe partis.*

1 §.In eum. ¶† Contra magiſtrum neglig̃etem facere id
quod facere poteſt & debet, datur actio in fa
ctum ad intereſſe totale. h.d. Et dicunt quidam ꝙ eſt hoc ſpecia-
2 le,vt detur ad integrum intereſſe.† Rñr.n.ꝯ iudicem facientem in-
iuſtitiam,datur actio in quantum iudici,ſeu bono viro. ideſt ſyn-
dicatorib.æquum videbitur,vt in l.fi. ⁊.de var.& extraor.cog Tu
dic,ꝙ ibi loquitur quando per imperitiam male iudicauit, ſi autẽ
per dolum,dareť ad integrum intereſſe,vt in l.filiusfa.š.de iudi. &
hic ſi non facit qđ facere poteſt,& debet,vr̃ eſſe in dolo præſum-
pto,vt in l.dolus.š.mã.ideo tenetur ad integrum intereſſe. In hoc
tñ eſt dr̃ia,an ſit dolus uerus,vel præſumptus,quia primo caſu in
tereſſe probatur per iur̃m in litẽ,vt in d.l.filius. Secundo caſu nõ,
ſed oportet vere probare,vt hic in gl.quæ incipit,{vt detur.} & in
gl.ſeq.ſuper verbo,{intereſt quo animo. } Non ergo eſt curãdũ,
an deliquerit in faciendo, vel in non faciendo, ſed an per imperi-
tiam,vel per dolum verum,aut præſumptum, ſi per imperitiam,
ergo non eſt dolus,ſed in contrarium facit, ſi aſſerit ſe peritum,
vt l.2.cum ibi no.š.quod quiſque iuris, ſed illud quo ad pœnam,
de qua ibi rñr. ¶Item in alio refert,delinquat in faciendo iuſtitiam
vel negligendo iuſtitiam facere,quia primo caſu recurritur ad ſu
periorem per uiam appellationis,& non aliter.C.de iuriſ.om.iud.
l.nemo.in fi.Secundo vero recurritur per uiã querelæ, vt in Au-
th.vt diff.iud.& ideo non valet appellatio,ſi dicam, peto a uobis,
ꝙ tale quid faciatis,& ſi non feceritis,appello,niſi verbo,uel facto
pronunciet illud non eſſe faciendum, quia tũc põt appellari poſt
pronunciationem,vt no.per Inno.de teſt.c.ſignificauerunt, & in
3 Spe.de app.§.qualiter.in verſi.in ſumma.¶ †Item contra iudicem
a negligentem iuſtitiam facere,[a] reperiuntur interdum certæ pœ-
næ a iure deputatæ.C.de ſeru.fug.in l.mancipia.de exa.tribu.l.miſ
ſi opinatores.lib.x.extra illos caſus punitur extra ordinem crimi-
naliter,& ad intereſſe partis,ut hic.

ADDITIO.

a ¶Iuſtitiam facere.Adde vt per Lu.Ro.conſi.149.

---

1 *Contra iudicem non datur actio ad intereſſe propter hoc,ꝙ omiſit aliquid facere,cum poſſet,& deberet,niſi illud fuerit petitum ab eo ſedente pro tribunali.*
2 *Iudex non requiſitus a parte,an poſſit aliquid facere ex ſuo officio.*
3 *Eo caſu quo poteſt facere aliquid etiam non requiſitus,ſi non facit,an teneatur ad intereſſe,uel ad pœnam,& nu.2.*
*Eo caſu quo non poteſt ſi tamen facit,an valeat qđ facit remiſſi, & nu.2.*
*In cauſa damni infecti,qualiter procedatur.*
4 *Si facta ſunt legata certis pauperibus,& ipſi non petant,non tenetur iudex,licet poſsit procedere ex inquiſitione.*

1 §.Hoc autem. ¶† Contra iudicem non datur actio
ad intereſſe ꝑꝑ hoc,ꝙ omiſit aliquid
facere,cum poſſet,& deberet,niſi illud fuerit petitum ab eo ſedẽ-
te pro tribunali.h.d.& ſemper alle.facit l.j.§.magiſtratib š.de magi
2 ſtr.conue.¶†In iſto §.examinantur tres paſſus.primus eſt,utrum
iudex non requiſitus a parte,poſſit aliquid facere ex ſuo officio,
quo caſu diceretur facere per inquiſitionem? Secundus caſus eſt
eo caſu quo poteſt aliquid facere, ẽt non requiſitus ſi non facit,
vtrum teneatur ad intereſſe,uel ad pœnam? Tertius eſt, eo caſu
quo non poteſt,ſi tñ facit vtrum valeat quod facit? Circa primũ
dic,ꝙ in concernentib.bonum,vel vtilitatem publicam,põt ex of
ficio procedere ẽt ad nullius poſtulationem, de quo poſſunt po
a ni plura exempla. primo de inquirendo [a] de criminib. in genere,
vt l.congruit.de off.præſi.in ſpecie vero rñr inquiſitio eſt prohibi-
ta de iure cõi.Fallit in certis caſib.ut plene not. in l.ij.§. ſi publico.
de adot.¶Item in his quæ concernunt commodum pecuniariũ
cameræ fiſcalis,vt l.ſi vacuam.C.de bo.vac.li.x.& ibi no.per Bart.
¶Item in his,quæ concernunt reuerentiam ſuperioris,ut l.eos.in
fi.C.de app.¶Item in his,quæ concernunt honorem ſui officij,
& dignitatem,ut l.quos prohibet.š.de poſtu.C. de teſta.l. nullum,
š.de infa.l.debuit.¶Item in his quæ concernunt abbreuiationem
litis,vt C.de iud.l.properandum.poſt prin.vbi iudex ne pereãt in
ſtantia litis,poteſt etiam non requiſitus aſſignare terminum par-
ti ad faciẽdum incumbentia,ut poſſit cauſam expedire, ut ibi no.
per Bart.& l.vnica.C.de his quæ deſunt aduo.partium. ¶Si uero
non concernunt utilitatem publicam,ſed priuatam, tunc aut ve-
niunt in ꝯñam petitorum,& põt partes ſuas impartiri,ẽt non req
ſitus.Vnde ſi condemnauit furem criminaliter,põt ẽt non requi-
ſitus a parte condemnare ad reſtitutionem rei ſubtractæ,ut not.
Inn in ca.cũ oporteat,de accuſa.& in l.ſi quis ad ſe fundum. circa
fi.ad leg.Iul.de ui publ.Item põt victum victori condemnare in
expenſis ẽt non requiſitus,quia hoc accidit poſt litem conteſ. iõ
multum in hoc uertitur iudicis officium,ut l.ædiles,§. item ſcien-
dum.de ædil.edict.& idem vr̃ de fructu,vel vſuris poſt lit. cõteſt.
perceptis,uel currentib.iuxta no.in l.j.C.de iudi.& ⁊.eo.ti.in l.ſi qs
miſſum.cum ibi no.Si vero ueniunt vſuræ principaliter, tunc aut
concernunt periculum aĩæ, & poteſt procedi per inquiſitionem
per iudicem eccleſiaſticum,& ꝯ vſurarios, & vſuras reſtituant ẽt
ſi non ſit requiſitus,ut in c.ad noſtram.de iureiu. & quod ibi per
Inn.Aut non concernunt periculum aĩæ, & tunc rñr pro vtilita-
te priuata non poteſt procedere per inquiſitionem, ſed propoſi-
tis actionib.ut dicit Inn.in d.ca.ad noſtram. fallit qñ duo concur-
runt,ꝙ actus ſit pius, & perſona quam reſpicit, ſit miſerabilis, ut
pupillus,vel vidua,uel pauper ſ̃m Inn.ibidem,& per Cy.in l.mu-
lierem.C.ſi mãci.ita fuerit alie.vt probatur in l.illicitas.§. nẽ tenuis.
š.de off.præſid.& in l.3.§. pen. de ſuſpect.tu.& dicitur actus pius,
qñ concernit perſonam,vt puta ꝙ debeantur ſibi alimẽta. ut tu-
tor,aut curator,ſeu defenſor iuxta ea quæ habenť in l.j. & ij. š.de
neg.geſt.& l.alimenta.Si uero concernunt patrimonium ſecus,
ut in l.quæ ibi ſequitur.& hoc qñ perſona miſerabilis eſt certa. Sed
ſi eſt incerta,ut ſi aliquis relinquat certam quantitatem diſtribuẽ
dam inter pauperes,licet non dicat pro alimentis, poteſt iudex ec
cleſiaſticus procedere per uiam inquiſitionis,ut no.in d.c. ad no-
ſtram. ¶De ſecundo,& tertio caſu vide hic per Bar.qui multa bo
3 na dicit.¶† Vlt.no.dum dicit in fi.{pro tribunali,} & in §.toties.š.e.
l.dicit libellum. nam ex hoc innuitur ꝙ in hac cauſa procediť cũ
ordine,dato libello,& lite conte.& fertur diffinitiua, licet ſit ſum
maria,quia non quantum ad hoc,vt aliquid remittatur de ſubſtã-
tialibus iudiciis,ſed ut abbreuientur dilationes,vt in l.j.š.eod. licet
ꝯrium uideatur ſentire gl.in l.qui bona in §.qui alienum. ⁊. eo.Sũ-
per hoc dic,ꝙ ſi aduerſarius fatetur domum ruinoſam, & nullã
cauſam allegat rationabilem quare non debeat cauere,poteſt ꝓ-
cedi per viam præcepti,ut in prin.huius l.alias habet locum quod
dixi,& etiam hoc ſecundo caſu,ſi poſt ſñiam diffinitiuam, ꝙ de-
beat cauere,& non caueat, adhuc habebit locum miſſio ex pri-
mo decreto.Ita põt intelligi prin.huius legis, quod eſt mirabile,
vt poſt ſententiam diffinitiuam ueniatur ad primum decretum,
quia non poteſt aliter fieri executio. Et ſuper ſecundo puncto
quem ſupra non explicaui, qñ iudex põt interponere officium
ſuum ẽt non requiſitus ſi non facit hoc,utrum teneať? quia Bar.
non plene explicat,põt ſic dici,ꝙ aut habuit iuſtam ignorantiam,
& non tenetur,vt l.j.§.magiſtratib.de magi.conue. Aut ſciuit, &
tunc aut in his quæ concernunt publicam utilitatem,& tenetur,
& poteſt iudex quia poterat,& debebat ſe interponere,cũ ſit pro
curator reipublicæ,ut in d.l.congruit,& l.prohibere.§.ſciendum.
quod vi aut clam.Aut in his quæ concernunt priuatam utilitatẽ,
& tunc aut pertinet ad perſonas,quæ non poſſunt petere ꝑꝑ de-
fectum ſenſus,vel ætatis,quia furioſus, uel impubes, & idem,qa
poteſt,& debet,argu.in d.l.3.§.preterea.de ſuſpec.tu. facit l.bono
rum.š.qui admit.ad bo.poſſeſ.Aut pertinet ad perſonas,quæ poſ-
ſunt petere ſibi prouideri,& non petunt,& tunc imputetur eis, li
cet iudex poſſet etiam non requiſitus,arg.hic.Et ideo dicunt Do
ctores,ꝙ licet iudex poſſit condemnare in expenſis,ẽt ſi non fue
rit hoc petitum,ſi tñ non facit,non tenetur,arg.š.de iud.l. non qc
4 quid.¶†Item dicit Bald.in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſcop.
& cleri.ꝙ ſi ſunt facta legata certis pauperib. ſi non petunt,iudex
nõ tenetur,licet poſſit procedere ex inquiſitione per ſupradicta.

ADDITIO.

a ¶Inquirendum.Caſus quib.poſſit,procedi per inquiſitionem, vide per Fe
ly.in c.qualiter,& quando,de accu.& an inquiſitio generalis poſſit fieri,
vide per Old.conſi.270.

---

1 *Magiſtratus municipij exiſtentis prope urbem, uel prope locum vbi eſt præſes,non poteſt ſe intromittere de hac cauſa,ſed debet recurri ad prætorem uel præſidem, & ideo ſi requiſitus non facit non tenetur actione in factum ad intereſſe.*
2 *Si in aliqua ciuitate ſunt plures magiſtratus qui poſſunt cognoſcere de aliqua cã,& aliquis adiuit unum magiſtratum,puta, officiales mercantiæ uel conſules artis & illi neglexerint facere ius, tunc,quia potuit adire poteſtatem qui eſt iudex generalis omnium cauſarum,& non adiuit, an illi excuſentur,ut non teneantur ſibi ad intereſſe.& nu.3.*
3 *Iudex ſi tulit iniquam ſententiam,a qua non fuit appellatum,an excuſetur quominus faciat litem ſuam,ſi potuerit appellari.*

1 §.Si tam vicinum. ¶† Magiſtratus municipii e-
xiſtentis prope urbem, uel
prope locum ubi eſt præſes,non poteſt ſe intromittere de hac cã,
ſed debet recurri ad prætorem, uel præſidem, & ideo ſi requiſi-
tus non facit, non tenetur actione in factum ad intereſſe. h.d. ſe-

cundum

cundum intellectum gl.Ratio primi dicti eſt, quia ceſſat cã pp q̃
magiſtratus municipalis põt ſe intromittere de hac cã, licet ſit de
imperio pp periculum,quod eſt in mora, ſi iretur ad præſidem,
vel prætorem, vt l.j.ſ.c.hic vero ceſſat pp propinquitatẽ loci. Se-
cundum aliam lecturam,q̃ tenet Bart. bene põt ſe intromittere,
tñ quia de facili poterat adire prætorem,vel præſidem, adhuc nõ
1 tenetur,licet requiſitus non fecerit.†Et ſic no.hic vnum ſatis ſin-
gulare,ſm iſtam lecturam,ꝙ ſi in aliqua ciuitate ſunt plures ma-
giſtratus,qui poſſunt cognoſcere de aliqua cauſa,ſi aliquis adiuit
vnum magiſtratum,puta officiales mercantiæ,uel conſules artis,
& illi neglexerint reddere ius,quia tñ potuit adire poteſtatem, q
eſt iudex generalis oĩum cãrum,ſi non adiuit, non tenentur illi ſi
bi ad intereſſe,quod perpetuo tene menti. Angel.tenet ꝯrium,&
melius,quia negligentia illorum non excuſatur propter hoc, ꝙ
alius potuerit adiri.†Nam & ſi iudex tulit iniquam ſñiam,licet po
tuerit appellari,& non fuerit appellatũ,non excuſatur iudex quo
minus faciat litem ſuam,qa non poteſt imputari parti quare non
appellaſti?vt plene notatur in diſputatione,eiuſdem Bar.quæ inci
pit,a ſñia iudicis,ita vr̃ in caſu iſto qñ neglexerit,vt non poſſit im-
putari,quare non acceſſiſti ad alium.Nec obſtat iſte tex.quia,uel
primus intellectus eſt verus,vel ſi ẽt ſecundus eſſet verus,dic ſm
Ang.ꝙ hic magiſtratus hẽt cognitionem iſtius cãæ in ſubſidium
pp periculum moræ,ſecus ſi æquè principaliter.tene menti.

1 *Hæc actio in factum ad intereſſe datur hæredi, & contra hæredem et eſt perpetua.*
2 *Caſus in quo hæres iudicis debet ſtare ad ſyndicatum.*
3 *Si lata eſt ſñia iniqua,licet fuerit appellatum,uel fuerit ſñia confirmata, & ſic non poſſit amplius contra partem allegari de iniquitate, uel etiã de nullitate,quouſque fuerit facta executio,an tamen poterit contra iudicem primum,qui eam tulit allegari de ipſius iniquitate,& peti ipſum condemnari in ſindicatu.*

1 **§.Hæc aũt actio.** ¶†Hæc actio in factum ad inte-
reſſe daĩ hæredi, & ꝯ hæredẽ &
2 ẽt eſt perpetua.h.d.†Et not.caſum in quo hæres iudicis debet ſta-
re ad ſindicatum, ſi iudex in uita ſua, non fuerat ſyndicatus ſm
Ange.rlr ꝯ.ſ. de iud.l.ſed Iul.quia ex parte conuenti iſta actio eſt
pœnalis,quia datur ad illud,quod non adeſt,nec affuit,licet ex p-
te agentis ſit perſecutoria,quia datur ad id,quod abeſt,& hoc uo
luit gl.fi.ideo non debet dari ꝯ hæredem ante litem conteſt. vt l.j.
C.ne ex delict.defunctorum.Sed ratio in hoc §.eſt imminens pe-
riculum Dy.uero dicit,ꝙ non eſt,quia iſta actio in factum ſucce
dit loco cautionis non præſtitæ,quæ ſi fuiſſet præſtita, actio dare
tur ꝯ hæredem promiſſoris,ita hic dicatur ꝯtra hæredem iudicis.
3 ¶†Vlt.dicit Angel.hic,licet extra propoſitum,ꝙ ſi lata eſt ſñia ini-
qua licet fuerit appellatum bis,vel fuerit ſententia confirmata, &
ſic non poſſit amplius contra partem allegari de iniquitate,uel ẽt
de nullitate,quouſque fuerit executioni mandatum,ut in clem.
j.de re iud.poterit tamen ꝯ iudicem primum,qui eam tulit allega
a ri de ipſius iniquitate,& peti,ipſum condemnari in ſyndicatu,[a] per
id quod no.Inn.in c.paſtoralis.in fi.de offi.del.Tu dic plene,ut ha-
betur in dicta diſputatione Bar.quæ incipit,a ſñia iudicis.Et tangi
tur etiam per Inn.in c.ſæpe.de appell.

ADDITIO.

a ¶Syndicatu.Ad hoc vide late Soci.conſi.36.

LEX V.

1 *Secundum decretum dat cauſam præſcribendi, & quando.*
2 *Habens titulũ a iudice ſi eſt malæfidei poſſeſſor, an præſcribat longo tpe.*

1 **PRætoris.** ¶†Secũdum decretum dat cauſam
præſcribendi,ſi ille ꝯ quem fuit inter
poſitum nõ erat dñs,ad hoc allegatur,ſed ſi erat dñs
ſtatim miſſus efficitur dominus, ut hic in gl. & facit l.
clauibus,de ꝯh.emp.vbi hr̃ ꝙ eo caſu, quo ex traditione acquirit
dominium,ſi tradens erat dominus, eo caſu acquiritur dominiũ
ſi non erat dominus,acquiritur vſucapiendi,uel præſcribendi cõ
2 ditio.†Et aduerte,quia iſto caſu, quando quis habet titulum a iu-
dice,etiam ſi ſit malæfidei poſſeſſor,quia ſciebat illum cõtra quẽ
obtinuit ſecundum decretum non eſſe dominum, nihilominus
a præſcribit longo tempore propter authoritatem iudicis.[a] tex. eſt
notabilis in l.& generaliter ſupra de noxali. de quo vidi fieri ma-
gnum feſtum a Bald.dum legeret iſtam legem. Quod forte de
iure canonico non eſſet uerum,per cap.malæfidei. de regulis iu
ris lib.vj.

ADDITIO.

a ¶Iudicis.Adde,vt per Lud.Ro.coſi.454.ver.fi.

**§. Si plures ſint.** ¶Si vnus ex pluribus non cauet,
in illius tantum portionem fit miſ
ſio,& ſi plures petunt caueri,& non cauetur æqualiter, mittun-
tur in poſſeſſionem ex primo decreto,licet non æqualiter inter-
eſſe prætendant.h.d.Quinimo etiam ſi vnus ſolus ſit miſſus, oẽs
alij cenſentur immiſſi,& poſſunt gaudere tenuta,dummodo re-
fundant partes expenſarum pro rata,quæ eos contingunt, quod
dic,vt l.fi.ſ.de bo.autho.iud.poſſiden.

**§.Et ſi dominus.** ¶Tam proprietario, q̃ uſufru-
ctuario debet caueri de dam.in
fec.nec plus tenetur q̃ ſi cauiſſet ſoli proprietario habẽti proprie-
tatem,& vſumfructum,quia cuiuſlibet pro ſuo intereſt.h.d.

LEX VI.

**VEnit.** ¶Ei qui neglexit cautionem petere,non
datur actio ad emẽdationem damni da-
ti ex ruina.h.d.declara ut dicam j.l.proxi.§.fin. In tex.
circa fi.ibi{ ſi modo poſſum ego agere, vt rudera tol
lat vel habeat ea pro derelic.} licet fuerit negligens in petendo mi
hi caueri,vt hic colligitur.Sed gl.in l.prox.in fi.in vlt. gl.tenet ꝯriũ,
quod qñ fuit negligens,nulla detur mihi actio,ẽt vt rudera tollat,
licet ſi uelit tollere detur mihi exceptio, vt non permittatur aliter
tollere,niſi omnia tollat ẽt inutilia,& caueat de damno futuro, ꝙ
ex ablatis poſſet adhuc contingere,& etiam de præterito. Tu te-
ne primum dictum,qñ ille non declarat an velit tollere, uel ꝓ de-
relictis habere,quia expedit mihi ſcire,ut ſi vult pro derelictis ha-
bere, poſſim facere de ipſis quicquid volo, & iſtam partem te-
net Ang.cætera dic,ut ibi dicam.

LEX VII.

1 *Qualiter debeat præſtari cautio de rato.*
2 *Iuramentum calumniæ, in quib.caſib.etiam debeat hodie præſtari.*

**PRætor ait.** ¶Vſque ad §.hoc edictum. po-
nuntur verba edicti facti in hac
materia formaliter prout iacebat,& vſq; ad §. de eo.
ponuntur quatuor quæ continebant edictum, quo
rum vnum reſpicit perſonam eius a quo petitur cautio,nam ſi eã
præſtet ſuo nomine,id eſt pro ſuo iure,eſt ſimplex cautio ſine fi-
deiuſſorib.Si autem alieno noĩe,id eſt pro alieno iure, debet eſſe
ſatiſdatio cum fideiuſſorib.Aliud reſpicit perſonam petentis,quia
debet iurare, ꝙ calumnioſe petit ſi ſuo noĩe petit, ſi vero alieno
noĩe,quod credit illum non calumnioſè petere. Tertium eſt, ꝙ
reſpicit formam cautionis, quia debet promittere emendationẽ
damni ſi contingat ipſum fieri intra tempus a prætore, uel a iudi-
ce ſtatuendum,non aũt ſimpliciter in infinitum. Quartum eſt in
uer.{in controuerſia.} qui venit ad declarationem primi dicti, nã
ſi ille a quo petitur aſſerat ſe dñm,& ſic dicat,ꝙ cautio debeat eſ-
ſe ſimplex,quia cauet pro iure ſuo. Aduerſarius aũt negat ipſum
dñm,& ſic dicat,quod debeat eſſe cum fideiuſſorib. quia cauet
pro iure alieno,debet cauere in dubio cum fideiuſſorib. ſub hac
1 tñ exceptione,uẽl condõne quod ſi appareat ipſum eſſe dñm,fi-
deiuſſores non teneantur. †Et iſtud eſt ſingulare dictum, per qđ
dicunt Doct.declarari qualiter debeat præſtari cautio de rato,qñ
dubitatur de mandato, quæ cautio cum ſit prætoria requirit fi-
deiuſſores quod debet caueri ſub hac conditione, quod qñcun
que apparebit de mandato,fideiuſſores ſic teneantur. Et ad mul
tos caſus ſimiles poteſt induci iſte tex.notabilis.In glo.quæ incip.
2 {cum alieno} ibi {uel uerius hoc corrigitur.} † Tu dic ſm Iaco.de
Ra.quod non corrigitur,ſed ſuppletur, nam procurator iurat ut
hic,& ẽt dñs,ut in l.ꝯria.Tu dic clarius, quod de iure veteri ante l.
2.de iura.cal.non erat inuentum generaliter,quod in cauſis præ-
ſtaretur iurm̃ calumniæ ad ſolennizandum iudicium, licet in qui
buſdam caſib.hoc reperiretur,ut in caſu iſto,& j.l. de pupillo.§.ſi
opus nouum.In iſtis ergo caſib.ſpecialib.in quib.olim præſtabaẽ,
a ẽt hodie prẽſtatur[a] per ipſum principalem,ſi per ſe agat,& per ꝓ-
curatorem,ſi agat per eum, quia non tendit ad ſolennizandum
iudicium,ſed ad excludendum calumniam,& poſito ꝙ ſit præſti
tum per procuratorem,adhuc dominus debebit præſtare iurm̃
de quo ibi ad ſolennizandum iudicium.Et adde quod not. ſuper
hoc j.eodem.l.qui bona. §.in alieno. & rerũ amot.l.Marcellus.
dic ſecundum Iaco.de Ra. quod non obſtant iſta iura, quia ſicut
ibi non compellitur iurare,ſi non vult,ita nec hic.Sed ſi non iurat
ſibi non cauebitur.

ADDITIO.

a ¶Præſtatur.Sed an valeat conſuetudo vel ſtatutum tollens iurm̃ calum.
vide in c.conſtitutus.de fideiuſ.& cum procu.iurat in aĩam dñi,vide pra-
cticam in c.tibi dñs.63.diſt.& ibi an ſi dñs reuocat mandatum,poſtea ob
ligetur ex iuro,& cum procu.habet ſpeciale mandatum ad iurandum de
calumnia,an poſſit iudex compellere partem ad iurandum. vide per Io.
And.in nouella.in c.fi.de iura.cal.vj.

**§.De eo opere.** ¶Hic vſque ad §. edictum, ponun-
tur alia quatuor cõtenta in edicto.
Primum vſque ibi,{cum cui.}Secundum uſque ibi.{in cum qui.}
Tertium uſque ibi. {eius rei nomine.} Quartum uſque ad §. hoc
edictum. Et nota ex vltimo dicto in fine. quid eſt effectus pri-
mi decreti, quia miſſus ex eo non poſſidet, ſed ſimul cum poſ
ſeſſore

ſeſſore poſſeſſionem detinet:& ideo dicitur poſſeſſio tędialis, qa magnum tędium eſt aduerſario, ꝙ cogatur eum admittere quã-docunque vult ad locum accedere.

**§. Hoc edictum.** ¶Iuriſconſultus hic incipit exponere primum verbũ edicti prætoris poſitum in prin.leg.dum dicit { dãni infecti } & ſic prouidet aduerſus damnum nondum factum, vt pro eo caueat, & ſi poſt cautionem contingat, emendetur. Quid ſi erat iam factum añ pſtitam cautionem, uel habitã pro præſtita, quid iuris, & durat iſta pars vſq; ad l.hoc amplius.§. quæſitũ. quam diuide in tres partes. Primò declarat, an ille cuius domus ruit, & damnũ dedit, poſſit cogi ad emendationem damni.& dr̃ ꝙ non, ſi vult ædes & rudera dimittere pro noxa.vſq ibi.{ Vnde quare.} Secundo quid ſi ille qui damnum recepit non curat de ruderibus, vel ædibus, ſed uellet, ꝙ inde remouerentur, & exportarentur, an ſibi competat aliqua actio, vt iſtud fiat? & ad quid, & hoc vſq; ad l.hoc amplius. §. de his. Tertio qñ ille qui damnum recipit ex lapſu rerum alterius in fundum ſuum, vellet illa res retinere, & non reſtituere, vtrum ille cuius ſunt res poſſit agere vt ſibi liceat aſportare? & ſunt iſti tex.notabiles & quotidiani, & magis difficiles q̃ appareant, quia multos implicant caſus. hoc ergo dicit iſta prima pars ꝙ pro damno illatò ante præſtitam cautionem, vel habitam pro præſtita nõ poteſt agi ex hoc edicto, vt emẽdetur præciſe, ſi ille cuius domus damnum dedit paratus eſt ædes & rudera pro noxa dimittere, ſicut qñ datur in re alterius animata aĩa rationali, puta ſeruo, uel irrationali, vt quadrupede: nam non poteſt agi præciſe ad emendationem damni, ſed agitur alternatiue, vt vel damnum emẽdetur, vel res q̃ dedit damnum, detur pro noxa. ut in tit. de noxa. & in ti. ſi quadru.pauper.fec.dic.h.d.in effectu, & eodẽ modo vr̃ ꝙ poſſit agi caſu iſto non ex edicto prætoris, quod aduerſus damna pterita nullo modò prouidet vt in prin.§. ſed ex rñſo Iuli. de quo hic. In tex.ibi,{ ſarciẽda,} ſ.præciſe, & hoc fundatur a perſona cũ culpa vel dolo eius. ut in acti.l.Aquil.& de dolo. Si uero a re eius ſine ſuo dolo, vel culpa, etiam extra caſum iſtum non agitur pciſe ad emendationem damni, ſed noxaliter. ut l.ſeq. In tex.ibi,{ multo magis.} ſed in quo eſt multo magis? Rñdeo p.p id, quod ſeqtur, quia qñ datur a re animata, cum illa remaneat poſt damnum datum, ſi ille cuius eſt res emendaret mihi damnum, illud ſolum damnum haberet, non aũt carentia rei ſuæ, & nihilominus nõ tenetur emendare præciſe, multo magis qñ datur a re inanimata, puta domo, quia poſt damnum datum deſit domus eſſe, quia ſi damnum emendaret, duplex damnum pateretur, ſ. hoc etiam carentia rei ſuæ quod non eſt conueniens poſtquam ipſe fuit in dolo vel culpa. Notandum tamen, ꝙ quando datur a re animata ſi potuit prohibere & non prohibuit, tenetur præciſe ad emẽdationem damni, nec liberaretur dando pro noxa. ut in l.3. ſupra de noxa. Sed qñ datur a re inanimata, licet potuerit prouidere reficiendo, & non prouiderit, non propterea tenetur præciſe ad emendationem damni, ſed liberatur dimittendo domum & rudera pro noxa, ut hic & in fine huius legis. Et ratio forte eſt quæ colligitur ex his quæ ſupra dixi, ne duplex damnum patiatur. Si tñ uellet rudera tollere, bene tenetur emendare damnum, ſi aduerſarius nõ fuit negligens in petendo cautionem, ut ). eodẽ l. hoc amplius. in prin. & ſtatim dicam in ſeq.§.

1 *Quando domus tua ruit ſupra meam, antequam mihi præſtita ſit cautio damni infecti, an tenearis mihi emendare damnum.*

2 *Eo caſu quo non curas tollere rudera, an poſſim agere quòd tollat.*

3 *Eo caſu quo cum ago vt tollas, vel pro derelicto habeas, & vis habere pro derelictis, an ſufficiat, quòd habeas pro derelictis, & ipſa rudera quæ iacent, an etiam debeas habere totas ædes etiam in partibus quæ non ruerunt.*

4 *Ille qui damnum recepit habet interdictum de ruderibus tollendis ut tollantur uel pro derelicto habeantur. Qui de illo cuius domus cecidit, ſi uult rudera tollere, & facere quæ ſibi incumbunt, & aduerſarius cotradixit, an etiam ipſe habeat interdictum de ruderibus tollendis.*

**§. Vnde quæritur.** ¶Si ille cuius domus ruit & damnum vicino dedit ante præſtitam cautionẽ vel habitam pro præſtita, uellet rudera tollere inuito eo cui dãnum datum eſt, poteſt hoc facere: dummodo tria faciat, ſ. ꝙ oĩa tollet ẽt inutilia, & ꝙ caueat de damno futuro, qđ poteſt contingere ex ablatis, & ẽt de præterito iam facto ex ruina. Sed ſi non curat ea tollere, & ille qui damnum recepit uellet ut tollantur, agere põt interdicto de ruderibus tollendis, vt tollantur uel pro derelictis habeantur, & hoc ſecundo caſu, ſi vult dimittere, cogitur etiam dimittere totas ædes, etiã in parte quæ nõ cecidit, ſi aduerſarius non fuit negligens cautionem petere, ſed fuit impeditus. In primo uero caſu ſi vult tollere, cogitur etiam damnum iam factum emendare. Hoc dicit in effectu & ſm uerum intellectum vſq; ad l. hoc amplius.§. de his. Et primo format dubium vſque ibi,{ & Iuli.} ſ.an ille qui damnum recepit, poſſit agere, ut rudera tollantur. Secundo ponit rñſum. Iuli. qui interrogatus de tali caſũ determinauit. Primo quid iuris econuerſo, ſi ille cuius domus ruit, vult tollere inuito eo qui damnum recepit vſque ibi { quod dominus.} poſtea determinat qõnem propoſitã, an ille qui damnũ recepit poſſit agere, & ad quid, & dr̃ quod põt agere alternatiue, vt vel tollat rudera, vel ipſa, & etiam totas ædes pro derelicto habeat. Tertio loco in l.ſeq limitat illud quod dixerat { vel totas ædes.} quia hoc eſt uerum qñ petenti non poteſt negligentia imputari, cur non petiit caueri, quia non fuit impeditus. q.d. ſi poſſet imputari, non poſſet agere vel totas ædes pro derelicto habeat, ſed ſolum rudera quæ ceciderunt, vt s. l.euenit. alia vero quæ non ceciderunt non tenetur pro derelicto habere. Quinto loco in l.hoc amplius. ſupplet illud quod dixerat, vel tollere, qa eo caſu cum vellet tollere rudera, & non habere pro derelicto, non permittitur, niſi cauit de emendatione damni præteriti, eo caſu quo non fuit negligens cautionem petere, & aſſignat rationem viuam, quia ſi domus non cecidiſſet tenetur cauere de emẽdatione damni, & ipſum poſtea emendare, uel totis ædibus carere. Si ergo iam ruit, & ipſe velit aſportare rudera, patet quòd non vult totis ædib. carere, ergo tenetur damnum emendare. h.d. ſubtiliter. pro declaratione iſtorum textuum qui ſunt infraſcati, dicas

1 ſic† quod quatuor ſunt videnda, qñ domus tua ruit ſupra meã, antequam mihi pręſtita ſit cautio damni infecti. Primum eſt vtrũ tenearis mihi emendare damnum, & in hoc dic, quòd præciſe nõ teneris, ut in præcedenti §. niſi fuiſſes iuſſus cauere per iudicem, & fuiſſes contumax, quia tunc cautio haberetur pro præſtita, vt ). eo. l. ſi finita §. eleganter. uel non fuiſſes iuſſus, tñ in cõtumacia tui non venientis ad requiſitionem iudicis ego fuiſſem miſſus in poſſeſſionem, nam & tunc haberetur cautiò pro præſtita, ut d.l. ſi finita.§. illud l. cum poſtulaſſem. Et ita intellige gl. fi. in prin. l. hoc amplius. ſuper verbo { anguſtias.} Si vero quæritur an cogaris caſu verſante, ad emendationem, tunc aut tu non prouocatus a me vis rudera tollere, & non permittitur tibi, niſi emendes damnum præteritum, ẽt ſi fui negligens petere cautionem, & ẽt cauere de futuro, & omnia etiam inutilia tollere, ut in uer. rñde ſi dñs. Aut fuiſti a me prouocatus, quia egi ut tollas, vel dimittas, & tunc aut fui negligens in petendo mihi caueri, & non teneris emẽdare dãnum præteritum, ẽt ſi vis tollere, ſed ſolum dimittere rudera, vt s. eo. l. euenit. & l. hoc amplius. a ꝯrio ſenſu, aut non fuit negligens, & tunc ſi vis tollere, teneris etiam damnum præteritum emendare, vt d. l. hoc amplius. per rationem quæ ibi ponitur. Sic ergo licet mihi non ſuccurratur per uiam agendi, ſuccurritur per uiã

2 excipiendi, iſtis caſibus.† Secundus paſſus eſt eo caſu quo non curas tollere rudera, vtrum poſſim agere, ꝙ tollas? gl. o. pen. huius legis uidetur dicere quòd non, ſi fui negligens in petendo mihi caueri. Tu dic, aut volo agere præciſe, vt tollas, & non poſſum, ſiue fui negligens, ſiue non, quia potes habere pro derelictis, vt d. l. euenit. in fi. Aut volo agere nõ præciſe, ſed alternatiue, ut tollas, alias pro derelictis habeas, vt ſic ſciam quid ſim facturus, cum anteq̃ declares pro derelictis habere, ſint tua, vt l. hoc amplius. §. de is. ). eo. & tunc dico ꝙ agere poſſum etiam ſi fui negligens in petendo

3 do cautionẽ, vt dixi in l. euenit. & ibi etiam hoc tenet Ang.† Tertius paſſus eſt eo caſu quo cum ago vt tollas, vel ꝓ derelicto habeas & vis habere pro derelictis, vtrum ſufficiat quod habeas ꝓ derelictis ipſa rudera quæ iacent, an etiam debeat habere totas ędes etiam in partibus quæ non ruerunt, & in hoc diſtingue: Aut fui negligens, & ſufficit quòd habeas pro derelicto ipſa rudera, ut l. euenit. Aut non fui negligens, & tunc oportet quòd etiam di

4 mittas totas ędes. ut in fi. huius l. cum ſeq.† Quartus paſſus eſt, certum eſt, ꝙ ille qui damnum recepit habet interdictum de ruderibus tollendis, vt tollantur, vel pro derelicto habeantur. Quid de illo cuius domus cecidit, ſi vult rudera tollere, & facere ea quę ſibi incumbunt, & aduerſarius ꝯdixit? Rñdeo, etiam ipſe interdictũ habet de ruderib. tollendis, quia illud datur damnum paſſo. ſ. ne vis fiat ſibi aſportare volenti. ar. ). in l. hoc amplius.§. de his. & qđ ibi no. in gl. quæ incipit.{ quod eſt ſupra.} Ex prędictis patet, quod l. hoc amplius. in prin. nihil corrigit de eo quod dicitur in fi. l. prætor ſed ſupplet illud, dum dicitur { vel tollere. } licet illud quidam contrarium dixerint.

LEX IX.

**HOc amplius Iulia. ait. De his autem.** ¶ Res tuas in fundum meum collapſas, vel deportatas vi fluminis, vel aquæ impetu potes vendicare, vel per interdictum repoſcere, quatuor concurrentibus. ſ. quòd caueas de damno futuro, quod ex aſportatione poſſet contingere. Et hoc habetur in iſto §. & in princ. §. ſeq. Et quòd omnia aſportes etiam inutilia, ut in ſeq. §. in ver. nec aliter. & quòd terræ meæ non coaluerint, vel ſint vnitæ cum mea ut in ſeq. §. in verſi. ita demum. & quòd caueas de damno præterito emendando, ut in §. Neratius. licet in hoc alii Iuriſcõſulti, de quibus. in §. §. præcedentib. ecõtra, ſed corriguntur per Neratium. h.d. ſecundum intellectum quem tenet Dyn. & Bar. Alius intellectus eſt quòd non corrigat, ſed lo-

quatur

ꝗuatur in caſu,in quo ille cuius res dederant mihi damnũ,poterit prouidere ligando ratem funib.quod ſi non fecit, culpa ſua euenit,& dico potuit.ſ.de leui.At non obſt.id quod dixi in §.hoc edictum.ſed præcedentes Iuriſconſulti loquuntur,qñ non potuit ꝓuidere,& iſta magis placet.& eam tenet Ang. quia euitanda eſt[a] legum correctio.l.vnica.de inoff.do.Nec obſt.rõ Dy.ꝙ qñ neuter eſt in culpa,potior eſt conditio rei,& ſic intelligit §. Neratius. ẽt qñ non fuit in culpa,quia illud eſt verum cæteris paribus quod hic non eſt,immo potior eſt conditio agentis, cũ conſtet ipſum eſſe dñm rei quam reſpicit,& reus non negat, ſed non vult reddere,niſi damnum emendetur.Certe non põt retinere, poſtq̃ euenit ſine culpa illius.Et iſti tex,ſunt quotidiani:& reperio ꝙ do. Fe. de Sen.in ſuo conſi.103.interrogatus de caſu huius §.non fuit recordatus,& conſuluit quendam d.Franciſcũ de Sartiano magnũ legiſtã,dicens,ꝙ cõis opi.ruſticorum eſt,ꝙ ſi flumen res tuas trãſportat ad fundum meũ,ꝙ illæ ſint meæ, & non poſſis repetere,
b ſed ſibi videbatur hoc iniquum,[b] & allegabat quædã iura ſatis a longe,ſed reſpõdit idem,ſed nec allegauit iſtum tex. vbi eſt caſus.

ADDITIONES.

a ¶Quod eſt verum,maxime per ſubauditos intellectus,vt eſt gl. no. in ca. cupientes.§.quod ſi per vx.de ele.in vj.& gl.in auth.ex teſta. C. de coll.c. cauſam.de reſcr.ſm And Barb.conſi.1-4 apud Ale.4.par.Tñ ẽt ſi per maioritatem,uel identitatem rationis ad caſum ſimilem non expreſſum.gl. & Bar.in auth.quas actiones.2.col.in prin.verſi.quæro lex iſta. & ibidem Bal.in 1.col.ad fi.uer.tertio quærit gl.& per Io.And.in c. quamuis.de ele. li.6.in nouel.ſi cũ legis ratio corrigatur. an lex continuo correcta eſſe dicatur,vide Bal.in l.j.C. qui admit.gl.& Bar.in l.j.de leg.tut.Iac.But. in l.2. de cond.ob cau.Io.Imo.in l.2.ad fi.de do.& Ale.in l. quodcunq;. in prin. de uerb.obli.adde tamen ꝙ Io.An.contra tenet in c.tranſac.de renun.ex ſent.Lud.Ro.in ſing.uerb.ratio.uer.quæro nunquid.

b Iniquũ. Dicit ibi Fed.ꝙ tutius eſt,ꝙ diſtribuantur in pauperes,tanquam bona incerta.

---

1 *Proprietarius tenetur repromittere tantum,tam de vitio ſoli, quàm ſuperficiei,ſed ſuperficiarius tenetur de vtroque vitio ſatiſdare.*

2 *Si eras debitor meus,& conſtituiſti procuratorem generalem ad litem,et ego incæpi agere contra procuratorem,faciendo ipſum ſolum citari, & non te,& ipſe eſt contumax,propter eius contumaciam poſſum peruenire ad primum decretum contra te,non autem ad ſecundum, & an ad ſententiam diſſinitiuam.*

3 *Si fuit citatus dominus qui miſit procuratorem qui non comparuit,tunc ipſe dominus dicitur contumax:& poteſt peruenire etiam ad ſecundum decretum contra eum,& etiam ad diffinitiuam ſententiam.*

## §.Quæſitum.

¶Hic incipit exponere ſm verbum edicti prætoris poſiti in prin.legis,dũ dicit,{ſuo noĩe promittit alio noĩe ſatiſdari.}qualiter dicatur quis cauere ſuo noĩe,vt ſic ſufficiat ſola promiſſio,& qualiter alieno, ut ſic requiratur ſatiſdatio cũ fideiuſſorib.& durat vſq; ad l.qui bona.§.qui damni.& eſt difficilis iſta pars.vñ notandum, ꝙ interdũ vnus eſt plene dñs alicuius domus.Alius vero nõ eſt dñs nec habet aliquod ius in re,vt procu.vel neg.geſtor.& tunc clarum ꝙ ſi primus vult cauere ſufficit repromiſſio,qa non cauet pro ſe, ſed pro dño,vt no.in prin.huius l.in gl.3.q̃ incipit,{vt procuratorio.}
1 Sed interdum cõtingit,ꝙ † vnus eſt dñs,alius tñ habet ius in re,& tunc eſt in dubio qualiter debeant cauere,quod determinatur in iſtis tex.& põt hoc contingere plurib.modis primo ꝙ vnus ſit ꝓprietarius,& ſic habet directum dñium,tam in ſolo,q̃ in ſuperficie,& alius ſit ſuperficiarius,qui habet ſolum vtile,& in ſuperficie tñ,non in ſolo.Et iſto caſu loquitur iſte primus §. ¶Interdũ contingit,ꝙ vnus eſt proprietarius,alius habet vſumfru.quod eſt minus,q̃ habere vtile dñium,& tunc loquitur §.ſequens, cum l.ſeq. ¶Interdum contingit,ꝙ vnus eſt plene dñs,alter habet ius hypothecæ in illa re,quod eſt etiam minus quam præcedentia, qa nullam habet commoditatem ex re,ſed ſolũ ſecuritatem, & tunc loquitur lex,quid decre.cum l.ſeq. ¶Interdum vnus hẽt dñium, alter hẽt poſſeſſionem bona fide tanq̃ dñs,& ẽt titulum,& loquit̃ lex,qui bona.in prin. ¶Interdum habet aliud ius, puta ſeruitutem prædialem,& loquitur §.primus eiuſdem l. qui ẽt loquitur gñaliter in quocunq; alio ius habente in re aliena.l.poſtea.in §.cum inter,determinat circa prædicta vnum dubium, & hoc dicit iſte §. proprietarius tenet̃ repromittere tantum tam de vitio ſoli, q̃ de vitio ſuperficiei.Sed ſuperficiarius tenetur de vtroque vitio ſatiſdare.Et vtroque ceſſante fit miſſio in poſſeſſionem ſuper iure vtriuſque.h.d.Rñſio primi dicti eſt, quia cum proprietarius habet directum dñium tam in ſolo,q̃ in ſuperficie pro cuiuſcunq; vitio caueat,ſiue ſoli,ſiue ſuperficiei.cauet pro iure ſuo conſeruando, ideo repromittit tantum.Sed ſuperficiarius hẽt duntaxat vtile dominium in ſuperficie tñ.In ſolo vero nec vtile, nec directum, tñ cenſet̃ eſſe procurator proprietarii ſuper defenſione directi dñii, iuxta no.s.tit.j.l.j.§.fi.& ſic poteſt aſtringi tanquam procurator in rem ſuam ad cauendum pro dño,ſeu proprietario,& ideo tenet̃ ſatiſdare,cum illud dñium directum non ſit penes ſe,& in ꝯñtiã eius,quod eſt principalius,ſatiſdat etiam ratione vtilis dñij. Nam debes ſcire,ꝙ ſicut vterque habet vtilitatem ex re, ita vterque debet ſentire incommodum,vt ſi poſt cautionem ruat,emendetur damnum per vtrunq; pro rata, & econuerſo, vt patet j.l. proxi. ver.ſed niſi.& ver.fi. ¶In gl.in verbo,{de vtroq;} q̃ incipit.{ſi nomine,} ibi{ſi vero a ſuperficiario petantur.} Tu dic,ꝙ ẽt ſi petitur a ſolo ſuperficiario,cũ ipſe ſit procurator proprietarij,cenſet̃ peti in dubio nõ ſolum de iure ſuo,ſed etiam pro iure proprietarij, & ideo ſatiſdat,ſic poteſt intelligi hic. Sed ſi diceretur expreſſe, ꝙ veniat ad cauendũ pro iure ſuo,ſufficeret ſola repromiſſio,ſic p̃t intelligi lex ꝯria.Põt ẽt intelligi in alio caſu qñ vterq; conueniebatur,vt veniret ad cauendum,quo caſu cenſetur velle actor,ꝙ qlibet caueat pro iure ſuo,& ideo ſiue vterq; compareat,& cauere velit,ſufficit ſola repromiſſio,ſiue alter tñ,vt ibi.iſte vero text. p̃t intelligi in aliis duob.caſib.ſ. qñ conueniebatur proprietarius tñ, & ſuperficiarius comparebat ad ipſum defendendum, vt in glo. & bene.Item qñ ſolus ſuperficiarius conueniebatur ſimplr,vt caueat non expreſſo pro iure ſuo tñ, quia vr̃ conueniri, vt caueat pro iure vtriuſque. ¶In gl.q̃ incipit,{ex primo.} Aduertendum,ꝙ iſta gl.debet intelligi,qñ fuit citatus,vel requiſitus ſolus ſuperficiarius.ut veniat ad cauendum ſuo,& ẽt procuratorio noĩe proprietarij,quo caſu ſi eſt contumax.gl.iſta notabilis vult, ꝙ poſſit fieri miſſio ex primo decreto,non ſolum ꝯ ipſum, & ſuper iure ſuo, ſed ẽt ꝯ proprietarium,& ſuper iure eius. Sed ex ſecundo decre-
2 to non fit miſſio niſi ſuper iure ipſius ſuperficiarij. †Ex qua gl.determinatur qõ,ſi eras debitor meus, & conſtituiſti tibi procuratorem gñalem ad litem,& ego incepi agere ꝯ procuratorem, faciendo ipſum ſolum citari,& non te,& ipſe eſt cõtumax ꝓp eius contumaciam,ꝙ poſſum peruenire ad primum decretũ ꝯ te, nõ aũt ad ſm.Et de iſta qõne no.in l.3.de procu.& dicit Ange hic, ꝙ nec ẽt ad ſententiam diffinitiuam potero peruenire ꝯ te rõne ſolius contumaciæ procuratoris.Intellige ſi eſt caſus, in quo poſſit procedi ad ſñiam,lite non conteſt.quod not.quia poteſt contingere Florentiæ,vbi non requiritur vera conteſtatio,ſed cõtumacia in non comparendo in termino, quæ habetur pro conteſtatione,vt ſi fuit citatus talis procurator, non poſſit perueniri ad dif
3 finitiuam ꝯ dñm,quod perpetuo tene mẽti.† Sed ſi fuiſſet citatus ipſe dñs,& ipſe miſiſſet procuratorem,qui non cõparuiſſet,tunc potius diceret̃ contumacia ipſius dñi, q̃ procuratoris,vt l.procuratorem.§.tutores.s.man.& no.in l.j.§.ſi procurator.ſi quis ius dicen.non ob.per Bar.& ſic poſſet perueniri ad ſm decretum, & ad diffinitiuam ſñiam ꝯ eum, & ita eſſet hoc ſi fuiſſet citatus ipſe proprietarius,ꝙ veniret ad cauẽdum,& ẽt ſuperficiarius,& neuter veniat, quia tunc proprietario noceret ſua contumacia, non procuratoris tantum.tene menti.

---

1 *Proprietarius tenetur repromittere tantum de toto damno, licèt alius habeat vſumfructum.Sed vſufructuarius tenetur ſatiſdare de toto damno tam pro iure ſuo,quàm iure proprietarij, & eius procuratorio noĩe.*

2 *Quando in domum ruinoſam vnus habet proprietatem,& alter vſumfructum qualiter teneantur cauere,an cum fideiuſſore, vel ſine.*

3 *An quilibet eorum teneatur cauere inſolidum.ſ.proprietarius repromittendo,& fructuarius ſatiſdando,an autem pro rata.*

4 *Si vnus cauit inſolidum,an poſſit quis poſtea agere contra alterum,ut ſimiliter inſolidum caueat.*

5 *Si fructuarius primo loco requiſitus fuit contumax in ſatiſdando,qualiter petens,& ad quid poterit proſequi contra eum ſi fuit requiſitus qđ caueret pro ſuo iure tantum,& quid ſi etiam pro iure proprietarij.*

6 *Qualiter fiat miſſio ex ſecundo decreto in ſuo iure.*

7 *Quid ſi non vult proſequi contra ipſum fructuarium cõtumacem,an poſſit proſequi contra proprietarium,vt caueat.*

8 *Licet cœperim iudicium contra te coram vno iudice,& ſic debeat ibi finiri,tamen ſi es contumax poſſum accedere ad alium iudicem, non obſtante pendentia litis.*

9 *Eo caſu quo propter contumaciam fructuarij venerit quis contra proprietarium,& caueat,qualiter ſuccurratur pruprietario cõtra fructuariũ, & quid ſi fructuarius non fuit requiſitus,& nu.10.*

10 *Si ſolus proprietarius fuit requiſitus,& noluit cauere, & in eius contumaciam actum eſt cõtra fructuarium,& ſatiſdedit, an eodem modo procedatur,& quid ſi proprietarius non fuit requiſitus.*

## §.Celſus rectè.

1 ¶†Proprietarius tenet̃ repromittere tantum de toto damno, licet alius habeat vſumfructum. Sed vſufructuarius tenet̃ ſatiſdare de toto damno,tam pro iure ſuo,q̃ iure proprietarij,& eius procuratorio nomine.h.d.principium huius §.& prin.l.ſeq.Et ſi vſufructuarius requiſitus,vt ſatiſdet,hoc nõ faciat, denegabitur ſibi ius vtendi,vel per illum, qui petit ſibi caueri, ſi per contumaciã eius mittatur in poſſeſſionem ex primo,& ſecũdo decreto iure illius. Vel per ipſum proprietarium,ſi ꝓp contumaciam fructuarii ipſe fuerit compulſus cauere.hoc ſecundo dicit iſte §. Et ſi vterque requiſitus fuerit,& vterq; ſit contumax, fit miſſio in poſſeſſionem ſuper iure vtriuſque. hoc tertio dicitur in l. quamuis. verſiculo, quia niſi, & ſi neuter eſt contumax,ſed proprietarius requiſitus cauerit, debet vſufructuarius ſibi cauere de conſeruando ipſum indemnem pro rata ſua,alias denegatur ſibi ius vtendi. {contra

ſi fuerit

ſi fuerit requiſitus ſolus fructuarius,& ſatiſdederit,non pōt age-
re ↄ proprietarium,vt caueat,ſed ſi aliquid ſoluit recuperat a pro
prietario pro rata,alias vero nanciſcitur dñium ex ſecũdo decre-
to.hoc quarto,& vlt.dr̄ in l.quamuis.ver.niſi.Et ſunt iſti text.val-
2 de difficiles,& intricati,vt ex dicto ſummario apparet clare.† Sic
ergo patet,quia iſti tex. tria principaliter determinant, primo qñ
in domum ruinoſam vnus habet proprietatem,& alter vſumfru
ctum,qualiter teneantur cauere,an cum fideiuſſorib.vel ſine, &
hoc in prin.huius §.vſque ad ver. ꝙ ſi.& in prin.l.ſeq.Secundum
eſt quid ſi ſunt contumaces in non cauendo,qualiter ↄ eos ꝓui-
detur,& iſta pars continet duos caſus. Vnus eſt qñ ſolus vſufru-
ctuarius fuit contumax,& iſte ponitur in ver.ꝙ ſi in poſſeſ.Alius
eſt qñ vterque,& iſte ponitur in l.quamuis.verſ.quia niſi.primus
tñ caſus ſubdiuiditur in duos.Primus eſt, qñ ille, qui petit ſibi ca-
ueri ꝑꝑ contumaciam fructuarij,proſequitur ↄ eum petendo ſe
immitti ex primo,& ſecũdo decreto,& iſta ponitur in ver. quod
ſi,vſque ad ver.idem ait.Secundus eſt, qñ dimiſſo vſufructuario
vaditur ↄ proprietarium,& proprietarius cauet de toto damno
ꝑꝑ negligentiam fructuarij, qualiter prouidetur proprietario ↄ
fructuarium.Et hoc in illo ver.idem ait.vſq; in fi. ¶ Tertium prin-
cipale,qđ iſti tex.determinant,eſt,qñ neuter eſt contumax, quia
proprietarius primo loco requiſitus cauit qualiter ſibi prouidet̄
ↄ fructuarium,qui etiam tenetur participare de damno:vel econ
uerſo,qñ fructuarius primo loco requiſitus ſatiſdedit, qualiter ſi
bi prouidetur ↄ proprietarium,& hoc in l.quamuis.verſi.ſed niſi.
& ver.fi.¶Circa primam partem occurrunt tria dubia.Primum
eſt,qualiter teneantur cauere,an cum fideiuſſore,vel ſine,& tex.
in prin.huius §.dicit,ꝙ proprietarius ſine fideiuſſore, quia defen-
dit cauſam ſuam,fructuarius uero cum fideiuſſore,quia defendit
etiam cauſam alienam,ideſt proprietatem, ad quam defendendã
a cenſetur procurator conſtitutus,vt l.j.§.fi.[a] s̈.tit.j.hoc intelligit ve-
rum qñ ſolus fructuarius fuit requiſitus,& ſimpliciter,quia uī re
quiſitus,vt caueat pro iure vtriuſque,ſecus ſi uterque ſimul, uel
fructuarius tantum pro ſuo iure, quia tunc ſufficit ꝙ repromit-
tat per l.qui bona §.j.s̈.eodem.& quod dixi ſupra proxi. §. & hoc
voluit hæc gl.dum dicit iſtum caſum ſimilem præcedenti, quod
intellige in iure,ſed non in facto, & ↄrium ibi formatum hic cade
re,& eandem ſolutionem debere dari.Contra illud tñ,ꝙ propric
tarius caueat,videbatur rō,quia cum ipſe nullam commoditatē
habeat,videbat̄,ꝙ nullum incommodum deberet ſentire. Cau-
tiores Iuriſconſulti in l.ſeq.in prin. dicunt hoc non obſtare,vt col
ligitur ex aduerſatiua,q̄uis,nec rñdetur ad ↄrium. Sed tu dic ꝙ li-
cet non habeat, ſperat tñ habere ceſſante vſufructu, ideo debet
3 proprietatem defendere.¶†Scđo dubium eſt,vtrum quilibet eo
rum teneatur cauere inſolidum.ſ.proprietarius repromittendo,
& fructuarius ſatiſdando,an aũt pro rata?Et vī primo, ꝙ in totũ
per tex.in l.quamuis.ver.niſi.quia proprietarius in totum,& c.In
ↄrium, quia quilibet tenetur in effectu emendare damnum pro
rata,vt patet in d.l.q̄uis.ver.ſed niſi.& ver.fin.¶ Super hoc dic,ꝙ
aut vterq; cauet,& tunc quilibet cauet pro ſua rata. Aut alter tã-
4 tum,& tunc valet inſolidum,ſed repetit ab altero.¶† Tertiũ du-
bium eſt, quid ſi vnus cauit inſolidum, vtrum poſſit quis poſtea
agere ↄ alterum,vt ſiľr in ſolidum caueat?& rñdeo ꝙ nõ,per tex.
iſtius §.in prin.dum ponit alternatiuam uel,in l.ſeq.verſ. quia niſi.
& ſic innuit,ꝙ ſi proprietarius repromiſit inſolidum, non poſſit
cogi fructuarius ad ſatiſdandum,& idem econuerſo cum ad ue-
5 ritatem alternatiuæ ſufficiat alteram partem eſſe veram.¶† Circa
ſecundam partem occurrũt quatuor,vel quinque dubia, primũ
eſt ſi fructuarius primo loco requiſitus fuit contumax in ſatiſdã
do,& petens vult proſequi ↄ eum,quod facere pt̄?Rñdeo, ſi fuit
requiſitus,ꝙ caueret pro ſuo iure tantum,mittitur in poſſeſſionē
b ex primo,[b] & ſecundo decreto.Et ita intelligit gl.in l.quamuis. Si
vero,ut ſatiſdaret pro ſuo iure tñ,& ēt proprietarii,tũc ex primo
decreto mittitur in poſſeſſionem non ſolum pro ſuo iure tñ,ſed
ēt proprietarij,quia ſua contumacia cum ſit procurator propric
tarij,nocet proprietario in hoc.Sed ex ſecundo decreto mittitur
in poſſeſſionē,niſi ſui iuris ſit tñ,ut no.gl.fi.in §.præcedenti.¶†Se
cundum dubium eſt,qualiter fiat miſſio ex ſecundo decre.in ſuo
iure,tex.hic in ver.ꝙ ſi in poſſeſſione. declarat, quia prohibebitur
vti frui.Hoc intelligo,non vt vſusfructus in ipſum transferatur,
quia hoc fieri non poteſt,cum ſit perſonale,ut Inſtit.de uſufr.§.fi-
nitur.ſed transfertur in eum commoditas remanente iure penes
illum,tex.eſt qui hoc expreſſe dicit in l.ſi noxale.s̈.de noxa.& effe
ctus eſt magnus,quia finitur uſusfructus morte illius,penes quē
remanſit uſusfructus,& per cõſequens ēt commoditas, nõ mor
te illius in quem commoditas eſt tranſlata,ut l.neceſſario.§.fi. de
7 pericu.& commo.rei uend.¶†Tertium dubium.Quid ſi nõ uult
proſequi ↄ ipſum fructuarium contumacem, ſed uult ire ↄ pro-
prietarium,ut caueat,utrum poſſit:uī ꝙ nõ,poſtquam elegit fru
ctuarium.Nam ſi ſatiſdediſſet,ad proprietarium non reuerteret,
ut s̈.dixi,ſed ipſe poteſt facere,ut ſatiſdet, faciēdo ſe mitti ex primo
decreto in iure illius,quia tedio affectus forte ſatiſdabit,uel habe-
bitur ſatiſdatio ꝓ pſtita,ut no.s̈.in prin.l.in gl.in uerbo,{anguſtias.}

Contrarium eſt uerum,ut patet in fi.huius §. poſtquam fructua-
rius eſt contumax, q̃a non dēt nocere petenti electio.Et iſtud in-
ducit Bar.notabiliter,poſito ꝙ in eſſet uera opi.q̄ tenet gl.i Auth.
de duo.reis,& Azo in ſumma eiuſdē ti. ꝙ conuento uno ex reis
debendi lite pendente non poſſit alter conueniri,per l. quoties.§.
ſi creditor.de peculio. hoc debet intelligi ſi conuentus non fuit
contumax,alias ſecus per iſtum tex.Illã tñ opi.ēt non tenet Bar.in
l.3.§.fi.de duo.reis.per l.cre.in prin.s̈.man.& rñdit ad illam l. quo-
8 ties.§.ſi cre.licet Ang.ſibi hoc appropriet. † Inducit ēt notabiliter
ad limitationem l.ubi ceptũ.s̈.de iud.ꝙ licet ceperim iudicium ↄ
te coram uno iudice,& ſic debeat ibi finiri,ſi tñ es cõtumax poſ-
ſum accedere ad alium iudicem non obſtante illa l.nec potes mi-
c hi obijcere pendentiã litis[c] præcedentis, in qua es contumax, de
quo per eundem in l.ſepulchri.de ſepul.uio. Et ultra hoc ēt dicit,
ꝙ ſi eſſes paratus purgare contumaciã in primo iudicio,non de-
bes audiri poſtquam ipſum contempſiſti,ut l.litigatores.de arbit.
Ang.ↄ in utroq; dicto per ea quæ no.Guil.de Cun.in l.nemo.C.
de iuriſ.om.iud.& Dy.in l.nulli.C.de iud. & Inn. in c.ſuper literis.
de reſcr.Tu dic.Bar.uerum dicere in primo dicto, ꝑꝑ eius rõnē.
Nec obſtant allegata per Ang.quia non loquunt̄, qñ reus eſt cõ-
tumax.In ſecundo uero dicto puto Ang.uerius dicere, ꝙ ſi uult
expenſas reficere,& oē damnum,quod habuit actor in acceden
do ad alium iudicem ꝑꝑ eius contumaciam, & ſatiſdare de iudi.
ſiſti coram primo,debeat audiri,ar.eorum q̄ no.in l. ſi cum dies.
9 §.fi.de arb.cum l.ſeq.¶†Quartũ dubium eſt eo caſu quo ꝑꝑ con
tumaciam fructuarij uenerit ↄ proprietariũ, & caueat quał̄r ſuc-
curritur proprietario ↄ fructuarium, q debuit ſatiſdare tã ſuo,q̄
proprietario noīe,ut hic in tex.determinat̄,ꝙ pōt prohibere ipm̄
vti frui,& ſic iſta cautio habetur loco ſecundi decreti inter pro-
prietariũ,& fructuarium.hoc intellige uerum, ſi fuit fructuarius
citatus,cum petita fuit cautio a proprietario,& non comparuit.
10 Alias requireretur nouus ordo,& miſſio ↄ eum ſm̄ Bar. & bene
¶†Vlt.pot dubitari,quid ſi ſolus proprietarius fuit requiſitus, &
noluit cauere,& in eius contumaciam iuerit ↄ fructuariũ, & ſatiſ
dedit,an eodē mõ procedetur? Rñdeo non, quia cũ fructuarius
teneatur ſatiſdare,eo quia eſt procurator proprietarij,fecit quod
debuit,& ſic non agit ↄ proprietarium,niſi poſt q̄ ſoluerit ut j.l.ꝓ
xi.in fi.¶Circa tertium,& ultimum caſum,q ponit in l.ſeq in ver.
ſed niſi.qñ proprietarius primo loco requiſitus cauit,dr̄ in text.ꝙ
pōt petere a fructuario,ꝙ ſibi caueat, ſupple de refundendo par
tem ſuã ſi contingat eam ſoluere,& ſi eſt negligens in cauendo,
tunc pōt prohibere eum uti frui.Cõtra qđ, immo ſtatim ꝙ cauit
poſſit eum prohibere,ut in §.præcedenti in fi.Sol.ibi cauit in con
tumaciã fructuarij,hic non fuit contumax. Ecõtra ſi fructuarius
ſatiſdedit,nihil pōt petere niſi poſt q̄ ſoluit,quare ſecus in caſu p̄ce
denti?rñdetur,quia fructuarius eſt procurator proprietarij, ideo
debuit ſatiſdare,& ſicut fideiuſſor non repetit anteq̄ ſoluat, nec
petit ſibi caueri,iuxta ea quæ no.in l.Lucius.s̈.man.niſi in caſib. ibi
no.ita hic.¶Sed proprietarius non eſt procurator fructuarij,iō ſi
cauit in totum,fecit plus q̄ debuit, ideo poteſt petere ſibi caueri
etiam antequam ſoluat,& niſi caueat̄ poteſt prohibere vti frui.

ADDITIONES.

a ¶Et adde Bar.in l.de die.§.quidam.uer.ſimile dicimus in fructuario.§.q ſa
tiſ.cog.vbi addit hoc ēt ꝙ litigando dño non præiudicat, ſicut nec credi
tor in pig.vt ꝑ Pau.ipſum in l.2.§.ſi.de ſeru.& vſu.Ale.in d.l.j.§.fi.hic all.
b ¶Qualiter aũt aduerſus fructuariũ contumacē ꝓcedi dēat & fiat miſſio,
vide apud Spe.de primo & ſecũdo decreto.§.reſtat videre.ver.qđ ſi reus.
c ¶Pendentiam litis.Adde Soci.conſi.38.

## LEX XI.

1 *Creditor hypothecarius tenetur ſatiſdare,ſicut fructuarius,& ſuperficia-
rius de quib.dictum eſt ſupra,quia dicitur potius defendere cauſam pro-
prietarij,quàm ſuam.*
2 *Si creditor eſt contumax in cauendo,fit miſſio in poſſeſſionem ex primo,et
ſecundo decreto contra eum,& quis ſit effectus huius ſecundi decreti.*

1 QVi de creditore. ¶† Creditor hypo-
thecarius tenetur ſa
tiſdare,ſicut fructuarius,& ſuperficiarius,de quibus
dictum eſt s̈.quia dr̄ potius defendere cauſam ꝓpric
tarij q̄ ſuam.h.d.primo.dicit tex cum gl.j. Item creditori eſt cauē
dum de damno infecto ſicut dño, hoc ſecundo. ¶ Item miſſus
proximo,& ſecundo decreto in cõtumacia dñi,& creditoris,po
2 tior eſt q̄ creditor.hoc tertio,& ult.uſque ad l.qui bona.¶† Sic er
go patet,ꝙ ſi creditor eſt contumax in cauendo fit miſſio in poſ-
ſeſſionem ex primo,& ſecundo decr.ↄ eum,cuius ſecundi decre
ti effectus eſt, ut extinguitur ius pignoris, non ut transferatur in
miſſum,quia nec transferri poteſt,cum accedat perſonali obliga-
tioni,quæ non eſt apud ipſum. Alia etiam ratione, quia transfert
dominium in immiſſum,& hoc declaratur in tex.& gl. in l.ſi no-
xale s̈.de no.Et iſto modo intellige l.ſeq.quando creditor fuit cõ
tumax alias ius ſuum remaneret illæſum per l.eorum.j.eo.ti*u.&
hoc uoluit gl.fi.in l.ſeq.

## LEX XIII.

**Q**Vi bona. ¶Poſſidens rem tanq̃ ſuam, licet re ve
ra non ſit ſua, dẽt repromittere, & non
ſatiſdare. h. d. ¶In tex. ibi, {a non dño emit.} dic ſ. re uera,
non tñ de hoc conſtabat, alias nõ diceretur bonę fidei,
ſi ergo peto te caueri cum fideiuſſoribus dicens, ꝙ licet emeris a
Titio, non tñ conſtat te eſſe dñm effectum, quod poteſt eſſe, qa
nec Titius erat, non habes neceſſe probare te dñm effectum ad
hoc, vt ſatiſdare non tenearis, quia præſumeris, vt ſufficiat repro-
miſſio, caſus eſt hic. ſi aũt non habebas titulum poſſet dici cõtra,
niſi poſſederis eam longiſſimo tempore.

## LEX XIIII.

1 *Etiam habens ſeruitutem vel aliud ius in re pro illo iure ſufficit, quod re promittat.*

2 *Habens ſeruitutem in domo ruinoſa ad domum ſuam, quod etiam ipſe cogatur cauere de damno infecto ratione huius commodi.*

**Q**Vi bona.

1 §. Siue corporis. ¶†Etiam habens ſerui
tutẽ uel aliud ius in re
pro illo iure ſufficit, ꝙ repromittat. h. d. declara, vt dixi ſ. ea. l. hoc
amplius. §. quæſitũ. ¶In tex. ibi, {puta ſeruitutem} ſubaudi ẽt realẽ
vel prædialẽ, vt aliquid addat ad l. hoc amplius. §. Celſus. quæ loq-
2 tur de perſona. †Et no. mirabile, ꝙ ẽt ille qui hẽt ſeruitutem in do-
mo ruinoſa ad domũ ſuam cogitur cauere de damn. infec. rõne
huius cõmodi. Eſt aduertendum, ꝙ hoc caſu cũ non ſit procura
tor ꝓprietari j, vt dixi in l. j. §. fi. ſ. tit. j. non põt compelli ad cauẽdũ,
niſi pro iure ſuo. Sed fructuarius ẽt pro iure proprietarij. & idem
in credi. Nimirũ ergo hic ſi non ſatiſdat, ſed ſi ſponte vellet caue-
re proprietario haberet ſatiſdare, & ſi pro iure ſuo non cauet, de-
negatur ſibi ius vtendi ſeruitute, vt ĩ. eo. l. ſi finita. §. ſi qua ſunt iu-
ra. & ſi cauit, & damnum poſtea det quantum participat de emẽ
datione eius, oportet dici, ꝙ per æſtimationẽ ſeruitutis. Ex hoc di
co iſtum tex. debere intelligi, qñ ex ruina domus ipſe recipit dãnũ
in ſeruitute, quia fortè erat ſeruitus oneris ferendi, vel hauſtus a-
quæ. Sed ſi non reciperet damnũ, vt quia erat ſeruitus altius non
tollendi, vel ſtillicidij recipiendi, nam poſito ꝙ domus ruat, illa dã
num non recipit in ſeruitute. Vñ non video, ꝙ pro tali ſeruitute
tuenda debeat aliquid participare de emendatione damni, & per
ↄñs nec tenetur cauere. ¶In gl. j. ibi, {an ꝑſonæ.} vult dicere Rug.
ꝙ ille qui hẽt ſeruitutẽ perſonalem, vel ius perſonale in re, dẽt ſa-
tiſdare, & ita loquitur l. hoc amplius. §. quæſitum. & §. vt Celſus.
& l. qui de creditore. Aut habet ſeruitutem realem, & tunc repro
mittit duntaxat, vt hic, & ſic eſt melioris conditionis qui hẽt ius
reale, q̃ qui perſonale. Simile in l. j. §. fin. ſ. tit. j. iuncta l. de pupillo. §.
ſextus. uer. impoſititia. Doc. reprehendunt Rug. quia innuit, ꝙ ſu
perficiarius habeat ſeruiturẽ perſonalẽ, quod eſt falſum, cũ hẽat
dñium vtile, & in re in qua quis hẽt dñium, non poteſt habere ſer
uitutẽ, vt l. vti frui. ſ. ſi vſusfr. pẽta. & poſito ꝙ eſſet ſeruitus, nõ eſ-
a ſet perſonalis, ſicut vſusfructus, quia non extinguitur [a] illis modis.
Breuiter pro Rug. vr̃ tex. in l. ſi tibi homo. §. fi. in fi. de leg. i. ꝙ ſupfi
cies ſit quædam ſeruitus, dum dicit, {vt ab hac ſeruitute liberetur,
b & ſuperficiem lucrifaciat.} Dic ꝙ non eſt proprie [b] realis, cũ nõ
debeat a re rei, nec perſonalis, ſed eſt quoddam ius debitum ꝑſo-
næ cum ipſa re, quod hẽt ſimilitudinẽ cũ ſeruitute, vt ſ. de ſeruit. l.
vt pomũ. & quod no. in l. prætoris. de ſer. ruſt. præd. Ad ↄ̃rium rñ
de, vt dixi in §. quæſitum. Et ẽt alia ſolu. poteſt intelligi ex his q̃ ſ. di
xi, ꝙ habens ſeruitutem prædialem non eſt procurator proprie-
tarij, & ſic non põt compelli ad cauendum niſi pro iure ſuo.

ADDITIONES.

a ¶Qualiter autem ſuperficies finiaẽ, & extinguatur, uide per Bal. in rub. C
de iure emph. poſt principiũ. in verſ. cõtractus ſuperficiarius eſt. & in l. 2
ad Ter. in 4. col. Bar. & Ale. in l. j. ff. de ſuperfici.

b ¶Nam ſeruitus realis dr̃ ea quę conceſſa eſt rei certæ pro loci expreſſio-
ne tranſitq; ad hæredem & ſucceſſorẽ, alioquin ſeruitus ꝑſonalis dr̃, nec
rem ſequitur, ut l. Lucius. ff de ſerui. ruſti. pręd. & ibi pro Bar. Bal. & Doc.
& adde Lud. Rom. in ſingu. in verb. ſeruitus, uer. quædam ſunt &c.

1 *Etiam dominus domus non vitioſe tenetur cauere, ſi mediatibus vitioſis poteſt domus ſua damnum inferre.*

2 *Quando præſens ſtatus rei tendit ad aliquid in futurum, uerisimiliter debemus inſpicere id quod euenire poteſt.*

1 §. Cum inter ædes. ¶†Etiam dñs domus nõ vi-
tioſæ teneẽ cauere, ſi mediã
tib. vitioſis põt domus ſua damnum inferre. h. d. & eſt pulcher ca
2 ſus, & allegatur ꝙ qñ præſens ſtatus rei tendit ad aliquid in futurũ
veriſimiliter debemus inſpicere id quod euenire põt. Facit quod
no. in l. ſi idem. §. ſi vna actio. de iuriſd. om. iud. de hoc in l. inter ſti
pulantem. §. ſacram. de verb. obli. per Bar. ¶In tex. ibi {an ambo.}
& vr̃ ꝙ neuter, nam tu cuius ædes ſunt vitioſæ non, quia tuæ nõ
poſſunt ruere ſupra domum meam, ſed ſupra medias, & ſic non
pñt mihi damnum inferre immediate. ¶Item vicinus medius, qa
domus ſua non eſt vitioſa, & ſic non poteſt ſibi imputari cur eã
non reficit, ſed ↄ̃riũ ĩ. ſubiicitur ꝙ imo ambo, & hoc iõ, quia li-
cet domus tuæ non poſſint ruere ſupra meam, nec dare damnũ
immediate. pñt tñ eſſe cauſa damni ruendo ſupra mediam, ergo
dãnum dare vñr, arg. l. qui occidit. §. pe. ad leg. Aqu. ideo quia licet
domus illa per ſe dãnum non poſſit dare, põt tñ mediante domo
tua. Et ſi dicatur, iſtud non debet illi imputari poſtq̃ domus ſua
non eſt vitioſa, & ſic vr̃ iniuſtum, ꝙ ſentiat damnum ꝑꝑ rem alie
nam. Rñdetur ꝙ hoc damnum põt euitare, ſi vult faciendo ſibi
caueri a te, tam pro damno domus ſuæ, q̃ pro damno quod mi
hi tenebiẽ emendare ſi cautionem præſtaret, aut igiẽ fecit a te ſibi
caueri de utroq; damno, & non eſt de quo poſſit conqueri, aut
non fecit, & tũc ſibi imputet, ſicut ſibi imputaretur, ſi ſua domus
eſſet ruinoſa & non reficeret. Hoc intẽdit iſte text. ſubtiliter, vr̃ tñ
dicendum ꝙ qñ fecit ſibi caueri de vtroque dãno a te, conuẽtus
poſtea a me, liberetur actionem cedendo ↄ te, quia ideo teneẽ,
quia actionẽ habet, vt l. quod debetur. de pecu. Certe ẽt ſi actio-
non haberet, quia nõ feciſſet ſibi caueri, teneretur mihi, intellige.
ſ. de ſua negligentia, ideo vr̃, ꝙ non liberetur actionem edendo.
Cogita ſuper hoc, quia equitas dictat ↄ̃rium, nam ille liberatur a-
ctionem cedẽdo, qui ſolum ꝑꝑ hoc tenetur, ꝙ actionem habet.
Et pro iſta opi. ꝙ libereẽ cedendo actionem, licet teneatur etiã ſi
actionem non habeat, facit id, quod nõ. gl. mag. in prin. quia ſi nõ
potuiſſet ſibi proſpicere de cautione, non teneretur mihi cauere,
& ſi cauiſſet, ex ea cautione non teneretur, cum ex re aliena ſine
ſua culpa damnum ſentiat, ergo & ſi fecit ſibi caueri, liberabitur
actionem cedendo, non ꝑꝑ hoc ꝙ teneatur mihi ex eo, qa actio
nẽ hẽt vt ſ. dixi. ſed ex eo ne indebite, & ſine culpa dãnum patiaẽ.
Quod poſſet contingere, ſi ille eſſet non ſoluendo. Paulus.

1 *Lex licet indiſtincte loquatur debet tamen diſtincte recipi ex mente eius, quæ colligitur ex ratione uerborum.*

*Statutum quòd de damno ſtetur iuramento damnum paſſi, quòd licet iurauerit, tamen ſit quærendum de damno, an ſit datum, ſecus ſi dicat ꝙ ſtetur relationi ſaltuarij.*

§. Qui damni. Hic incipit Iuriſconſultus exponere
tria verba edicti prætoris: poſita ſ. e.
l. prætor. in prin. ibi dum dicit {ei qui iurauerat non calumnię cau
ſa &c.} & durat vſq; ad §. fi. huius l. Et hoc dicit in effectu, ꝙ licet
ex illis verbis videaẽ colligi, ꝙ eo ipſo ꝙ quis iurat de calumnia, vt
debeat ſibi caueri abſq eo, ꝙ probet uel alleget aliquod intereſſe
vel ſe habere domum vicinã ruinoſam, nihilominus hoc non eſt
verum, ſed ita demũ ſibi cauetur, ſi timet damnum de re ad rem,
ſecus ſi de re ad perſonam duntaxat. ¶ Item ita demũ ſi per aliud
remediũ ordinarium tale damnũ non põt euitari. Item ita demũ
ſi ædificiũ pro quo petit caueri, non fuerit ab eo illicite factum, vl
non conſenſerit ꝙ illicite fiat. h. d. vſq; ad §. & ſuperficiarium. licet
quilibet §. allegetur per ſe præcipue §. de illo. & §. ſi quis iuſta. ¶In
tex. ibi. {prius de calumnia iurare debet.} niſi ſit in perſona, q̃ non
præſumaẽ calumniari, vt parens, & patronus vt ſupra de iureiur. l.
iuſiurandum. & l. ad pecunias. §. hoc iuſiurandum. ¶In tex. ibi, {&
non inquiretur.} ſ. attento cortice verborum edic. ꝓtoris, quę in-
nuunt ꝙ eo ipſo, ꝙ iurat de calum. ſit ſibi cauendũ, ſed non atten
ta mente, quia poſtq̃ vult, ꝙ iuret de calumnia, vult per ↄñs ꝙ ꝑ-
tendat aliquod iuſtum intereſſe, alias videretur calumnioſe pete
re. i. ſine cauſa iuſta. Nihil n. aliud eſt calumniari in caſu iſto, niſi in
1 iuſte petere. †No. ergo ꝙ licet lex indiſtincte loquaẽ, debet tñ di-
ſtincte recipi ex mẽte eius, q̃ collr ex ratione verborum. Et indu-
cit Ang. iſtum tex. ſi ſtatutum dicat, ꝙ de damno ſtetur iuro dam
num paſſi, ꝙ licet iurauerit, nihilominus ſit quęrendum de dãno,
an ſit datum. Secus ſi dicat, ꝙ ſtetur relationi ſaltuarij, ideſt illius
qui habet cuſtodiam agrorum. Primum dictũ nõ placet, nec ha-
bet rationem, quia ſm. illud ſtatutũ nullius eſſet effectus, ſi debe-
ret vlterius inquiſitio fieri, nam poſtq̃ ſtatutũ vult ſtari dicto, ſeu
iuro eius, reſultat ex hoc plena probatio, ergo alia probatio non
debet exquiri, vt in c. contingit. de fide inſtru. vbi non requiritur,
ꝙ actor iuret ſi plene probauit ſuam intentionem, & cõſuetudo
in ↄ̃rium reprobatur, vt in c. fi. extra de iureiur. fateor tñ ſi poſſet
probari ↄ̃rium per partem aduerſam, non ſtaretur iuro damnũ
paſſi, quia non plus debet operari illa probatio, q̃ ſi eſſet facta per
teſtes, ſed tunc poſſet probari ↄ̃rium per meliores teſtes, per not.
in l. in exercendis. de fid. inſtr. Et hoc tenuit notabiliter Iac. Butr. in
l. j. C. de re iud. ¶Nec iſte tex. facit pro Ang. quia hic non ſtatur iu
ramento de calum. niſi alleget iuſtum intereſſe, nec aliter aduerſa
rius compellitur cauere. Et iſta fuit intentio prætoris, vt Iuriſcon-
ſultus hic dicit. Sed ſtatutum prædictũ vult ſtari iuro, ergo ſtandũ
a eſt quouſque [a] probetur ↄ̃rium, & poſito ꝙ aduerſarius cauiſſet,
ſtatim præſtito iuramento, & non allegato iuſto intereſſe, non cõ
mitteretur ſtip. niſi pro iuſto intereſſe. Et quid ſit iuſtum intereſſe
infra ſubijcitur.

ADDITIO.

a ¶Quouſque. Adde Ludoui. Rom. conſi. 102. Alex. conſi. 36.

*1 Suſpectus, ſi quis erat & fugitiuus tempore quo mecum contraxit, non poſſum poſtea facere ipſum capi tanquam ſuſpectum et fugitiuum, quia imputandum eſt mihi cur ſecum contraxi.*
*2 Cum quis iuratur ſuſpectus, & fugitiuus, an hoc ſufficiat ut cõmittatur captura.*
*3 Mulier ſi nubit uiro inopi, an poterit poſtea petere dotem ſibi conſignari, propter inopiam.*
*4 Si te offendi indebite, & poſtea peto quòd caueas mihi de non offendẽdo, an debeam audiri.*
*5 Fruſtra implorat legis auxilium, qui committit in legem.*
*Iudex aliquando poteſt capere aliquem ex officio ad mei inſtantiam, & non compellitur, ſi non vult.*

1 **§.De illo quæritur.** ¶†No.in ver.aut.n.iſtũ tex. qui ſp allegat ꝙ ſi quis erat
ſuſpectus,& fugitiuus tpe quo mecum ɔ̃xit,non poſſum poſtea
facere ipſum capi tanq̃ ſuſpectum & fugitiuum,quia imputandũ
eſt mihi,cur ſecum ɔ̃xi.facit l.ſi is a quo.in fi.vt in poſſeſſ.lega. & l.
fi.ſ.de ſpõ.debet ergo ſuperuenire cauſa ſuſpicionis ex poſtfacto,
2 ut l.creditores.de priuil.cred.¶†Et no.iſtud,quia pluries facies re-
laxari debitores,cũ cõiter fiat ɔ̃rium, cum ſtatim, ꝙ quis iuratur
ſuſpectus,& fugitiuus,committatur captura.ſed male, ex ignorã
a tia,[a] ¶†Facit ẽt ꝙ ſi mulier nubit viro inopi, non põt peti dotem
ſibi conſignari pp inopiam, hoc verum niſi inopia vel ſuſpitio
fuiſſet occulta.arg.in l.vtilitatis.de confir.tuto.Not.ẽt ex iſto §.ſic
ꝙ auxilium ordinarium,excludit extraordinarium, quod eſt ue-
rum qñ æque plene prouidet,alias ſecus,vt dixi in l.in prouinciali.
ſ.tit.j.Et qñ tendunt ad idem,alias ſecus,vt ĩ.eod.l. ſi quis opus.&
4 adde ad iſtum.§.l.inquilino.cum ibi no.ĩ.eo.¶†Iſte §.allegatur,ꝙ
ſi te offendi indebite,& poſtea peto ꝙ caueas mihi de non offen
dendo,ꝙ non debeo audiri.Bar.tñ tenet ɔ̃rium pp periculum ꝑ-
ſonæ quod eſt maius,q̃ periculum rei,ſed Ange. in §. qui damni.
5 ſ.ea d.l.tenet primã partem & melius, quia † fruſtra implorat legis
b auxilium,qui committit[b] in legem,vt l.auxilium.§.in delictis.ſ.de
mino.poteſt dici,ꝙ iudex ad mei inſtantiam non teneatur com-
pellere,ſed ſi vult ex ſuo officio poteſt,vt l.æquiſſimum.ſ. de vſu
fr.¶Similiter no.Bar.in l.conſentaneum.C.qũo,& qñ iudex.ꝙ ali
quando iudex poteſt aliquem capere ex officio ſuo ad mei vtili-
tatem,non compellitur tamen ſi non vult.

ADDITIONES.

a ¶Ex ignorantia. Adde Lud.Ro.conſi.241.eundem Pau.conſi.226.
b ¶Committit in legem.In hoc arti.an qui committit in legem habeat beneficium legis.vide Soci.conſi.19.

**§.Et ſuperficiariũ.** ¶Superficiarius, & vſufructuarius poſſunt petere ſibi caueri.Sed bonæfidei poſſeſſor ẽt cum ti. non põt petere a dño, ſed ab alio ſic.h.d.tex.cum gl.¶In gl.q̃ incipit {non cõpeteret}ibi. {ſed ɔ̃ alios ſic.}Vult ergo iſta gl.ꝙ bonæfidei poſſeſſor cũ titulo, ſi haberet publicianam ɔ̃ alium ad quẽ peruenerit poſſeſſio præferatur illi,qui habet quaſi dñium,vt in toto titu.de public.ita & ɔ̃ aliũ defendatur in hac petitione cautionis,facit optime l. ſi ab eo. ſ.de pig.Sed ɔ̃ dñm,ſicut ſi non haberet publicianam ſlr, vt l.fi.ſ. de publi.Ita non põt agere vt ſibi caueat,q̃a ius iſtius agentis non eſt validũ ɔ̃ verum dñm in aliquo,ſed ɔ̃ non dñm, & cauentem. ¶In caſib.ergo in quib.publiciana daretur ɔ̃ verum dñm, de q̃b. hr̃ in d.l.fi.& in l.ſi a Titio.ſ.de rei ven.Silr poſſet petere hanc cautionem ab eo ſm Ang.quia ius quaſi dñij eſt potentius ipſo dñio in ipſis caſib.¶In e.gl.ibi,{ſed ſecus in alijs.} i. ſuperficiario & vſufructuario.ſ.quia poſſunt petere ſibi caueri a proprietario,ſeu directo dño,quia in iure ipſorum defendũtur ẽt ɔ̃ directum dñm, vt l.j.§.qui perpetuum.ſi ager vect.Sed iſta gl.vr̃ dicere ɔ̃ text. expreſſum.ĩ.eo.l.dam infec.ſtipulatio.§.j. & §. ei qui.in quibus dr̃ ꝙ fructuarius vel ſuperficiarius non poſſunt petere ſibi caueri a ꝓprietario,ſeu directo dño,ſed dic non poſſunt ex hoc edicto, q̃a habent aliud remedium,& de illo forte loquitur glo.vel dic ut ibi plenius notatur.

*1 Remedium hoc extraordinarium concurrit cum alio extraordinario, & etiam cum ordinario quando tendunt ad diuerſa.*
*2 Durante litigio ſuper vno, poteſt contra eundem dari libellus per eandem perſonam, ſuper alio.*

1 **§.Si quis opus.** ¶†Remedium hoc extraordinariũ concurrit cum alio extraordinario, & etiam cum ordinario,qñ tendũt ad diuerſa.h.d.& iſtud vltimũ referas ad proxi.præcedentem nõ ad primum,quia cum alio extraordinario concurrit,ẽt ſi tendant ad idẽ,ut ſ.ad leg. Aqui.de pecorib.& ſ.ad l.Aquil.l.quemadmodum.§.magiſtratus. dic ut dixi tit.j.l.in prouinciali.§.j.¶In tex.ibi,{nunciauerit.} & non obſtante nunciatione vicinus ædificat,vel de facto,uel de iure præſtita cautione de demoliendo,& nuncians dubitat ædificium debere ruere ſupra ſuum, nam per nunciationem ſibi prouidetur, ut locus deſtruatur,ſi appareat factum ɔ̃ nunciationem, vel non iuſte factum, non autem prouidetur, ut ſi ruat, & damnum det poſſit emendatio damni peti,vt patet in fi.¶In tex.ibi,{nam ei qui egerit ius aduerſario non eſſe altius tollere.} ſ.intentando confeſſoriam nam per eam ſimiliter prouidetur vt opus factum ɔ̃ debitam ſeruitutem deſtruatur,& ẽt vt reficiatur damnum,quod ex tali ædificatione agens paſſus eſt,etiam nulla ruina interueniente, vt l.loci corpus.§.competit.ſ.ſi ſer.uend.non autem de eo quod poſſit euenire pp ruinam,ideo de hoc petit caueri etiam durante lite ſu
2 per confeſſoria,ita innuit iſte tex.†Et ſic no. ꝙ durante litigio ſup
vno, poteſt ɔ̃ eundem dari libellus per eandem perſonam ſuper
alio quinimmo etiam ſi ſuccubuiſſet in confeſſoria,poſſet petere
ſibi caueri.nec obſt.except.rei iudic.quia agitur ad diuerſum,vt l.
cum quæritur. de excep.rei iud.

*1 Non poteſt quis ab alio petere, id quod ipſe ſibi facere denegauit.*
*2 Non debet vti beneficio legis, qui contra eam ſuper eodẽ cõmiſit uel fecit.*
*Si peto a te mihi caueri ꝙ me non offendas, & tu petas ꝙ ſimiliter ego caueam ꝙ non offendam te, non debes compelli ad cauendum mihi, niſi ẽt ego caueam tibi, niſi ſubſit diuerſa ratio in perſona alterius.*

1 **§.Si quis quia.** ¶†Non poteſt quis ab alio petere, id quod ipſe ſibi facere denegauit . h.d.
Et eſt pulcher caſus,& inducibilis ad multa : & ratio eſt ſm Dyn.
2 quia non debet uti beneficio l.qui ɔ̃ eam ſuper eodem commiſit
vel fecit,vt ſ. de min.l.auxilium.in fin.& inducitur ad q̃õnem,ꝙ ſi
peto a te mihi caueri,ꝙ me non offendas, & tu petis, ꝙ ſilr ego
caueam,ꝙ non offendam te,non debes compelli ad cauendum
mihi,niſi etiam ego caueam tibi,quod eſt verum,niſi diuerſa ſubſit ratio in perſona alterius, ut ſi tu me offenderes, & non ego te, vt ſ.hac l.§.ſi quis iuxta.vel ſi maior eſt præſumptio, ꝙ me offendas,q̃ ꝙ ego te offendam,ſm Doct.¶Vltimo oppo. de l. poſtq̃. §. Imperator. ut leg.nom.caue.ubi teneor cauere tibi ſuper re in qua denegaſti mihi cauere.Sol.ut no.per Doct.C. vti poſ.l.unica, quia hic fuit tranſlata poſſeſſio,& dñium in me,per ſecundum decretum,ibi non.

*1 Licet quis iurauerit ſemel in alia inſtantia de calumnia, ſi tamen ex interuallo petit ſibi caueri, debet iterum iurare.*
*2 In cauſa appellationis, an debeat iterum iurari de calumnia, & nu.4.*
*3 Iuramentum teſtis an debeat repeti, ſi iterum ex interuallo producatur. Et quantum ſit iſtud interuallum.*
*4 Propoſitum hominis eſt mutabile, et qui ſemel eſt bonus poteſt effici malus, & econuerſo.*

1 **§.Si quis ſtipulaturus.** ¶†Licet quis iurauerit ſemel in alia inſtantia de calumnia, ſi tñ ex interuallo petit ſibi caueri, debet iterum
iurare.h.d.Et põt intelligi duob.modis.ſ.ex interuallo.ſ. finita pri-
ma inſtantia,in qua prius petierit caueri, & ſic expedit dare nouũ
2 libellum,& nouum iurm̃ interuenire,† & tunc facit iſte text. ꝙ in
cauſa appellationis debeat iterum iurare de calumnia,q̃a eſt inſtã
tia noua,vt l.ita demum.cum ibi no.C.de procu.de quo eſt caſus
in ca.j.de iura.cal.Et idem in iuro teſtis,ut repetendum ſit iurm̃,ſi
ex interuallo iterum producatur coram alio iudice,ut in caſu l.fi.
de teſti.& c præſentata.eo.tit.& hoc tenet ibi Abb. Poteſt intelligi
in eadem inſtantia,ſi per hoc longum interuallum poſt præſtitũ
ſacrm̃ ſequatur eandem litem ſuper eodem libello, per rõnem q̃
hic ponitur, quia pp longum interuallum temporis, poſſet eſſe
cauſa mutata,& animus petentis,cum ſit variabilis,ut hic in gl. q̃
3 ſemper allegatur vna cum tex.ad hoc †quod propoſitum homi-
nis eſt mutabile,& ille qui ſemel eſt bonus poteſt effici malus, &
econuerſo.facit l.deberi.C.de fideic.lib.& quod no.in l.de tut. C.
a de in integ.reſti.& quantum ſit iſtud interuallum,[a] relinquitur ar
4 bitrio iudicis,ar.in l.j.§.ait prætor ſ.de iur.deli.¶†In gl.quæ incipit,
{ſi iterum.} in fi.ibi,{corrigitur per Auth.&c.} Tu dic ɔ̃,quia loquitur de iuro de calumnia,quod præſtatur ad ſolennizandum iudicium,& concipitur non ſolum de præſenti,ſed etiam in futurum, vt iurans,quia in tota lite non committet calumniam ideo ſufficit ſemel eſſe præſtitum,hic uero non præſtatur ad ſolennixandũ iudicium,ſed potius ad probandum intereſſe,ut not.ĩ.proxi.§.& ſi concipitur de præſenti iudicium, ꝙ non competit animo calũniæ,ſed quia prætendit iuſtum intereſſe.Iſtud autem intereſſe poteſt deficere,& ſic poſſet calumniari de præſenti,licet primo non fuerit calumniatus.¶In gl.ſeq.ibi,ſ de tranſac.l.cum hi.§. in perſona.dic ꝙ poſſibile eſt propoſitum hominis mutari, & præſumit in his,quæ ſunt modici præiudicij,ut hic, vel modicum grauamẽ eſt,ꝙ iterum iuret,nõ ſic in his,quæ ſunt magni præiudicij,quod dic ut no.in c.ſemel malus.per Dy.de regu.iur.

ADDITIO.

a ¶Interuallum.Dic ꝙ per triennium quis de malo efficitur bonus, & ecõuerſo dici poteſt,ut uoluit Ludo.Rom.conſi.236.

*1 Petens caueri alieno nomine, ita demum iurare debet de calumnia, ſi ille cuius nomine petit, deberet iurare, ſi per ſeipſum peteret, non aliter.*
*2 Iuramentum de calumnia an ſit de veritate, et qualiter iuret procurator.*
*3 Cauſa damni infecti, an ſit ſummaria.*

§.Si

1 **§.Si alieno nomine.** ¶†Petẽs caueri alieno nomine, ita demũ iurare dẽt
de calumnia,ſi ille cuius noĩe petit, deberet iurare, ſi per ſeipſum
peteret,non aliter.h.d.¶In tex.ibi,{fuiſſe poſtulaturum.} gl.in l.p̃-
tor.circa prin.s̃.eo.quæ incipit,{cum alieno.}in fi.dicit,ꝙ iſtud eſt
iur̃m credulitatis,quia iurat , ꝙ credit illum cuius noĩe poſtulat,
non petere aĩo calumniæ,& ideo non expedit, ꝙ ad hoc habeat
2 mandatum ſpeciale,quia iurat de ſua credulitate.†Sed iur̃m de ca
lumnia,quod præſtatur ad ſolennizandum iudiciũ, nõ eſt de cre
dulitate,ſed de veritate,videlicet ꝙ dñs non petit animo calũniæ,
& ideo ad hoc vt poſſit præſtari per procuratorẽ,requirit̃ ꝙ ha-
beat ſpeciale mandatum,vt in c.fi.de iura.calum.lib.vj. Et tunc iu
a rat in aĩam dñi,[a] & iſta eſt vna dr̃ia.¶Alia eſt,quia illud iur̃m dr̃ ſo
lennitatis,iſtud aũt dr̃ probationis,quia per ipſum probatur inter
eſſe petentis.Ita vñr Doct.hic ſentire,quod eſt notandum, & ſ̃m
hoc ſufficit allegare iuſtam cãm,puta,ꝙ hẽt domum vicinam,&
ꝙ illa eſt ſua,non tñ habebit neceſſe plene probare , ꝙ ſit ſua, ſed
ſufficiet iur̃m calumniæ,ſicut qñ quis petit ſe immitti in poſſeſſio
nem ex primo decreto,quia poteſt probare debitum cum iur̃o,
3 vt no.in l.cum proponas.C.de bo.auth.iud.poſ.† Et ex hoc ſequi
tur aliud ꝙ iſta cauſa iur̃i eſt ſummaria , non ſolum quantum ad
abbreuiandas dilationes,ſed ẽt quantum ad probationes fiẽdas,
quia ſummariè fiunt,ideſt non plenariè,cum ſit modici præiudi-
cij hæc cautio,& periculum ſit in mora,facit l.theſaurus. ad exhi-
bendum,& quod no.Bar.in l.j.de præto.ſtipul.in §.pe verſi.fi.& l.
ſi quis a liberis.§.ſi vel parens.de liber.agnoſcen. Cætera circa iſta
iur̃a vide hic per Bar.qui mouet plures quæſtiones circa materiã
l.2.§.quod obſeruari.de iura.calum.Et no.hic gl.ſuper uerbo{de-
beo,} dum dicit,quia nõ fit in forma iudicij,nam innuit, ꝙ in hac
cauſa non detur libellus,nec conteſtatur lis . Contrarium tenent
Doct.vt dixi s̃.eod.l.4.§.hoc autem iudicium. Et ſic quantum ad
b ſubſtantialia iudicij,iſta cauſa non eſt ſummaria,[b] quia nihil debet
de ſubſtantialib.omitti,& dabitur ſententia in ſcriptis , licet quan-
tum ad alia ſit ſummaria,vt s̃.dixi.

ADDITIONES.

a ¶Animam domini.Adde ꝙ in Romana curia iurat etiam in animam ſuã, vt dicit Ro.deci.ſuis de iur.calum.

b ¶Summaria.Adde vt per Lud.Ro.conſi.136.

---

1 *Obligare ſe an quis poſſit perpetuo cautione de damno infecto.*
2 *Infinitas an ſit vitanda,quando agitur de obligatione contrahenda.*
3 *Vbi apponitur dies in cautione dãni infecti,qualiter debeat adhiberi cauſæ cognitio.*
4 *Qui ſe obligauit hac cautione ad diem,ſi iterum timetur damnum, non liberatur.*
*Quando petitur tenuta reuocari,quia forte eſt nulla,ſi de nouo eſſet danda,an debeat confirmari,& non reuocari.*
5 *Cum petitorium & poſſeſſorium deducitur in iudicium,et pro vna parte conſtat de iuſtitia in poſſeſſorio,pro altera in petitorio, ꝙ pronuncietur ſuper vtroque,& præualet ſententia in petitorio.*

1 **§.Huic ſtipulationi.** †Non tenetur quis ſe obligare perpetuo hac cau-
tione,ſed debet ſtatui tp̃s arbitrio iudicis,ita ꝙ ſi ædificium ruat,
teneatur, ſi trãſactum ſit illud tp̃s,& ſi adhuc damnum timetur,
iterum caueatur.Si vero tp̃s non ſit appoſitum ex certa ſcientia,
qñcunque ruat committitur ſtipulatio.Si vero pp errorem iuris
non apponatur,intelligitur appoſitum tempus, quod apponi cõ
ſueuit in talib.h.d.cum l.ſeq.& prin.ſeq.vſq; ad §.deinde. & incipit
hic exponere verba edicti prætoris poſita in l.prætor.s̃. eo. ibi dũ
2 dicit{in ea die in qua cauſa cognita ſtatuero &c.} ¶†No.hic duo
membra,an infinitas ſit vitanda qñ agitur de obligatione ꝯhẽda,
quia quantum ad inuitum eſt euitanda,quia ſi non vult ſe obliga
re in infinitum,non cogitur,vt hic in ver.neque.n.Quantum ue-
ro ad volentem,non euitatur,quia ſi vult ſe obligare in infinitũ,
poteſt.vt l.infinitum.ver.ſi quidem.cætera circa iſtum articulum
3 vide hic per Bar.quia eſt via brocardica.¶†Item not.quòd in ap-
poſitione diei,debet adhiberi cauſæ cognitio,& practica erit, ut
mittantur artifices,& fabri ad locum , vt videant intra quantum
tp̃s ædificium poteſt ruere,ſi ruere debet, & dicit Bart.hic vnum
verbum,quod vidit pluries allegari , ꝙ iudex debet mouere par-
tes,vt vadant cum magiſtris,& fabris ad locum,& dicant ſingu-
li iura ſua,ſi volunt,ad hoc ut illi melius informati poſſint facere
meliorem relationem,& niſi hoc fiat,tali relationi non ſtaretur,
facit quod habetur in l.generaliter.§. his de præſentib.s̃. de iureiu,
4 ¶†Vlt.no.gl.in l.ſi finita.ſuper uerbo {liberetur.}in princ.dum di-
cit,ꝙ ſi iterum timeatur damnum non liberatur, quia ſi liberatus
eſſet,iterum teneretur ſe obligare.dicit Ang.per hanc gl.ſe pluries
dixiſſe,qñ petitur tenuta reuocari,quia forte eſt nulla, ſi de nouo
eſſet danda,non debet reuocari,ſed potius cõfirmari, quod tene
menti, & habui hunc caſum de facto. Intellige tñ dictum Angel.
qñ fuit petitum, ꝙ confirmetur , alias non debet confirmari per
ea quæ no.in c.ex conquæſtione.de reſti.ſpol.per Hoſti.& quod
no.in l.circa s̃.de prob.Vel dic melius, ſi ego peto tenutam infir-
a mari,quia eſt nulla,& ita petis eam confirmari.[a](quia ſi eſſet infir
mata,deberet de nouo dari,) vel petis eam de nouo dari ex rigo-
re iuris,ẽt ex æquitate debebit iudex ſuper vtraque petitione pro
nunciare, ſi reperiat utrãque veram, uidelicet,ꝙ ſit in illa uerum,
quia ſi eſſet reuocata,veniret de nouo danda,ut ipſam cõfirmet,
vel de nouo det.Vide Bal.in l.fi.C.de edicto diui Adria.in 7.opp.
5 & 7.colum.† Sic in ſimili habetur cum deducitur in iudicium pe-
titorium, & poſſeſſorium , & pro vna parte conſtat de iuſtitia in
poſſeſſorio,pro altera in petitorio,nam pronunciatur ſuper vtro
que,& præualet ſententia in petitorio , ut in capitulo cum ſuper .
& c.cum eccleſia.de cauſa poſſeſ.& proprieta.

ADDITIO.

a ¶Confirmari.Adde Ang.conſi.136.

---

LEX XV.

**SI finita.**

**§.Deinde ait.** ¶Pro opere quod ſit in flumine publico,vel in ripa eius
ſi damnum timetur, apponitur in ſtipulatione tempus decem annorum,licet ſi fiat via in alio publico loco,non ſit determinandũ certum tp̃s,ſed relinquitur arbitrio iudicis.Item pro tali opere, & etiam pro quocunq;,quod fiat in alio aliquo ſolo publico , & ad vſum publicum deſtinato vel etiã in priuato,quod non ſit ipſius ædificantis,ſatiſdatur,licet ſi eſſet ædificantis, ſufficeret repromiſſio.¶Item pro eo quod fit in ſolo publico,ſatiſdatur tantum pro vitio operis,non ſoli,licet pro eo quod fit in priuato,caueatur interdum etiam pro vitio ſoli.¶Item ſi opus fiat in publico authoritate pub.non caueatur de damno infec.ſed prædicitur, & præcipitur opiſicibus,ꝙ taliter faciant,ꝙ vicinis non noceat. Hoc dicit in effectu vſque ad §.ex hoc edicto.Et ſic ſunt tria ſpecialia, quando opus ſit in publico,uel quando in alieno ſolo.Primum eſt,q̃a ſi fit in flumine publico,uel ripa.ſtatuitur certus terminus ab edicto prætoris,in alijs non . Secundum eſt, quia ſatiſdatur cum fideiuſſoribus.Sed ſi in ſolo priuato ædificantis, non, ſed cauetur, hoc tamen declaratur,vt no.Bar.s̃.eod.l.damni.la 2. Tertium eſt, quia quando in ſolo publico non cauetur niſi de vitio operis,ſed quando in priuato,etiam de vitio ſoli.

---

1 *Damnum ſi timetur fieri in ſuperficiali parte domus & non cauetur , fit miſſio in totam domum ſuperficialem.Et quid in parte artificiali.*
2 *An vtile per inutile vitietur.*
3 *Si conceſſum ſit aliquod priuilegium alicui ciuitati,uel caſtro,quòd etiã villæ ſubditæ,tanquam connexæ,poſſint vti tali priuilegio.*
4 *Priuilegium conceſſum diſtrictui,an extendatur ad clericos.*

1 **§.Ex hoc edicto.** ¶†Si timetur damnum de ſup
ciali parte domus,& non caue
tur, fit miſſio in totam domum,& ẽt in alias partes ſuperficiales ,
quia non poſſunt ab inuicem ſeparari.Si uero de parte ,non ſub-
ſtantiali,ſed artificiali,tunc ſi poteſt ab alia parte ſeparari,fit miſſio
in illam tantum,ſi non põt ſeparari,idem,quod in caſu præceden
ti,& incipit hic exponere alia verba prætoris,quæ ponuntur s̃. e.l.
prætor.§.de eo.uer.eum cui.in qua habetur ꝙ ꝯ non cautum fit
miſſio in poſſeſſionem ex primo,& ſecundo decreto , & iſta eſt
vtilior & ſolennior pars quæ ſit in edicto prætoris , & durat vſq;
ad §.fi.huius l.Et ſunt iſti tex.principaliores,qui ſint in corpore iu
ris ſuper materia primi,& ſecundi decre.quæ uerba non reperiũ-
tur alibi in text.q̃ hic in §.Iuli.in quo iſta materia examinatur per
gl.& per Bar.Sed pleniſſime in Spe.de primo & ſecũdo decreto .
2 ¶†No.bonum tex.ad illud brocardum,an utile[a] per inutile vitie
a tur,quia ſi poſſunt ſeparari non vitiatur,alias ſecus,argu.hic.Vide
bonum tex.cum gl.in l.ſi ſpõſus.§.generaliter.s̃. de donationi. in-
ter vir.& vxo. j.de aqua quo.& æſti.l.j.§.item quæritur.& §. Tre
batius.Item no.ꝙ idem eſt iudicium de connexis. facit l.ita autẽ.
3 §.præterea.de adminiſtr.tut.& c.tranſlato.de conſti.¶†Et pp hoc
allegatur iſte tex.ſi conceſſum ſit aliquod priuilegium alicui ciui-
tati,vel caſtro,ꝙ ẽt villæ ſubditæ,tanq̃ connexę poſſint uti tali pri
uilegio,de hoc tangit hic Bar.Tu alleg.ad hoc gl.ordin.quam ipſe
non allegat in l.reſtituendæ.C.de aduo.diuer. iudic. Et uide quod
no.idem Bar.in l.2.de uer.ſig.& Iaco.de Are.in Auth. quib.mod.
4 natu.effi.leg.¶†Item an priuilegium conceſſum diſtrictui exten-
datur ad clericos.uide Io.Andr.in c.fin.de offic.deleg.lib.vj.in no
uella .

ADDITIO.

a ¶Vtile.De hoc Brocardo an utile per inutile vitietur,vide Lud.Ro.conſ. 507.Soc.conſi.37.

---

1 *Miſſio in poſſeſſionẽ ex primo decreto,facta de vno,an proſit alijs.& n 2.*
3 *Quid ſit primum decretum,& an idem ſit decretum,& iuſſus, & miſſio.*
4 *Quid ſit ſecundum decretum,& licet ſim miſſus ex primo,& ſim in poſſeſſione,an adhuc debeam iterum mitti ex ſecundo.*

5 *Pri-*

6 *Primum decretum poteſt eſſe ſine ſecundo, & an ſecundum poſſit eſſe ſine primo.*
6 *Qualiter perueniatur ad primum decretum, & quot ſint neceſſaria.*
7 *Relatio nuncij qui citauit, an debeat fieri iudice pro tribunali ſedente, & an poſſit fieri notario cauſæ iudicis abſentis.*
*Quid de productione inſtrumentorum.*
8 *Citatio peremptoria in quibus requiratur.*
9 *Peremptorium quòd poſſit dici quatuor modis.*
10 *Qualiter perueniatur ad ſecundum decretum, & quot ſint neceſſaria.*
11 *Reus an poſſit impedire miſſionem ex ſecundo decreto, ſi faciat iſta tria, de quibus hic.*
12 *Creditor ſi eſt miſſus ex primo decreto in hypothecis non auditur debitor de poſſeſſione, ſi creditor eſt paratus probare incontinenti de hypothecis, & nume 13.*
13 *Et quid in rei vendicatione.*
14 *Quo iure petitur interponi ſecundum decretum, & in quibus actionibus interponatur.*

1 §.Si plures. ¶ † Plures miſſi in poſſeſſionem ex primo
decr. ſiue ſimul, vel ſeparatim, ęqualiter
ſunt in poſſeſſione, quia quilibet cenſetur eſſe miſſus inſolidũ, nõ
pro rata dãni qđ timet, & ideo faciunt ſibi partes ꝑ concurſum.
Sed ſi vnus primo peruenit ad ſcđm decretũ, & alter petat ſibi ca
ueri, ſi non cauetur, iſte ſecundus erit in poſſeſſione loco dñi, non
primus. Intellige aliter. ſ. nõ ille ȝ quẽ facta fuerat miſſio ex primo
& ſecũdo decreto, nec obſtet ſ. eo. l. qui bona. §. ſi quis quia. Item
expenſas, quas vnus ex miſſis fecit in reparatione rei, in qua miſſi
ſunt, recuperat ab alijs per vtilẽ actionem cõi diui. hoc dicunt in
effectu iſti tex. vſq; ad §. ſi quis autẽ in poſſeſſione. quos ideo ſum
maui, quia contingui ſunt. Et qđ dr̄ in vno de iſtis §§. reperitur in
alio, cum declaratione tñ, & aliqua additione in §. Iulianus. princi-
paliter allegatur, & ibi ponitur tota materia. In iſto primo §. ſi plu-
2 res. ¶ † No. tex. ibi, dum dicit { & alius mitti deſideret. } nam ꝑ hoc
patet, ꝙ immiſſio facta de vno non prodeſt alijs, nec cẽſentur alij
immiſſi ſi ad petitionẽ eorum ſit contumax, ſed requiritur ꝙ fa-
ciant ſe immitti, & ſic fiat nouus proceſſus, & noua citatio. Sed ȝ,
ꝙ vno immiſſo cenſeant oẽs immiſſi, vt l. cũ vnus. ʃ. de bon. auth.
iudi. poſ. Et non requiratur nouus ꝓceſſus, ſed ſufficiat ꝙ vadant
ſaltem intra bienniũ, & refundant partes expenſarũ factarum in
ademptione tenuræ illi immiſſo, & poterunt gaudere immiſſio-
ne abſque nouo proceſſu, vt l. fin. C. de bon. auth. iudi. poſ. Sol. ꝙ
notabiliter illa iura loquuntur. qñ ſunt plures creditores, qui iure
actionis, quam habent, implorando officium iudicis mercenariũ
ei deſeruiens, mittuntur in poſſeſſionẽ, tunc enim prætor nihil cẽ-
ſetur dare a ſe, ſed ius qđ illi habẽt exequi, hic loquitur, qñ ſunt plu
res, qui non prætendunt habere actionem, ſed duntaxat poſſunt
implorare iudicis officiũ nobile, vt eis caueatur, quo caſu ſi iudex
vnũ mittit in poſſeſſionẽ, dr̄ aliquid a ſe conferre, nõ autẽ exequi
ius petentis. Et ideo qua ęquitate illi confert beneficiũ, eadẽ ęqui-
tate vult peti, ex cuius edicto hoc fit, qđ ſibi ſoli proſit ne benefi-
ciũ ſuum extendatur vltra ꝙ̃ ab eo ſit petitũ, vt ʃ. eo. l. cum poſtu-
laſſem. Et eodem modo intelligitur l. ſi is cuius. §. ſi plures. ſ. vt in
poſ. leg. Et idem eſſet ſi vnus mitteretur iure actionis, alter officio
iudicis nobili per l. ij. C. qui pot. in pig. ha. ita voluit Bart. in d. l. cum
vnus. vbi plene vide per eum. ¶ In iſto §. ſi plures. eſt vna gl. mag.
ſuꝑ verbo { ſi prius. } que mouet in effectu quinq; principales quæ
ſtiones in materia primi, & ſecundi decreti. primam proſequitur
vſq; ibi, { ad primum. } ſecundã vſq; ibi, (ſed quo iure.) tertiam vſq;
ibi, (in quibus.) quartam vſq; ibi, (eſt autem defectus,) & etiã poſt
illud verbũ in ver. (alij dicunt.) In ver. (eſt autem defectus.) ponit
quintam qõnem de effectu ſecundi decreti, & poſtea ẽt circa finẽ
3 de effectu primi. † Circa primã partẽ glo. dum dicit, ꝙ primum de
cretũ dr̄ primus iuſſus iudicis, ſeu prima miſſio, innuit ꝙ idem ſit
decretum, & iuſſus, & miſſio, qđ eſt falſum, immo ſunt diuerſa, qa
primo iudex decernit me mittendum in poſſeſſionem, poſtea iu-
bet nuncio, ꝙ me mittat, poſtea nuncius me mittit, & ex iſtis tri-
bus reſultat primũ decretum, & ſic miſſio ſe habet ad decretum,
ſicut executio ad ſñiam diffinitiuam. ¶ Et notandũ, ꝙ iſtis tribus
interuenientibus conſtituitur in re pignus prætoriũ, vt l. non mi-
rũ. ſ. de pig. actio. & ideo ꝓ eo põt cõpetere hypothecaria, vt l. ſi
is qui. §. j. de pig. & ẽt pignoratitia, ut patet ex d. l. non mirũ. quæ eſt
ſituata in illo titulo, & facit qđ not. ʃ. eo. l. vtique. Sed ſi non inter-
ueniret miſſio facta per nuncium, nihil prodeſſent duo priora. ſ.
decretum de mittendo, & iuſſus, quantum ad hoc, vt ſit conſtitu-
tum pignus, vt d. l. non mirum. licèt pignus cõuentionale ſolo cõ
ſenſu ȝhatur, ut l. j. eo. tit. & l. ſi tibi. §. de pig. cum ibi not. ſ. de pact.
plus dicit Bar. notabiliter in l. j. ʃ. de acquir. poſ. ꝙ non ſufficit nũ-
cium conducere me vſque ad locum, & ipſum oſtendere mihi ꝑ
viſum, & dicere, immitto te in poſſeſſionẽ illius rei, ſed debet me
a in illam rem actualiter [a] introducere, non ſic in vera poſſeſſione
quæ per aſpectum ſolum poteſt acquiri, cum tradatur ab illo qui
eam habet. Aliquando tamen, etiam ſi immitti iuſſus, & nõ intro-
ducatur in rem, hr̄ pro miſſo, quando introductio fieri non po-
tuit, vt l. cum vnus. §. fin. cum l. ſequen. de bon. autho. iudi. poſ. Si
autem ſit negligens faciendo ſe mitti, per quãtum tempus perdit
ius immittendi, dic vt per Bar. in l. pretor. §. fin. eo. tit. & hr̄ infra ea.
l. §. pen. Dicitur ergo primum decretum ſm̃ Bart. prima aggraua
4 tio. ¶ † Item ſecundò, gl. iſta dum dicit, ꝙ ſecundum decretum di-
citur ſecundus iuſſus ſiue ſecunda miſſio, innuit quòd licèt ſim
miſſus ex primo, & ſim in poſſeſſione, adhuc debeo iterum mitti
ex ſecundo. Dyn. tenuit contrarium, quòd ſufficiat iudicem dice-
re, iubeo te poſſidere, abſque eo quòd dicat, te immitto, vel man
dernuncio, vt me immittat, & iſtud eſt verius, vt probatur in §.
præcedenti. in fi. ibi, poſſidere iuſſus ſit, quia primo detinebat, non
poſſidebat. Et iſta not. in additio. Specu. titu. de primo & ſecundo
decreto. §. videndum. in addi. quæ incipit, ſed Dyn. argum. Inſti. de
5 rerum diui. §. interdum. ¶ † Not. etiam glo. ꝙ primum decretum,
poteſt eſſe ſine ſecundo. Sed an ſecundum poſſit eſſe ſine primo,
glo. in ſecunda parte ibi, dum dicit, (vel ad ſecundum peruenitur.)
innuit quòd non, quod eſt verum, quando interponitur contra
abſentem. ſecus ſi contra præſentem, & inobedientem, vt l. non
alienum. ſ. de interro. actio. & not. per Bar. infra eo. l. §. non autem.
6 ſtatim allegata. ¶ † Super ſecunda parte, glo. in quantum dicit, qua
liter perueniatur ad primum decretum, no. ex glo. tria neceſſaria,
ſcilicet quòd aduerſarius ſit citatus. ¶ Item quòd peremptorie.
¶ Itẽ quòd fuerit contumax, quia non venit, nec miſit. Adde alia
quinque quæ ſunt neceſſaria, quòd ad partis inſtantiam fuerit cita
tus. ſupra de iudi. l. ad peremptorium. ¶ Item quòd fuerit datus li-
bellus, vt in Authen. de exhiben. & intr. reis. §. ſi verò vt partem,
quia debet fieri pro menſura debiti declarati, ſcilicet in libello, vt
ibi, ergo debet præcedere libellus. ¶ Item quòd actor accuſauer-
rit contumaciam rei, vt C. de iudi. l. properãdum. §. & ſi quidem.
Item quòd ipſe actor licentiatus receſſerit, ut not. Innocen. in cap.
ad petitionem. de accu. quod intelligitur, vt ſtatim dicam. ¶ Item
quod conſtet iudici de contumacia, vt infra ex quibus cau. in poſ.
eatur. l. hoc autem. ibi (liquere debere prætori, &c.) Et ideo debet
eſſe facta relatio nuncij de citatione, antequam perueniatur ad ſe
cundum decretum, alias non valeret. Et debet perueniſſe ad noti
7 tiam iudicis. † circa quod vide quod not. Bar. in l. multum. de con
di. & demon. in l. Theopompus. de dote prælega. vbi dicit, quòd
non requiritur quòd iudex ſedeat pro tribunali, quando ſit rela-
tio nuncij. Sed an poſſit relatio fieri notario cauſæ iudicis abſen-
tis? dicit Bart. quòd ſufficit, modo poſtea perueniat ad notitiam iu
dicis, & eodem modo inſtrumenta poſſunt produci coram nota
rio per tex. cum glo. in l. eos. ſuper verbo, ad ſcrinia. C. de appella-
tio. Bald. contra in authen. quæ ſupplicatio. de preci. Imper. offer.
quia iſta ſunt de actis cauſæ, vt in cap. quoniam contra falſam. de
probatio. ergo debent fieri coram iudice, quia coram notario nõ
poſſunt fieri probationes ſine commiſſione iudicis, vt not. in l. iu-
bemus. C. de libe. cau. & in l. hac conſultiſſima. §. fina. vel pen. C. de
teſtamen. Et puto ipſum uerius dicere, quo ad productionem in
ſtrumentorum, & teſtium, per id, quod not. Innocen. in cap. cum
in iure. ante fi. de offi. deleg. vbi dicitur, quòd notarius debet dice
re productionem inſtrumentorum eſſe factam coram iudice, ſed
ex relatione nuncij credo Bar. bene dicere. ſi verum eſt, quòd poſ
ſit fieri iudice non ſedente pro tribunali, quia non requirit cauſæ
8 cognitionem, vt l. ij. quis ordo in bon. poſ. ſeruetur. † Et eſt no-
tandum in quantum glo. dicit, quòd debet citari peremptorium,
quòd peremptoria citatio requiritur in tribus caſibus, ſcilicet cũ
peruenitur ad primum, uel ſecundum decretum, vt in hac gl. no-
tabili pro qua facit l. præſente. C. qui ad eccleſ. confug. Item quan-
do ad ſententiam diffinitiuam, vt d. l. ad peremptorium. Itẽ quan-
do ad interlocutoriam, quæ eximit vires iudicij. puta abſolutoriã
ab obſeruatione iudicij, vt d. l. properandum. §. & ſi quidem. Item
quãdo ad notationem bonorum in cauſa criminali, ita dicit Bar.
eleganter, & in d. capit. ad petitionem. de accuſa. Extra iſtos caſus
non requiritur peremptoria citatio, immo quælibet citatio preſu
mitur peremptoria, & ſufficit vnica tantum, vt cum citatur ad vi
9 dendum iurare teſtes, & ſimilia, † debes etiam ſcire, ꝙ perempto-
rium poteſt dici quatuor modis, verum, & ſolenne. non tamen
expreſſum. ut cum quis fuit citatus tribus vicibus, & poſtea quar
ta vice ex abundanti, vt l. & poſt edictum. ſupra de iudi. Secundo
poteſt dici peremptorium verum, & expreſſum, non tñ ſolenne,
ut ſi fuit citatus ſemel, vel bis tantum cum iſtis uerbis, & perẽpto-
rie. ut in l. nonnunquam. eod. titu. Tertium eſt, quando eſt verum
non tamen expreſſum nec ſolenne, quia fuit citatus ſemel, vel bis
duntaxat, nec fuerant appoſita illa verba, & peremptoriè, ſed alia
idem importantia, puta, quòd niſi venerit, procedetur ad ſenten-
tiam, uel ad alium actum ipſo vlterius non expectato, nam iſta
comminatio habet vim peremptorij, ut l. in peremptorio. eo. tit.
de iudic. Et dicit Barto. C. de fabricenſibus. l. ſi apparitor. libro 12.
quòd non ſufficit dicere, quòd procedatur ad ſententiam, ad hoc
vt habeat vim peremptorij, ſed debet addi, ſcilicet contra eum.
Hoc non placet, qa ſequeretur, ꝙ poſtea non poſſet dare ſenten-
tiam

A D D I T I O.

a ¶ Actualiter. Adde Alex. conſi. 92. & hic lectu. Paul de Caſt. j. ſuper ff. Nouo.

tiam pro eo,quia ad illam non eſſet citatus ,& tñ contrarium eſt
verum,quia poſt peremptorium poteſt fieri ſententia , etiam pro
contumacia,vt d.l.poſt edictum.&in d.§.ſi quidem.cum ſequen.
in l.properandum.Et ita audiui a Baldo uiua voce in d.l.ad perem
ptorium.Non tamen ſufficeret dicere , aliàs procedemus prout
iuris fuerit,vel iuſtitia mediãte,quia ius vult ipſum ter citari. Ergo
vna citatio,vel duæ cum iſtis verbis non conſtituerent eum con
tumacem.Eſt & quartũ peremptorium,ſcilicet fictum, nõ verũ,
nec expreſſum , vt cum quis eſt citatus tribus citationibus . nã lex
habet iſtam citationem pro peremptoria , licèt non fuerit facta
quarta ex abundanti,vt l.tres denũciationes.C.quomodo, & qñ
iudex,vel ſi pars fuiſſet monita ab ipſo iudice,vt tali die compare-
ret,nam non requiritur vlterior citatio, vt l.2.eo.titu.Idem ſi fuit
citatus per nuncium , & dixit ſe nolle comparere, nam non eſſet
vlterius citandus,& illa ſolum haberet vim peremptorij. Ita ſentit
glo.in l.fin.ſupra de in integrum reſtitu. licèt Cyn. aliter dixerit in
l.conſentaneum.C.quomodo,& qñ iudex. plus dicit Innoc.in d.
c.ad petitionem,ꝙ etiam ſi nihil dicit,ex quo fuit perſonaliter cita
tus,non debet vlterius citari;& ſic nõ requiritur peremptorium ,
niſi qñ citatio fit ad domum.Hoc non puto uerum,quia ex quo
nihil dixit,non apparet de eius malitia, quia forte intendebat com
parere,ſed in alijs impeditus non potuit,vel fuit obligatus.Ideo re
quiruntur aliæ duæ , vel ꝙ fuerit dictum peremptorie, aliàs non
conſtituitur verus contumax.Et ita intellige quod not.in l.ex con
ſenſu.in fi.cum ſi.de appella.Inquantum verò glo. dicit ꝙ non ve
nit.ſupple,idem ſi venit, & iudici non paruit,vt l.quoties.§.prætor.
de noxal.& in glo.ordinaria in authen. qui ſemel, ꝙ contra pſen-
tem,& nolentem conteſtari litem,ad mandatum iudicis procede
tur ad miſſionem ex primo decreto. Idem ſi venit, & non ſtetit,
quia iudice ſedente pro tribunali receſſit licẽtiatus,vt l.ſcire opor
tet.§.oporteret.de excuſa.tuto.ſeu in §.ſufficit. Sed ſi ſtetiſſet vſq;
ad receſſum iudicis poſſet illicentiatus recedere, & non eſſe con-
tumax,ſi iudex nihil ſibi mãdauit.poſtquam venit,debet tñ accu-
ſare contumaciam actoris,& ita videtur intelligere Bart.in d.l.cõ-
10 ſentaneum.† In alia particula gl. dum loquitur de ſecundo decre-
to,qualiter ad ipſum perueniatur.collige ex gl. tria neceſſaria , vel
quatuor. Primum eſt,ꝙ præceſſerit primum decretum , dum di-
cit,miſiſtis me in poſſeſſionem ex primo decreto . Hoc intellige
verum niſi duobus concurrentibus , vel ꝙ cauſa ſit noxalis, & ꝙ
interponatur contra præſentem . & inobedientem, quia tũc po
teſt interponi etiam primo non præcedente.Primo per l.non alie-
num.de interrog.actio.& not.Bar.infra eadem l.§.non autem.Se
cundo,ꝙ iterum citetur aduerſarius , & ſic citatio facta in primo
non proficit ad ſecundum, quia ſunt actus diuerſi, & contumax
in uno non propterea eſt cõtumax in altero,ut not.in c.cum qui.
de dolo,& contu.lib.vj.niſi fuiſſet citatio generalis ad totam cau-
ſam,ut fit in curia Romana,& fiebat olim in curia principis;quia
accuſabatur de longinquis partibus.Vnde non poterant in ſingu
lis actibus commode citari.Nam fiebat,& fit in curia citatio gene
ralis ad totam cauſam , & ſi eſt contumax, poteſt procedi ad oẽs
actus ſequentes, vſque ad ſententiam diffinitiuam , fortius ad 2m
decretum,de qua citatione generali habetur in l.conſentaneum.
C.quomodo & quando iudex, & per Bar. in extrauaganti ad re-
primendum.ſuper verbo {minime.} & per Innoc.& Moder.in c.
conſuluit.de offic.deleg.& de procu.c.auditis. Tertio innuit gl. ꝙ
debeat citari in perſonam,ſi põt reperiri,aliàs ad domum, dum di
cit,vel ſi non inuenitur domi ſuæ,& in hoc differt a primo decre-
to, quia in illa glo. hoc non requirit, & vr̃ ſufficere citatio ad do-
mũ,ẽt non requiſita perſona.Sed qualiter põt ſufficere citatio ad
domum,cũ requiratur prius latitatio vt ſtatim dicit?Rñdeo,intel
lige glo.cum fit miſſio in cauſa damni infecti,quia tunc nõ requi-
ritur latitatio,vt patet ).ead.l.§. ſi fortè, vbi põt fieri contra abſen-
tem cauſa reipub.in alijs ſecus.Quarto requirit gl.ꝙ ſi ipſe non re-
periatur,nec aliquis forte ſit in domo, requirantur vicini , & ami-
ci,ſi volunt eum defendere.Alij dicunt,ꝙ hoc non requiritur,niſi
in duobus caſibus.ſ.qñ proceditur contra abſentem cauſa reipu-
blicæ,vt l.ergo.§.quib.ex cau.maio. vel contra minorem indefen-
ſum,vt l.hoc autem ).quib.ex cau.in poſ.ea. Et hoc tenet Bald.in
authen.ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc. Adde alia tria neceſſaria.ſ.
quòd adhibeatur cauſæ cognitio plenior quã fuerit habita in pri-
mo,quia in primo ſufficit probare debitum per iuramentum, vt
not.in l.cum proponas.C.de bonis auth.iud. poſ. in ſecundo ple-
ne debet probari, quia tamen probatio fit parte abſente, dr̃ ſum-
maria.Ita intellige quod no.in l.Fulcinius.§.cum autem.). quibus
ex cau.in poſ.eatur.Item requiritur latitatio, vt ibi , quod intellige
præter quam in cauſa damni infecti,vt ſupra dixi. Item tertio req-
ritur,ꝙ per primum decretum non ſit actori plene conſultum ,
alias non peruenietur ad ſecundum . Ita debet intelligi l.is cui.in
prin.ſupra ut in poſſ.lega.Quod declara,ut ibi per Bar. & l.j.§.mu-
lier.de vent.in poſſeſ.mitt.In quibus glo.j.in uerſicu.quibus actio
nibus.dicit fallere regulam. Et iſtum eundem intellectum habuit
glo.ſi bene inſpiciatur ). in uerſicu, ſed quæ eſt ratio diuerſitatis,
ubi tenet quòd ideo in reali nõ habet locum ſecundum decretũ,

11 quia per primum habet deſiderium ſuum.† Item not.ex glo.in ver
ſicu.& ſi veniant &c.quòd reus poteſt impedire miſſionem ex ſe
cundo decreto ſi faciat iſta tria . Videlicet ꝙ ueniat , & refundat
expenſas litis, & etiam damna ſuppleat , & caueat de iudicio ſiſti ,
ſi paſſus fuit primum decretum ex eo , quia non ueniebat ad re-
ſpondendum libello,ut in authentica,ei qui. ſupra de bon. autho.
iudic.poſſ.& in corpore vnde ſumitur. Si autem ex eo , quia iuſ-
ſus fuit ſoluere,& non ſoluit,non recuperat,niſi ſoluat quod ſol-
uere iuſſus fuit,textus eſt notabilis ĩ l.ſi pecuniæ.j.§. ut legati nom.
cauea.Et ideo quia fuit iuſſus cauere,& noluit, ſimiliter non recu
perat,niſi caueat per text.infra ea.l.§. ſi quis damni.in fine. licèt ſit
paratus facere illa tria.Secundum hoc ergo in caſu damni infecti,
ſi non fuit iuſſus cauere,ſed duntaxat citatus,quòd veniret ad re-
ſpondendum libello actoris, & quia non venit facta eſt miſſio ex
primo decreto,veniendo poſtea, & offerendo illa tria, recuperat
tenutam abſque eo,quòd offerat cauere, ſed ſi fuit iuſſus cauere ,
non recuperaret,niſi caueret. Item dum dicit glo. {expenſas.} ue-
rum eſt,ſi facta fuit mentio contra maiorem. Quid autem ſi con
tra minorem.Ioan.And.in addi.Spec.de primo decre.§. ſequitur
videre, recitat quatuor opinio. dic vt ibi per eum.Item quod ſu-
bijcit glo.damna.intellige.ſcilicet ſuſcepta propter contumaciam
vt l.ſancimus.C.de iudi.quæ etiam vult quòd nec expenſas , nec
damna reficiat, niſi fuerit contumax mala conſcientia , ut in fine
illius legis colligitur,quod eſt not.Admittitur autẽ ſemper, quan
do fuit facta miſſio in perſonali ad recuperandum poſſeſſionem,
offerendo illam ante interpoſitionem ſecũdi decreti , & nõ poſt,
ut ).eod.l.§.poſtea. in reali uerò admittitur intra annum,nõ poſt,
ſi lis erat conteſta.uel quaſi, ut l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis.
C.de præſcrip.xxx. ann. Sed ſi erat conteſta. uel quaſi, nullo mo-
do admittitur de poſſeſſione,ſed de proprietate,ſicut nec poſt an
num.vt in l.cõſentaneum.C.quomodo & quando iud. & l.ij.ubi
12 in rem actio.Et hoc in rei vend. † In hypothecaria uero dicit Spec.
vnum ſingulare uerbum in titu.de contumacia. §. ſequitur.uerſi.
ſed pone conueni, quòd ſi ſum miſſus in poſſeſſionem ex primo
decreto in hypothecaria,& aduerſarius compareat intra annum,
& offerat expenſas,& damna,& cautionem de iudi. ſiſti,non de-
beat audiri,nec recuperat tenutam,ſed conſtat de iure meę hypo
thecæ . Quod dictum refert Barto. & uidetur tenere in l.tertia.§.
fina.de acquiren.poſſ.& intelligit uerbum, { conſtat, } ideſt quòd
ſim paratus incontinenti probare de iure meo. Canoniſtæ etiam
ponunt iſtud dictum in capit.quoniam frequenter, ut lit.non con
teſt.Et cum anno præterito haberem iſtum caſum de facto,& eſ-
ſem aduocatus pro iſta parte , dicebatur per aduo. alterius partis
iſtud dictum non eſſe uerum per l.ſi quis emptionis.§.ſed & ſi q̃s.
de præſcriptio.xxx.ann. Quæ aduerſatio videtur fieri in facto, ſed
non in iure,vt l.ſed ſi lege.de peti.hæred.in princ.ſed in præceden-
ti §.illius l.quæ incip.ſed hic ſuper illis,quòd contra petentem reſti
tutionem petitionis non admittitur exceptio proprietatis, etiam
ſi excipiens ſit paratus probare incontinenti,ergo nec in illo §.ſed
ſi quis.& ſi non admittitur in rei vend.ergo nec in hypothecaria ,
quia non eſt dare rationem diuerſitatis . Sed certe temerariè ui-
dentur reprehendere Specu. poſtquam ab alijs ſcribentibus non
reprehenditur,immo confirmatur, ideo dicebam & dico , quòd
13 licèt Specu. loquatur in hypotheca. † Tamen in rei vend. ſi iuſſus
ex primo decreto paratus eſt incontinenti docere de iure ſuo,
excludit reum uolentem recuperare tenutam , etiam ſi offerat il-
la tria,per ea quæ habentur in l.ij.de edicto diui Adriani tollendo,
& in l.ſi is a quo.ut in poſſeſ.lega.Nec obſtat ſi dicatur, vt illi dice-
bant,ꝙ illæ ll. loquunt̃ in poſſeſſorio adipiſcendæ , ſecus ſi in poſ-
ſeſſorio recuperandæ,in quo non admittitur exceptio proprieta-
tis,etiam ſi offeratur probatio incontinenti , vt l. ſi quis ad ſe fun-
dum C.ad leg.Iul.de vi.quia illud eſt uerum,qñ agitur contra ſpo
liatorem,& illicitum detentorem. Sed miſſus in poſſeſſionem ex
primo decreto non eſt ſpoliator,nec illicitus detentor, ut l.iſte.de
acquir.poſ.Et ſic magis aſſimilatur poſſeſſorio adipiſcẽdæ, & hoc
eſt quod uoluit Spec.& magis clare videtur velle in rei ven. in tit.
de primo decreto.§.reſtat.uerſic.quid ſi ego nolens. & perpetuo
tene menti,quia eſt magna limitatio ad iſtam gl. & ad illum §. ſed
& ſi quis.addo aliam limitationem,ꝙ ſi reus comparet,& non in
tendit recuperare tenutam, ſed ſolum impedire ne fiat miſſio ex
ſecundo decreto,quòd debet audiri abſque eo, ꝙ offerat expen-
ſas,& damna,& cautionem de iudicio ſiſti. Pone exemplum, qñ
per primum decretum plene conſultum eſt immiſſio , ut in l.ſi is
cui.vt in poſſe.licèt Bar.hic dicat contrarium, & nõ bene iudicio
meo,quia forte non bene conſiderauit , & reprehendit Spec. qui
tñ in loco allegato per eum non dicit illud,qđ Bart.dicit.Iſta ergo
glo.debet intelligi qñ vult recuperare tenutam,tunc non auditur,
niſi offerat illa tria . Secus ſi non uult , ſed ſolum impedire ne fiat
miſſio ex ſecundo decreto, quia non eſt ratio quare non debeat
audiri . Scias etiam quòd oblatis illis tribus competit reo pignora
titia pro recuperando tenutam , ſicut in pignore conuentionali.
tex.eſt notabilis in d.l.ſi is cui.in §. quæri poteſt, ut in poſſeſ.Et ob
14 hoc vide quod not.Barto.in l.j.§.de pign. actio.† In eadem ibi , {ſed
quo

quo iure, {dic vt in iſta quæſtione, ꝙ quãdo petit immitti, pro eo ꝙ petebat iudicis officio nobili, ſine dubio immiſſio expeditur iudicis officio nobili, nõ mercenario, quia vnum officium non deſeruit alteri officio ſm Ang. Sed ſi pro eo ꝙ petebat iure actionis, eſt minus dubiũ, quia omnia contingentia in illa cauſa expediuntur iudicis officio mercenario, deſeruiente illi actioni, vt Inſtit. de offic. iudi. per totum, ergo & hic, & ſi ita eſt, talis immiſſio erit de iuriſdictione, non de Imperio. Contrarium tamen eſt, vt l. ea quæ. §. magiſtratibus. ad municipales. Et ad contrarium reſpõde, ꝙ ea quæ veniunt ex natura actionis vt fructus, & vſuræ & ſimilia, & etiã ex natura iudicij, ut perueniatur ad diffinitionẽ, benè expediuntur iudicis officio mercenario, ſed hæc immiſſio nõ fit ad illum finẽ, ideo officio iudicis nobili oriente ex edicto ꝑtoris, de quo hĩ in titulo, qui. ex cau. in poſ. ea. & ſic eſt de Imperio. In eadẽ ibi, {in qbus actionibus} In hac quæſtione dic, ꝙ ex primo decreto põt miſſio fieri in qualibet actione petita, vel perſecuta, dũmodo petatur aliquid dari, vel ẽ fieri, ſuper quo cadit immiſſio, aliàs ſecus, vt cum petitur reſtitutio in integrum aduerſus aditionẽ hæreditatis, vel contractus, vel aduerſus vſucapionem, vel cũ quis petit ſe pronunciari liberum, vel ſui iuris, in illis. n. non cadit immiſſio, & ideo quia non prouidetur actori per miſſionem, prouidetur alio modo, quia põt puenire ad diffinitiuam, lite non conteſt. vt auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hære. abſti. & l. ſi vero. §. ſubuetũ. de fideicommiſ. lib. & l. qui ſe dicit. š. de iudi. Ex ſecũdo verò decreto fit miſſio ſimiliter regulariter vbicunque cadit primum decretum, niſi per primum ſit plenè prouiſum immiſſo, vt in hypothecaria, & in caſu l. is cui. vt in poſ. leg. licèt aliqui dixerint ſecundum decretũ non habere locum, niſi in cauſa damni infecti, & noxali. Sed dic, ꝙ immiſſio, quæ fit ex ipſis duab. cauſis ſcilicet damni infecti, & noxali, eſt alterius naturæ, quã illa quæ ex alijs duob. Primo, qa nõ exponitur res venalis, ſed primo loco, & directo adiudicatur petẽti. Secundo, quia nõ fit adiudicatio ſecundũ menſuram debiti, immo ꝓ modico debito adiudicatur res magni valoris, ſed in actionib. perſonalib. non peruenitur ad ſecundum decretum, res enim primo exponitur venalis, vt plus offerenti detur, & ſi non reperitur emptor, adiudicatur inſolutum pro quantitate debiti, & nõ vltra, ut in tit. de bonis auth. iudi. poſſi. in rubro, & nigro, & maximè in l. j. & l. in uenditione. Dubitatur autẽ de actione ex empto, & breuiter tene, quòd in ea poteſt interponi ſecundum decretum, ꝙ licèt uenditor non teneatur ad transferendum dominum, ſi nõ habet eum, ſi tamen habet, bene tenetur nec poſſet liberari, niſi trãſferatur per l. cum manu ſata. §. nemo. de contrahen. emp. Dubitatur etiam de actione reali, vt de rei vend. ſuper quam gl. multum laborat hic, & tenet per quinque rationes, non habere locum ſm decretum. Tu dic contrarium, non quod per ſm decretum efficiatur dñs, ſi iam erat, nec poſſeſſor ſi poſt annum interponatur, quia iam erat effectus poſſeſſor, vt d. l. ſi quis emptionis. ſed efficitur irreuocabiliter dominus, & etiam irreuocabiliter poſſeſſor, ſi ante lapſum anni interponatur, quia imponitur tunc aduerſario ſilentium ne amplius audiatur de poſſeſſione, vel de proprietate. ȷ. hac l. §. poſtea autem, quod intellige ex cauſa præcedenti ſecundum decretum, non poſtea ſecuta. argu. l. hæreditas materteræ. C. de peti. hære. & ita limitatur alio modo ille §. ſed ſi quis, vbi dicitur, quòd auditur intra annum de poſſeſſione, & poſtea ꝑpetuo de proprietate, nam eſt verum, niſi fuerit interpoſitum ſecũdum decretum, & tunc ad rationes glo. facile reſpondetur, ſi bene cõſiderabis. Si autem non erat dominus, tunc aduerſarius erat, & cõſequitur dominium, licèt res adiudicetur ſibi vt ſua, non vt aliena. Si uero tertius, conſequitur vſucapiendi conditionem, ſicut pro eo eſſet lata ſñia diffinitiua, per tex. cum gl. Inſti. de offi. iudi. in fi. & ȷ. de acquir. poſſ. l. Pompo. §. qui iuſſu. Et miror, quòd Doct. iſtud artic. non plene declarant eo modo quo dixi, quia iſta eſt veritas. In actione reali, an interponatur ſecundum decretum, vide quod no. in c. quoniam frequenter. §. in alijs vero. vt lite non cõteſt.

1 *Detentatio ex primo decreto, quid operetur.*

§.Si quis autem. ¶Per primũ decretum nõ deijcitur primus poſſeſſor de poſſeſſione, ſed an immiſſus eſt in poſſeſſione vna cum primo, dic ut l. ſi is cui, vt in poſ. leg. in princ. vera ergo poſſeſſio eſt apud illũ, contra quem facta eſt immiſſio, ſed apud immiſſum eſt detẽtatio, vt l. tertia. §. fina. de acquir. poſ. & l. ſi duo. §. creditores. vti poſſidetis.

2 ¶†Quid autem operatur iſta detentatio, an poſſit colere, & fructus percipere, dic quòd ſic, negligente tamen illo contra quem facta eſt immiſſio, non aliter, vt d. l. is cui. §. qui legatorum, vt in poſ. leg. & not. in l. prætor. in princ. infra de bon. auth. iud. poſ. ¶Itẽ hic loquitur, quando facta eſt immiſſio in re immobili. Si autem in rebus mobilibus, dicit Ange. quòd in eum trãsfertur poſſeſſio per illum §. qui legatorum. niſi perſona ſit ſuſpecta, quia tunc deponeretur penes tertium; tene hoc menti, quia notabiliter facit l. fideiuſſor. §. fina. š. qui ſatiſd. cog. ¶Adde quòd interdum etiam in immobilibus transfertur poſſeſſio in ipſum miſſum, ſi iudici videatur per minimam contumaciam, & quia citius parebit ſibi, ut no. š. eo. §. ſi fortè. in glo. ſuper verbo, diſcedatur.

§.Non autem. ¶Miſſio ex ſecundo decreto non debet fieri ſtatim poſt miſſionẽ ex primo, ſed interueniente temporis interuallo, & propterea quòd aduerſarius videatur negligere. hoc dicit. Tũc videtur negligere, quando nullo iuſto impedimento reſiſtente, cum poſſit, non venit ad recuperandum tenutam. Quod totum iudicis arbitrio relinquitur, vt no. glo. mag. in §. Iul. ibi. (ſed intra quod tempus &c.) ubi plures ponit opin. ſed iſta eſt vera. quouſque uerò ſubeſſet impedimentum, non diceretur negligere, & ideo non eſſet procedendum ad ſecundum decretum.

§.Si fortè. ¶Contra abſentem cauſa reipublicæ, uel cõtra minorem non proceditur ad ſecundum decretum, & ſi contra fiat, reſtituuntur in integrum. h. d. Sic ergo valet mero iure, aliàs non eſſet neceſſaria reſtitutio, vt in l. rem. in prin. ſupra de mino. Sed contra, quòd non valeat, quia requiritur latitatio, vt l. Fulcinius. §. j. ȷ. qui. ex cau. in poſ. ea. & iſti non latitant. Sol. illud eſt verum, quando fit ſuper actione perſonali, quæ afficit perſonam eius contra quem fit, ſed hic fit propter damnũ, quod continetur ex re, ex quo licèt oriatur actio, non tamen præcisè, nec afficit perſonam, ſi vult dare rem pro noxa. ut š. eo. l. prætor. §. hoc edictum. Ideo non curatur latitatio perſonæ, ſed periculum rei. Ita tenent Docto. hic in l. ignorare. C. de in integ. reſtitu. militum. patet etiam hic quòd miſſio ex primo decre. bene poteſt fieri contra abſentem cauſa reipublicæ, & contra mino. etiam cum effectu, quia non reſtituuntur in integ. cum ſint modici præiudicij. Et in illa ſufficit, ꝙ aduerſarius non defendatur, ut l. hoc autem. §. non defendendum. quib. ex cau. in poſ. ea. nam & contra puberes poteſt fieri, ut l. apud Iulia. eo. titu.

1 *Forma immittendi ex ſecundo decreto.*

§.Vbi autem quis. ¶Per ſecundum decretum prior poſſeſſor de poſſeſſione deijcitur. hoc dicit. Sic ergo patet quòd efficiatur dominus, & poſſeſſor, immiſſus ex ſecũdo decre. vt patet š. ea. l. §. Iul. in fi. dum dicit, ſi uerò iam conſtituto domino, quod eſt uerum, ſi aduerſarius erat dominus, alias efficitur quaſi dominus, ut no. in l. prætoris. in prin. š. eod.

1 ¶†No. etiam formam immittendi ex ſecũdo decreto, quia iubetur poſſidere, non autem de nouo immittitur cũ iam ſit immiſſus ex primo, vt patet in præcedentibus §§.

1 *Habentibus ius intra dominium, & cauere negligentibus ſine iuſta cauſa, denegatur eis iuris perſecutio.*

2 *Si ſui immiſſus ex primo & ſecundo decreto contra uerum dominum, citato & requiſito tertio qui habebat ius in domo ruinoſa, tunc conſequor dominium illius domus liberum.*

*Quid ſi ſui immiſſus illo non citato, & quid ſi ſui immiſſus ſolum contra illum tertium.*

1 §.Si qua ſint. ¶†Habentibus ius intra dominium, & cauere negligẽtibus ſine iuſta cauſa denegatur eis iuris perſecutio. hoc dicit. Et ponit tres caſus. Et primum caſum intellige in habente ſeruitutem prædialem. Et aduerte, quòd in omnibus tribus caſibus loquitur, quãdo quis fuit miſſus ex primo, & ſecundo decre. contra uerum dominum, & ſic acquiſiuit dominium rei. Vnde denegatio perſecutionis iuris, tendit ad commodum ipſius miſſi, qui nõ poteſt proſequi ius ſuum aduerſus ipſum immiſſum effectum dominũ rei ꝑ ſm decretũ. ¶In primo tamen caſu ius ſeruitutis, quod erat apud illum, non transfertur in miſſum, ſed extinguitur, quia res ſua nõ poteſt ſibi eſſe obligata. ¶In tertio uerò caſu uidetur quòd ius uſuſfructus non extinguatur, ſed remaneat apud illũ, & in immiſſum transferatur commoditas, ut l. ſi noxale. ſupra de noxa. ¶Sed hoc non puto uerum, immo ꝙ extinguatur poſtquam eſt effectus dominus proprietatis, quia non poteſt habere uſumfructum in re ſua, ut l. uti frui. ſi uſuſfructus peta. nec ob. contrarium, quia poteſt intelligi qñ non fuit immiſſus contra uerum dñm, & ſic non acqſit adhuc proprietatem. Ideo in ipſum trãsfertur commoditas uſuſfruct. remanente iure penes uſufructuarium, licèt in primo, & ſecundo caſu etiam non ſit immiſſus contra dñm, non uideo quomodo poſſit fieri translatio iuris illius in ipſum immiſſum, cum apud immiſſum non ſit aliud prædium, cui illa ſeruitus poſſit attribui, nec etiam debitum perſonale pro quo poſſit eſſe res ſibi obligata, nec etiam uideo, qualiter debeat denegari perſecutio, quia hoc non prodeſſet ipſi immiſſo, ſed domino domus ruinoſæ, qa adhuc remanet dominus poſtquam contra eum non eſt facta immiſſio. ¶Si uero ſit tale ius, quod poſſit trãsferri in immiſſum, puta, utile dominium, bene transfertur ex ſecundo decreto etiã interpoſito ȝ illum ſolum, caſus eſt ȷ. ꝑ x. §. ¶Sed oppo. ꝙ iſta miſſio iure corporali debeat aliter fieri, ut š. titu. j. l. ſi prius. Sol. ibi fuit fa-

cta miſſio ex primo decreto,hic ex ſecundo.Item ibi agebatur de
directo ſuper ipſo iure,quod agens dicebat ad ſe pertinere,hic nõ
ſuper illo,ſed ſuper cautione præſtanda, nec dicebat illud ius ad ſe
pertinere,ſed fatebatur ꝙ ad illum tertium. ¶Item adhuc opp. ꝙ
illi tertio non debeat ius denegari,vt ſ.eo.l.eorum.Sol.ibi non fuit
citatus ille, hic ſic, & fuit contumax, & negligens in cauendo. Et
hoc vult gloſſella, quæ incipit { ſi tamen aliquid poſſit &c.} ¶Sed
quæro,quid ſi domui ruinoſæ in qua fui immiſſus ex primo, & ſe
cundo decreto debebatur aliqua ſeruitus in domum vicini? Gloſ
ſella hic ſuper verbo {debita,}videtur intelligere iſtum text.etiam
iſto caſu,quod nullo modo video poſſe procedere. Nam tũc de
negatio iuris noceret ipſi immiſſo in quem debet tranſire res,cũ
illa ſeruitute,& eius commodo,nec ille in cuius domum ſeruitus
debebatur,tenebatur cauere, quia non habebat commodum in
2 domo ruinoſa,ſed incommodum. ¶† Vltimo ex prædictis recol
lige,quòd aut fui immiſſus contra verum dominum citato,& re-
quiſito tertio,qui habebat ius in domo ruinoſa , & tũc cõſequor
dominium illius domus liberũ,quia ius illius extinguitur,& ſuper
vtroque debet pronunciari, & hic eſt caſus huius §. Aut illo non
citato,& tunc conſequor dominium non liberum, immo illi ter-
tio remanet ius ſuum ſaluum,vt ſ.eo.l.eorum. Aut fui miſſus ſo-
lum ꝯ illum tertiũ,quia ab ipſo ſolo petij mihi caueri, & tunc licèt
propter eius contumaciam poſſim immitti ex primo decreto,&
ſuper iure veri domini,qñ ille tertius habebat tale ius,ex quo dice
batur procurator proprietarij,puta vſufructuarius, vel hypothe.
& petij ab eo caueri noĩe vtriuſque iuxta ea quæ hñr ſ.eod.l.hoc
amplius.§.quæſitum.& §.Celſus.non tñ poſſum immitti ex ſecũ-
do decreto ſuper iure dñi,vt ibi not. multo minus ſi non petij ca-
ueri,niſi pro iure illius tertij.Si autem quæritur,an poſſim immitti
ex ſecundo decreto , ſaltem ſuper iure illius tertij , iſto caſu tunc
aduerte ad tres caſus. Nam aut illud ius erat tale, ꝙ nec reſpectu
ſubſtantiæ,nec reſpectu commoditatis poterat in me transferri,
vt ſi erat ius ſeruitutis prædialis,vel ius hypothecæ,& tunc non vi
deo quõ poſſit fieri immiſſio, nam per translationem in me non
põt, nã ſeruitus debita fundo Titij a fundo tuo,nullo modo põt
in me transferri,qa nõ habeo prædiũ cui approprietur,nec etiam
ius hypothecæ quod Titius habet, cum cohæreat ꝑſonali obliga
tioni,quæ non transfertur in me,ſed apud eum remanet,nec etiã
video poſſe interponi per modũ de quo hic dr̃, ꝙ denegetur ſibi
perſecutio illius iuris,quia non ꝓdeſſet mihi,ſed domino domus
ruinoſæ,qui liberaretur ab illa ſeruitute. Et hoc non eſt mihi vtile,
poſtquam non ſum immiſſus in dominium illius domus.¶Quę-
dam ſunt iura quæ poſſunt transferri quantum ad commodita-
tem,non quantum ad ſubſtantiam, & in illis bene fieri poteſt , vt
illa commoditas in me transferatur remanente iure penes illum ,
& ſic extingueretur illa commoditas morte illius , vt dixi in l.hoc
amplius.§.fina.per illam l.ſi noxale.¶Quædam ſunt iura,quæ poſ
ſunt transferri etiam quo ad ſubſtantiam,vt ius vtilis dominij , &
ſuper illo bene poteſt interponi ſecundum decretum , & quæ ſit
ſumma eius, habetur infra proxi.§.vbi eſt caſus.

1 *Si contra habentem vtile dominium,& non cauentem interponitur ſecũ dum decretum,illud ſolum transfertur in immiſſum, non autem directũ dominium,ſecus ſi interponatur contra ipſum directum dominium.*

2 *Priuilegium l.fi.C.de ſacroſan.eccl.ſ.quòd non currat præſcriptio vſq; ad centum annos, in bonis ciuitatis in quatuor caſibus , non habet locum in caſtris, nec in bonis eorum .*

*Quid ſi habeo titulũ a ciuitate quæ poſſidebat vt ſuũ, tamẽ erat alterius .*

3 *Malæfidei poſſeſſor ſi habeat authoritatem iudicis , an præſcribat longo tempore, vel longiſſimo .*

4 *Differentia inter feudatarios,liuellarios,vel precarios, emphyteutas, vel ſuperficiarios remiſ.& quòd iſti habeant vtile dominium , ſicut qui habent prædium vectigal .*

5 *Si bona iſtorum confiſcantur, & ſic tranſeunt vniuerſaliter in fiſcum,an iſta iura vtilia vna cum alijs bonis tranſeunt in fiſcum, & eodem modo tranſeant in monaſterium ſi qui ingrediantur illud, & nu.6.*

6 *An iſta iura poſſint tranſire in creditores, vt ipſi poſſint ea capere ex primo vel ſecundo decreto, vel ex cauſa iudicati .*

7 *Filiusfamilias ſi deliquit,propter quod eius bona ſint confiſcanda, an confiſcetur proprietas aduentitij, licèt ſit vſusfruct. penes patrem, & quid in aduentitio .*

1 **§.Si de vectigalibus.** ¶† Si ꝯ habentem vtile
dñium,& nõ cauentem
interponitur ſm decretum,illud ſolum transfertur in immiſſum,
non autem directũ dñium,ſecus ſi interponatur ꝯ ipſum directũ
dñium.h.d Et ſic loqtur primo, qñ ille ſolus qui habebat vtile do-
miniũ fuit requiſitus,vt caueret,& noluit,ſcđo,qñ fuit requiſitus
ipſe directus dñs.Secunda ibi, (ſed in vectigali prædio, ) & ſic dif-
fert iſte §.a præcedenti,quia ibi vterque fuit requiſitus tã directus
dominus,quàm ille qui habebat ius in re,hic verò alter ipſorũ tan
tum. Vel in primo caſu ille tantum qui habebat vtile . In ſecundo
vterque. ¶In tex.ibi,(neque iubendum poſſidere,)ſcilicet ex ſecũ
do decreto quo ad dominium directum , ſed quo ad vtile, ſic, vt
ſubijcit in verſi.ſed decernendum.Dyn.¶In glo.j.ibi,(ſi verò mu
nicipes,qui locauerunt,non caueant,vſucapiantur.)intellige quã-
do ipſi municipes qui locauerunt rem tanq̃ ſuam in perpetuum ,
non erant re vera domini,quo caſu iuſſus ex ſecũdo decreto cõ-
tra eos acquirit uſucapiendi conditionem , contra illum qui erat
vere dominus.Sed ſi illi fuiſſent domini, non erat neceſſaria vſu-
capio,immo per ſecundum decretum transfertur directum dñiũ
in ipſum immiſſum,vt not.ſupra e.l.prætoris.in prin. & dixi ſupra
in §.qui autem.¶In eadem ibi, (principium loquitur cũ conduxit
a fiſco.)Iſti nolunt dicere ꝙ fiſcus habeat hoc priuilegium ꝙ con
tra eum non fiat immiſſio ex ſecundo decreto , ex iſta cauſa , ſed
municipium non.Contrarium eſt uerius,quia fiſcus ęquiparatur
pupillo,vt l.reſpublica.C.quibus ex cauſis maior.ſed pupilli poſſut
pati ſecundum decretum ex hac cauſa,vt infra ca.l.§.ſi pupillus.&
ibi not.licèt poſſint in integrum reſtitui,vt ſ.ea.l.§.fi. ſi forte, ergo
& fiſcus.Tene ergo primam,licèt gl.in fi. videatur etiam iſtam te-
nere.¶In glo.quæ incipit,(ſcilicet decem annis,) ibi, ( ſecus ſi ciui-
2 tatis eſſet præiudicium.) ¶† Nota ſingulariter iſtam glo.quòd per
priuilegium l.fi.C.de ſacroſan. eccl. ſcilicet non currit præſcriptio
vſque ad centum annos in bonis ciuitatis ſeu communitatis,non
a habet locum in caſtris, nec in bonis eorũ, dic nec in ciuitatibus,[a]
niſi in quatuor caſibus illius l.Sol. tñ iſta ad cõtrarium illius nõ eſt
neceſſaria.Sed dic,quòd ſi in prędio ciuitatis habeo titulũ ab alio,
non præſcribo contra ciuitatem minori ſpatio,vt ibi, ſed ſi prędiũ
non eſt ciuitatis,ſed alterius,ipſa tamen ciuitas poſſidet vt ſuum,
& ab ipſa habeo titulum,bene præſcribo contra verum dominũ
longo tempore,vt hic,quia ſi ciuitas haberet dominium , haben-
do titulum ab ea,acquirerem ipſum dominium , ita debet hic in-
telligi,& eo dem modo poteſt ſolui ſequens contrarium , de §.in
vectigalibus.quia hic municipium locauerat prædium in perpe-
tuum,cum tamen non eſſet ſuum,ſed poſſidebat vt ſuum, ſi nõ
cauet,mittor in poſſeſſionem iuris,quod ipſum municipium prę-
tendit,ſcilicet directi dominij,quod præſcribo contra verum do-
minum,ſed ſi municipium haberet dominium , ſtatim eſſem fa-
ctus dominus directus,& ceſſaret præſcriptio.Ipſe autem qui cõ-
duxit contra municipium a quo cõduxit, nunquam præſcribit di
rectũ dominium,quia recognoſcit ipſum in dñm quouſque ſol-
uit penſionem,vel etiam ſi non ſoluit quouſque interuertat poſ-
ſeſſionem, ut l.male agitur. C.de præſcrip.xxx.anno.& ita debet
3 intelligi.§.in vectigalibus.¶ † In ea.glo.j. circa medium, ( vt etiam
ſciens rem alienam præſcribat.) ¶No.pro eo quod dixi ſupra eo.
l.prætor.in prin. & dicit Bart.ꝙ etiam hodie de iure canonico ha-
bet hoc locum pp authoritatem iudicis , quod eſt notandum, ſi
eſſet uerum,ſed non puto uerum , quia non eſt maior authoritas
iudicis,quã legis,cũ ipſam habeat iudex a lege, ſed leges dicentes ,
ꝙ ma.fi.poſ.p̃ſcribat xxx. annis. ſunt correctæ de iure canonico ,
ergo & illa l.generaliter quæ dicit , ꝙ ſi habet authoritatem iudi-
cis præſcribat,nam hoc ab illa lege procedit,vnde non ſolum lon-
b go tempore,ſed etiã longiſſimo[b] non præſcribetur,licèt iſto iure
4 præſcriberet lõgo.¶† In fi.glo.ibi,(in feudatarijs,liuellarijs,vel prę
carijs.) ſupple,vel emphyteuticis, uel ſuperficiarijs, omnes enim
iſti conueniunt in hoc,ꝙ habent utile dominium,ſicut qui habet
prædium vectigal.& quæ ſit differentia inter iſtos,vide Cyn.eadẽ
l.j.C.de iure emphyteutico.¶Et quia Barto.hic dicit, quam plura
5 bona ad quæ ſemper recurritur. † Tu breuius , & clarius in qui-
buſdam dicas,quòd ſic in iſtis omnibus eſt vidẽdum de duobus.
Primo, ſi bona ipſorum confiſcantur, & ſic tranſeunt vniuerſali-
ter in fiſcum vtrum iſta iura vtilia vna cum alijs bonis trãſeant in
fiſcum,& eodem modo ſi ingrederetur religionẽ , & ſic tranſeũt
oĩa bona in monaſteriũ,vt in auth.ingreſſi.vtrum iſta vtilia iura ſi
militer tranſeant,de quo quæſiuit glo.in d.auth. ingreſſi. C.de ſa-
6 croſanct.eccleſijs.† Secundo eſt vidẽdum,utrum iſta iura poſſint
tranſire in creditores,ut ipſi poſſint ea capere in primo,& ſecun-
do decreto,uel in cauſam iudicati. ¶ Circa primum dic , ꝙ quæ-
dam ex iſtis ſunt talia, quæ non tranſeunt in extraneum hæredẽ ,
& pro quibus debetur ſeruitium perſonale , ut eſt feudum ꝓprie
loquendo,ut in titulo,de noua forma fidelitatis.in uſibus feudo-
c rum.Et iſtud tale ius non tranſit in fiſcum, [c] nec in eccleſiam quo
ad ſubſtantiam , quia illi capiunt, ut hæres extraneus , licèt fiſcus
non ſit proprie hæres, ſed uniuerſalis ſucceſſor , quando in ipſum
tranſeunt bona uiuentis.l.inter dos. §. fina. ibi , not. de fideiuſſo-
ribus,nec etiam tranſeunt quo ad commoditatem,quia non po-
teſt in fiſcum uel in eccleſiam tranſire illud ſeruitium perſonale,&
ſic ſequeretur ꝙ fiſcus haberet cõmoditatem , & ille confiſcatus
teneretur ad ſeruicium, quod eſſe non debet, quia poſtquã caret
commodo,

ADDITIONES.

a ¶In ciuitatibus. Reſtitutio in integrum an concedatur caſtris vel ciuitatibus vide per Ludouic.Roma.conſi.443.

b ¶Longiſſimo. Adde Socin.conſi.197.

c ¶Fiſcum. An confiſcatis bonis confiſcetur feudum , & quid ſi ille qui deliquit eſt clericus, vide per Oldr.cõſi.17.& quid de emphyteuſi, vide per Alexand.conſi.23.lib.j.

cõmodo,deberet releuari ab onere ſeruitij,argum.in l.de tuto.ſu
pra de ſuſpe.tutorib.& idem dico de monaſterio.Sed ſi quæritur,
an ius feudatarij poſſit capi per creditores, dicendum eſt ꝙ non,
quo ad ius & eius ſubſtantiam quæ non poteſt tranſire in extra-
neum.Sed quo ad commoditatem ſic, & ipſe feudatarius rema-
nebit obligatus ad ſeruitium,nec eſt tunc inconueniens, quia ipſe
feudatarius videtur commodũ percipere, cum percipiat eius cre-
ditor,& ipſe liberetur ſi tunc durabit commoditas apud credito-
rem quantum ipſum ius apud feudatarium.per legem peto.§.prę
dium.de legat.ſecundo,& per legem Statius.§.Cornelio felici.de
iure fiſci.ſicut dixi in fructuario ſupra eodem.l.hoc amplius.§.fin.
Nec obſtat ſi dicatur, quòd immo etiam ipſum ius videatur tran
ſire in creditorem,cum iſta ſit quædam alienatio neceſſaria, quæ
non videtur prohibita feudatario, icèt voluntaria ſit prohibita,vt
in titulo,de prohibita. alie. feudi per Federicum, vel Lotharium,
iuncta lege alienationes. ſupra familiæ erciſcundæ, & dicta l.præ-
tor.§.prædium. Quia illud procedit in re,quæ ſimpliciter prohibe
tur alienari, non in illa quæ prohibetur alienari in extraneas perſo
nas, tunc enim etiam neceſſaria eſt prohibita in illis.
¶Quædam verò ſunt iura, quæ ſimiliter non tranſeunt in extra-
neum hæredem,tamen pro ipſis non debetur ſeruitium perſona
le,ſed aliquid annuum ſoluitur,vt emphyteuſis eccleſiaſtica iuxta
notata in l.etiã.ſupra ſoluto matrimonio, & in iſta dic quo ad pri-
a mam quæſtionem,quia in fiſcum,vel monaſterium [a] non tranſit
quantum ad ſubſtantiam,cum reputetur perſona extranea. Sed
benè poteſt tranſire commoditas ſolum, quia tunc poteſt expe-
diri per fiſcum,vel monaſterium,& durabit ſicut prædixi,argum.
dict.§.prædium,& §.Cornelio. fallit in emphyteuſi eccleſiæ Con
ſtantinopolitanæ,quæ põt repeti per ipſam eccleſiam,vt in Auth.
de alie.emphy.§.emphyteuſim,& no.in d.auth.ingreſſi.Et idẽ per
omnia poteſt dici in ij.quæſt.de creditore,nam videmus,ꝙ credi-
tor poteſt capere etiam fructus beneficij eccleſiaſtici ſui debito-
ris,ut in c peruenit.de fideiuſſ.fortius in fructibus emphyteuſis ec
cleſ.Et idem eſſet dicendum in feudo per omnia, ſi pro ipſo non
deberetur ſeruitium perſonale, ſed aliquid annuum ſolueretur,
quia non diceretur propriè feudum, vt patet ex not. per Cyn.in
d.auth.ingreſſi,& eius commoditas confiſcaretur.De hoc poteſt
intelligi tex in c.excommunicatus.§.ſi dominus.extra de hær. vbi
patet,quòd feudum publicatur ſaluo iure, veri, & directi domi-
ni. Quædam ſunt iura quæ poſſunt tranſire in extraneum hære-
dem,& pro quibus ſoluetur aliquid annuum, vt eſt emphyteuſis
non eccleſiaſtica,vel ius ſuperficiarij,vel prædij vectigalis, & in il-
lis dic ꝙ tam in fiſcum quàm in creditorem poſſunt trãſire etiam
quo ad ſubſtantiam.Et forma mittendi erit,vt hic habetur in verſ.
7 {ſed decernendum eſt &c.}¶†Vltimo de vltima quæſtione Bart.
quã hic facit,ſi filiusfamilias deliquit propter quod eius bona ſint
confiſcanda,vtrum confiſcetur proprietas aduentitij peculij,quæ
eſt apud filium,licèt ſit vſusfruc.penes patrem,vide quod Bar.no.
breuius quàm hic in l.ſi quis in tantam. C.vnde vi. & eſt notabilis
determinatio ſua, ex qua collige vnam concluſionem, ꝙ quan-
doque quis habet rẽ quam prohibetur alienare non propter ſe,
nec eius fauorẽ, ſed tertij, vt contingit in peculio aduentitio ꝓhi-
bito alienari fauore patris habentis vſumfructum, vt l.fina.§. filijs
autem.C.de bon. quæ lib. in illis prohibetur alienatio non ſolum
voluntaria,ſed etiam neceſſaria,& non ſolum hominis,ſed etiam
legis,quando fit propter eius factum,vel delictum,vt ſit in ſua po
teſtate alteri præiudicare,quod no.& tene menti perpetuo, quia
Bart.tenet non publicari propter ętatem,ſicut nec ecõuerſo pro-
pter delictum patris publicatur peculium profectitium,licèt ſit pa
tris,ne fiat præiudicium filio qui aliquo caſu poteſt capere ipſum
tanquam ſuum,vt eſt tex.ſingularis in l.iij.§.ſed vtrum.in fin.š.de
mino. ¶Quid de aduentitio, an propter delictum patris,vſusfru-
ctus dicti peculij, qui ad patrem pertinebat, confiſcetur, videtur
ꝙ ſaltem commoditas vſusfructus debeat cõfiſcari,& etiam per
creditores capi poſſit, duratura in vita patris, ꝑ id quod š. dictum
eſt de emphy.eccleſiaſtica,quæ quantum ad commoditatem cõ-
fiſcatur,& in ea fit immiſſio,non quantum ad ius, cum illud ius
emphy. eccleſiaſticum nõ tranſeat ad extraneũ.Et huiuſmodi vi-
detur iſtud ius vſusfr. quod habet pater, quia nec illud tranſit ad
extraneos,ergo &c.vide in l.ſi filiusfamilias.š.ſol.mat.

A D D I T I O.

a ¶Vel monaſterium.an emphyteuſis eccleſiaſtica tranſeat in monaſteriũ,
vide Ancha.conſi.160.& an poſſint legari pignora data in dotem.vide.per
Alex.conſi.120.Fran.de Are.quid de feudo conſi.14.

---

1 *Si poſt petitam cautionem & ante ipſam præſtitam propter ſubterfugia
rei non cauentis,damnum contingat,non fit miſſio ex hoc edicto,ſed po-
teſt iudex alterum de duobus facere, vel compellere aduerſarium ad ca-
uendum de dam.iam facto,vel decernere actionem competere pro emen
datione ipſius, ac ſi cautio fuiſſet interpoſita.*
2 *Habens actionẽ ad aliquid, an poſſit adhuc petere,quòd fiat inſtrumentũ.*
3 *Si quis te libello ſuo petat per iudicem pronũciari ſuper petitis actionem
ſibi competere, quòd procedat libellus.*

1 §.Eleganter quæritur. ¶†Si poſt petitã cautionẽ, & ante ipſam
præſtitam propter ſubterfugia rei.non cauentis, dãnũ contingat,
nõ fit miſſio ex hoc edicto, ſed poteſt iudex alterum de duobus
facere,vel cõpellere aduerſariũ ad cauẽdũ de dam.iã facto,vel de
cernere actionem competere pro emendatione ipſius,ac ſi cau-
tio fuiſſet interpoſita.hoc dicit iſte ſingularis §.& diui.Hr ergo iſta
cautio pro interpoſita poſt quã nõ ſtetit per actorem, immo fuit
diligens in petẽdo,ſed ſtetit per reum, vel per iudicem qui voluit
deliberare ſuper petitione,& exceptionibus propoſitis,& interim
dammum euenit.Et aduerte diligenter,quia limito iſtum §.duob.
modis, quia eſt verum q̄d dicit in ver. ꝑtor tñ ꝙ iudex reperit, ꝙ
poſtq̃ cautio debebat præſtari, vt ſic aduerſarius cẽſetur fuiſſe in
calumnia in opponendo exceptionem.Alia limitatio eſt, quia ꝓ-
cedit,qñ aduerſarius volebat cauere,nec domũ pro derelicta ha-
bere,ſed ſi recuſaſſet cauere,& voluiſſet habere domum pro de-
relicta,ſi anteq̃ actor accipiat damnum, lęſio contingat,nõ tene-
bitur reus ad emendationem damni,quia licuit ſibi cautionẽ eui-
tare relinquendo rem pro derelicta,vt š.eod. l. hoc amplius. poſt
prin.¶Aduertendũ ẽt, ꝙ hic loquitur, qñ aduerſarius non fuit in
mora in veniendo,quia venit.nec in cauendo,quia nondum fuit
iuſſus cauere,ſed fuit in calumnia reſiſtendo indebite,ſi aũt fuiſſet
in mora,dic vt dicã ꝭ. ea.l.§.item videamus.¶Item ad aliud aduer
te,quia puto ꝙ virtute eiuſdem petitionis,& proceſſus,licèt fuerit
additus iudex ſuper cautione futuri damni abſque alia petitione,
vel libello, ſeu nouo proceſſu, poterit compellere aduerſariũ ad
cauendũ de dãno, vel pronunciare ipſum teneri ad emendandũ,
& ita intelligo iſtum text. pro quo facit quod in fi. habemus ſi eſt
datus libellus ſuper actione directa, & lite pendente ꝓpter fruſtra
tionẽ rei illa extinguatur,& loco eius ſuccedat vtilis, poterit ſentẽ
tia ferri ſuper vtili,licèt illa non fuerit in iudicium deducta, vt ha-
betur in l.ſi poſt acceptam.de rei vend. & in l. quanquam.§. Iul.ꝗ.
tit.j.ſed hic iſta cautio de damno præterito, vel actio ad emenda-
tionẽ eius ſuccedit loco cautionis petitę de dãno futuro propter
2 fruſtrationẽ rei.¶†In tex.ibi,{vt de eo quoque caueatur,} contra
hoc opp.de tex.ſeq.vbi patet,ꝙ habeo actionẽ ad emẽdationem
huius dãni,ſi cautio fuiſſet interpoſita, & ita põt iudex declarare,
ergo non debeo agere,vel petere, vt iterum mihi promittat, vt l.
hoc ſenatus.§.j.š.de vſufru.ea.re.quæ uſu conſu.& not.in l.ſi mu-
lier.š.de condi.ob cau. Solu.notabiliter illud eſt verum,qñ habeo
actionẽ ordinariam,& puram ad aliquid petendum, quia tũc cau
tio eſſet ſuperflua.Vnde debeo agere, vt illud mihi ſoluatur, non
vt iterum promittatur,quando actio eſt extraordinaria, vt in ca-
ſu huius §.quia reſultat ex ficta ſtipulatione.Vnde adhuc poſſum
agere,vt deducatur in veram,& fiat inſtrumentũ,& ad hoc ſem-
per allegatur iſte tex.Idem ſi ſit ordinaria,ſed non pura, quia non
poteſt adhuc peti id quod debetur, nã poteſt interim peti, vt fiat
inſtrumentum,ut in l.omnib.š.de iudic. quod proſequere, ut hic
plenè per Bar.& intellige,quando iſte erat præſens, & ſic poterat
præcisè compelli ad cauendum,& actor de hoc contentabatur,
quia fortè nolebat adhuc agere, ſed ſi uellet ſtatim agere, uel ille
non erat præſens,iſta via non eſſet utilis,& ideo tunc eſſet trãſeun
dum ad ſequentem uiam,ꝙ iudex pronunciet mihi actionem cõ
3 petere,ac ſi fuiſſet cautio interpoſita.†Vnde allegatur iſte finis ge-
neraliter,ꝙ procedit petitio, ſi quis in libello ſuo petat ꝑ iudicem
pronunciari ſuper petitis actionem ſibi competere.¶In gl.ij.poſt
princ.ibi in l.prætor.§.fin.& l.ſeq.de illis legib.glo. uoluit oppone-
re ad iſtum tex.¶In tex.ibi,{& miſſio quidem ceſſabit}actio non,
nam immo uidetur,ꝙ non ceſſet ex quo actori nil poteſt impu-
tari,quia non fuit negligens,ut in illis legib. ſed breuiter reiectis ſo
lutionibus gloſ. illę leges non meruerunt ſignari pro contrarijs,
quia ibi non dicit,ꝙ debeat fieri miſſio,ſed ꝙ actori nil poteſt im-
putari,cur non petijt ſibi caueri,quia fuit impeditus,& domus in
terim ruit, ꝙ põt agere alternatiuè interdicto de ruderib. tollen.
uel ꝙ ille tollat rudera, & caueat de dãno ꝑterito, uel habeat oĩa
pro derelictis,unde ẽt ibi ceſſat miſſio,ſicut hic.Sed in alio,iſte ca-
ſus differt ab illo, quia ibi non agit præcisè ad alterũ tantum, ſed
alternatiuè,hic aũt põt agere præcisè, ut emendetur dãnum iam
factũ,& de eo ſibi caueatur,uel pronũcietur ad hoc, ſibi actionẽ
competere,nec liberaretur reus uolendo habere rudera pro de-
relictis,& totas ędes,ut no. ꝭ.in glo.ſuper uerbo,{actionem.}Ra-
tio diuerſitatis eſt,qa hic iam petierat ſibi caueri,& ſic non ſolum
non fuit negligens,ſed fuit diligens,ibi non petierat, & ſic nõ fuit
diligens,licèt nec fuerit negligens,quia fuit impeditus, & propter
hoc ſi ille uult tollere rudera,tenetur emendare damnum iam fa-
ctum.Non ſic ſi fuiſſet negligens,ut ibi dixi.Et in hoc effectu uult
prædicta glo.in ſecunda ſolutione ibi,(quia iam inſtãs erat coram
prætore &c.) ſed melius ſignaretur cõtrarium de iſto eodẽ textu
in fine.nam ſi poteſt compelli ad cauendum, & ad emendatio-
nem, ergo poteſt fieri miſſio.Solutio, uirtute primæ petitionis,
quia petij mihi caueri de dãno futuro,ex quo lite pendente dam-
num euenit non poteſt fieri miſſio ex hoc edicto, quia pendente
illa petitione non poteſt eſſe contumax poſtquam damnum iam

euenit,& ſic non poteſt ſibi imputari,cur non cauit de damno fu
turo,& miſſio non fit niſi propter contumaciã.Sed ſi iudex man
daret, ꝙ caueret de præterito, vel quod emendaret, & ſi hoc ipſe
non faceret bene poſſet fieri miſſio non ex hoc edicto, quia illa
fit pro damno futuro, ſed ex tit.j. quib. ex cau. in poſſ. ea.quia illa
fit pro debito præſenti. Ita intelligo id quod not. hic Bart.

**§.Si pupillus.** ¶Contra pupillum non cauentem,etiam ſi tutorem non habet, ex cauſa
damni infecti fit miſſio ex primo, & ſecundo decreto. hoc dicit
text.cum glo.¶Contra id quod hic dicitur de ſecundo decre.op
ponitur de l.in poſſeſſione.quib.ex.cau. in poſ. ea. vbi contra pu-
pillum non fit miſſio ex ſecundo decre. Solu. ibi qñ conuenitur
ex contractu, vel conuentione ſua, hic vero conuenitur occaſio
nem damni rei ſuæ,ideo eius perſona non attenditur, ſed potius
defectus rei ſuæ. Competit tamen ſibi reſtitutio in integrum, vt
j.ea.l.§.poſtea autem.in fine.& ſ.§.ſi forte.

---

1 *Miſſus ex primo decreto non tenetur rem reficere, licèt habet pignus prętorium, ſecus in habente pignus conuentionale.*

2 *Habens pignus conuentionale tenetur reficere ſi poteſt, & ſi non facit imputatur ſibi dolus, lata culpa, & leuis, & an repetat omnem impenſam quam fecit.*

1 **§.Si quis damni.** ¶† Miſſus ex primo decreto nõ tenetur rẽ reficere, licèt habeat
pignus prætorium, ſecus in habente pignus conuentionale.h.d.
2 ¶† Et aduerte ad tres caſus, nam aut quis habet pignus conuen-
tionale,& tenetur reficere,ſi poteſt,& ſi non facit, imputatur ſibi
dolus,lata culpa,& leuis,vt hic in ver.cum quoque.qui eſt not.&
ſupra de pig.actio.l.ſi ſeruus,quod intellige, quando erat ſibi tra-
dita res,alias ſecus,quia tunc nõ eſſet ſub ſua cuſtodia,ita ſentit hic
Bar.& bene.¶Item aduertẽdum, quod poteſt repetere omnem
impenſam quam fecit,dummodo ſit rationabilis, & non ſit mul-
tum oneroſa debitori,vt d.l.ſi ſeruus. nõ ſic in vſufructuario, qui
non repetit paruas expenſas, quia ipſas tenetur facere de ſuo, de
quo habet commoditatem,non ſic tenetur creditor.Magnas ve-
rò bene repetit,ſi ſunt rationabiles, quia ad dominum pertinent,
vt l.hactenus.ſ.de vſufruct.Aut quis habet pignus prætorium,&
tunc aut ex cauſa damni infecti,& nõ tenetur reficere, nec poteſt
ſibi imputari dolus,aut lata culpa,puta, qa potuit cum eſſet diues,
& expenſa parua,& ſciebat ꝙ ſi domum repararet non rueret,nã
eo ipſo videtur eſſe in dolo præſumpto, & tñ ſibi non poteſt im-
putari per dominum domus ruinoſæ, cum etiam ipſe fuerit in eo
dem loco,non reficiendo,argu,ſ.eod.l.qui bona.§.ſi quis.quia,&
ita debet intelligi iſte text. Aut extra cauſam damni infecti,& tunc
ſeruatur media via,quia non poteſt ſibi imputari culpa leuis,ſicut
in conuentionali,ſed dolus,& lata culpa ſic, vt l.prætor. §. his ver-
bis.& §.eſt par.de bon.auth.iudi.poſſ.¶Vlt.not.text.hic in fi.dum
dicit,ꝙ miſſus in poſſeſſionem retinet tenutam loco cautionis,&
ſic innuit,ꝙ ſi poſtea damnum eueniat, poſſit agi ad emendatio-
nem damni præcisè,ac ſi cautio fuiſſet interpoſita, vt ſ.ea.l.§.elegã
ter.Sed contra de ſequenti.§. vbi innuit, ꝙ non poſſit recuperare
per modum agendi,ſed tamen per viam retinendi tenutam,ſi nõ
emendetur.Sol.fateor hoc, & quod hic dicitur debet intelligi, ꝙ
tenuta ſit loco cautionis,quia non tenetur eam dimittere,niſi ſibi
caueat de damno infecto pro futuro damno, vel etiam pro eo
quod accidit poſt tenutam datam, vt patet infra proxi.§.ſed con-
tra,ꝙ immo ſufficiat cauere de iudicio ſiſti, & refundere expen-
ſas,vt recuperetur tenuta,vt in auth.ei qui. C.de bo. auth.iu.poſſ.
Solutio ibi fuit data, quia non comparebat ad reſpondendum li-
bello,hic autem loquitur, quando fuit data, quia fuit contumax
in non cauendo,qñ fuit iuſſus cauere, ſicut qñ datur quod nõ ſol
uit,nam non recuperat, niſi ſoluat, vt l. ſicut cauere. §.j. vt in poſſ.
leg.Sed non fuiſſet iuſſus cauere, ſed ſolum ad reſpondendum li-
bello petentis,faterer contrarium, quando ſufficeret cauere de iu
dicio ſiſti, quo vſque appareat, an teneatur cauere,vel non.

---

1 *Licèt petierim mihi caueri, & aduerſarius fuit in mora cauendi, tamen damnum poſtea contingens ante cautionem interpoſitam non poſſum præcisè petere ſi feci me mitti in tenutam domus ruinoſæ propter contumaciam, ſed poſſum recuperare per viam retentionis, niſi refundatur damnum, & quando.nu.4.*

2 *Licèt fecerim impenſas in reparando, quæ tamen non permanſerunt, quia nihilominus ruit, poſſum adhuc illas expenſas recuperare per viam retentionis, & etiam actionis, quando a principio videbantur vtiles.*

3 *Iuſſus mitti in poſſeſſionem, licèt adhuc non ſit miſſus per nuncium, tamẽ habetur pro miſſo ſi per eum immiſſum non ſtetit quominus mitteretur.*

**§.Item videamus.** ¶ Si damnum cõtingat poſt miſſionem factã ex primo
decreto,non cogitur miſſus dimittere tenutam niſi etiam de tali
damno caueatur, & etiam de expenſis factis in refectione. Et di-
citur damnum eueniſſe poſt miſſionem, vt debeat emẽdari, etiã
ſi eueniat poſt iuſſum de mittendo,& ante realem immiſſionem,
dũmodo in illa non fuerit negligens. hoc dicit vſque ad §.poſtea.
1 ¶† No.primo,quòd licet petierim mihi caueri, & aduerſarius fuit
in mora cauendi, tamen damnum poſtea contingens ante cau-
tionem interpoſitam non poſſum præciſe petere, ſi ego feci me
immitti in tenutam domus ruinoſæ propter contumaciã, ſed be-
ne poſſum recuperare per viam retentionis, niſi refundatur dam
num. Sed contra de §.eleganter.ſ.ea.l.Sol.ibi non fui miſſus in te-
nutam,& aduerſarius fuit calumnioſus,non in mora, hic autẽ fui
in tenutam miſſus,& ſic videor velle eam habere loco cautionis,
non ꝙ ſit perinde,ac ſi eſſet cautum,immo non fingitur cautum,
quia tunc poſſem agere præciſe ad damni ẽmẽdationem, vt d.§.
eleganter, ſed quia non teneor dimittere, niſi caueatur etiam de
2 dãno iam facto.¶†Itẽ no.tex.ibi, {hoc amplius de impenſis, &c.}
ꝙ licèt fecerim impenſas in reparãdo, quæ tñ nihil fecerunt, quia
nihilominus ruit,adhuc poſſum illas expenſas recuperare ꝑ viam
retentionis, vt hic,& etiam actionis,vt j.ea. l.§. ſi iã. ver.& ꝓinde,
& ver.poteſt autem. qđ eſt intelligendum qñ a principio videban
tur vtiles,quia non imputatur caſus poſtea contingens,vt l.ſed an
3 vltro.in prin.de neg geſt.¶Item no. in §. ſed illud quæritur,ꝙ iuſ-
ſus mitti in poſſeſſionem, licèt adhuc non ſit miſſus per nũcium,
tñ hr̃ promiſſo,ſi per eum immiſſum non ſtetit, quominus mitte-
retur,facit l.cum vnus.§.fi.de bon.auth.iud. poſ.ſecus ſi per eũ ſte
a tit, [a] vt j.ea.l.§.eum tñ.in fi.l.non mirum.de pign.actio.¶† Vltimo
4 quęro,iſte immiſſus poteſt retinere tenutam vſquequo caueatur
de emendando damnum contingens poſt immiſſionem, quid ſi
damnum contigerat ante.Iac.de Are.& Bar.vidẽtur tenere idem
per §.eleganter.ſ. ead.l.& dicunt,quòd ita cõtingit de facto, quòd
euenit damnum poſt immiſſionem factam,nã idem ſi ante.Con
trarium puto verius,quia ſi euenit ante, miſſio facta poſtea nõ in
telligitur facta pro eo damno, ſed pro eo quod poſtea eueniat,
niſi contrarium ſit actum expreſſe, ideo dico non poſſe retineri
pro illo,ſed quòd bene poſſit agi,ut emendetur,& diſtingue vtrũ
fuit iuſſus cauere,uel non.¶Recollige ergo,aut reus non fuit cõ-
tumax,ſed calumnioſus opponendo exceptiones friuolas, & tũc
habetur cautio interpoſita,vt in §. iam eleganter. Aut fuit moro-
ſus,& tunc aut fuit iuſſus cauere, & idem arg.ibi, & l.non iuſtam.
C.ad Treb. Aut non fuit iuſſus cauere,ſed comparere,& tunc di-
ſtingue,vt dixi ſupra in præced.§. Et hoc, quando actor non fecit
ſe immitti in poſſeſſionem, alias haberet locum quod hic dicitur,
quia poteſt retinere, non autem agere.

ADDITIO.

a ¶Stetit.Sed quid ſi fuit ꝓhibitus,an nihilominus incipiat ꝑſcribere.Lud.
Rom.ſing.ſuis dicit ꝙ Legiſtę hic neſciũt,ſed ꝙ ficta poſſeſsio nõ tribuit
cauſam ꝑſcribendi.alleg.gl.quã dicit ſingularẽ in c.ſine poſ.de reg.iur.

---

1 *Poſt miſſionem ex ſecundo decreto non eſt locus cautioni niſi mediante reſtitutione in integrum, ex cauſa abſentiæ, vel ætatis.*

2 *Licèt lex vel ſtatutum dicat ab aliqua ſententia non poſſe appellari, non tamen tollitur quominus poſſit peti reſtitutio in integrum.*

1 **§.Poſtea autem.** ¶†Poſt miſſionem ex ſecundo decreto non eſt locus cautio-
ni niſi mediante reſtõne in integrum,ex cauſa abſentiæ,vel ętatis.
h.d.¶In tex.ibi, {cautiõis oblationi,}ſcilicet quo ad hoc,vt poſſit
recuperari tenuta,& hoc eſt regulare in omni cauſa,in qua eſt in
terpoſitũ ſm decretum,vt poſtea non poſſit recuperari offeren-
do illud ꝑꝑ quod non factum,ſm decretum emanauit,& ad hoc
2 allegatur iſte tex.¶†Et no.hic in fi.arg.ꝙ licèt lex, vel ſtatutum di-
cat ab aliqua ſententia non poſſe appellari, non tñ tollitur,quomi
a nus poſſit peti reſtitutio [a] in integrũ, ita plene diſputando tenet gl.
in l.vna.C.ſi de momen.poſ.¶In text.ibi, (nullus inquit Labeo fi-
nis rei inueniretur,) ideſt dicere, ꝙ miſſus in poſſeſſionem nun-
quam eſſet ſecurus, nec certus de habendo rem, ſi cautio poſſet
offerri,etiam poſt ſecundum decretum,& ſic poſſet ſibi res aufer
ri ſemper, quod eſſet abſurdum, cum nunquam clauderetur via
purgandi contumaciam,& hoc voluit hic gl.in effectu. Sed clau-
ſa via purgandi poterit de illa re facere quicquid vult, & ſic proui-
dere ſibi aduerſus damnum futurũ,& iuſtum,& fuit hoc introdu
cere,ne ſemper ſit in ſuſpenſo propter contumaciam aduerſarij

ADDITIO.

a ¶Reſtitutio in integ. Adde qđ plene voluit Lud.Ro.conſi.59.& cõſ.89.

---

**§.Si iam ruerint.** ¶Si poſt iuſſum de mittendo in poſſeſſionem ex primo decre-
to,& ante realem immiſſionem domus ruat,poteſt fieri miſſio in
ipſam ruinã,nec tenetur immiſſus dimittere, niſi ſibi emendetur dã
num præteritum,& etiã caueatur de futuro,& refundãtur expẽſæ
factæ in refectione,pro quibus ẽt competit actio in factũ,dũmo-
do ſit rationabilis,ſiue ſint factæ per eum, ſiue per alium eius no-
mine.h.d.vſq; ad §.ſi qs metu.¶Cõtra iſtũ tex.opponitur de § ele
ganter.ſ.ea.l.ibi,& miſſio quidem ceſſat,vbi non fit miſſio ex hoc
edicto pro damno iam illato ante miſſionem, licèt poſſit fieri ex
edicto.

edicto. ȷ.quibus ex cau.in poſ.ea.ut ibi dixi. Sol.ante damnum illa
tum non pronunciauerat iudex me immittendum, hic ſic, licèt
executio nondum eſſet facta, vnde poteſt fieri pro damno con-
tingente poſt pronunciationem de mittendo, quia trahitur retro
ad diem pronunciatum, & ſic cenſetur facta potius pro damno
futuro quàm pro iam facto, quia ſi tunc fuiſſet facta executio,
damnum non erat adhuc factum, & ideo in caſu iſto fit etiam ex
hoc edicto, ita intelligo iſtum textum.

---

1 *Dimittens tenutam non animo reliquendi, ſed aliquo timore, non perdit ius eius, aliàs ſecus.*
2 *Sicut poſſeſſio merè ciuilis retinetur ſolo animo, & etiam poſſeſſio naturalis, quando eſt abſtracta a ciuili, ita etiam ſimplex tenuta, ſeu detentatio, quando eſt iure ciuili ſuffulta.*

1 **§.Si quis metu.** †Dimittens tenutã non animo re-
linquendi, ſed aliquo timore, non
perdit ius eius, aliàs ſecus. Et eſt notabilis caſus, ex quo no.ſingula
2 riter, † ꝙ ſicut poſſeſſio merè ciuilis retinetur ſolo aio, & etiã poſ-
ſeſſio naturalis qñ eſt abſtracta a ciuili, vt eſt illa, quam habet fru-
ctuarius, iuxta plenè no.in l.licèt.C.de acq. poſſ.ita etiam ſimplex
tenuta ſeu detẽtatio qñ eſt iure ciuili ſuffulta, vt eſt illa quam quis
habet authoritate iudicis, retinetur ſolo animo, vt eſt caſus hic &
no.per Bar.in l.j in prin.de acqui.poſſ.vnde tenuta ſiue detentatio
ſolo animo retinetur ſicut naturalis à ciuili abſtracta. Ex hoc pa-
tet, ꝙ detentatio coloni retinetur ſolo animo ipſius. ȷ. de acquir.
poſ.l.j.& ibi no.in glo.mag. & in l.ſed ſi colonus.co.titu.In tex.ibi,
{Caſſius autem ait.} ſ.reprehendendo prædictam diſtinctionẽ po
tuit reficere, vel non, nam etiam ſi potuit, ei non eſt imputãdũ, q̃a
non tenetur, vt ſ.ca.l.§.ſi quis damni.ſolũ ergo eſt diſtinguendũ,
an receſſerit ꝑꝑ timorẽ ruinæ, & ſic non vr̃ habuiſſe animũ deſe-
rendi, ideo non perdit ius tenutę, vt ſi poſtea vult immitti ex ſcđo
decre.poterit abſq; eo, ꝙ iterũ faciat ſe ĩmitti ex primo, cũ adhuc
duret primũ. Aut nõ timore ruinę, & tunc vr̃ receſſiſſe animo de
ſerendi tenutã, & perdit ius, ideo ſi vellet immitti ex ſecundo de.
creto, dẽret iterũ facere ſe immitti ex primo, q̃a primũ iam erat ex
tinctum. Et hoc ſentit gl.in §.ſeq.ſuper verbo. {beneficium.}

---

1 *Quanto tempore perdatur beneficium de quo hic, & nu.2.*
*Si dominus conceſſit feudum, & ſcripſit literas, ut vaſallus in poſſeſſionẽ mitteretur, & uaſallus neglexit petere ſe immitti, & vti iſtis literis, quanto tempore perdat ius ſuum.*
3 *Quando damnum contingit ante cautionem interpoſitam, an poſſit agi præciſè ad emendationem damni.*
4 *Alij quatuor caſus in quibus põt agi præciſè ante cautionem interpoſitã.*
5 *Eo caſu, quo non poteſt agi ad emendationem damni, quia facta eſt miſſio ex primo decreto, an ſaltem habeat locum retentio, vt non cogatur dimittere niſi damnum emendetur.*
6 *An pro dãno iam facto poſſit fieri miſſio ex primo decreto, ex hoc edicto.*
7 *Si actor fuit immiſſus realiter ex primo decreto, & poſtea negligit proſequi, per quantum tempus perdat beneficium Prætoris.*
8 *Quando fuit iuſſus mitti, tamen nondum fuit realiter immiſſus, per quantum tempus perdat facultatem faciendi ſe realiter immitti.*

**§.Eum tamen qui.** Qui poſt decretum de mit
tendo in poſſeſſionẽ ex pri
1 mo decreto † negligẽs ſit facere ſe immitti, ſi interim domus ruat,
perdit ius quod ſibi quæſitum erat ex illo decreto, ſecus ſi nõ ne-
glexit.h.d.& eſt etiam notabilis. In text. ibi, (beneficium prætoris
amiſiſſe,) quod eſt, vt poſſit mitti in ipſam ruinã, ex quo ruit poſt
decretũ iudicis de mittendo, vt ſ. ea.l.§.ſi iam. nam hoc caſu non
poterit, & ita limitatur ille §.ſecus ſi non fuit negligens, & tunc lo-
quitur ille §.In tex.ibi, (ſi ædificia ruerint.) quæro quid ſi nondum
ruerunt, tñ iuſſus mitti in poſſ. fuit negligens in faciendo ſe reali-
ter mitti, per quantum tẽpus perdit beneficium prætoris, rñdeo,
ſi fuit negligens per bienniũ ſm Bart. qui hoc tenet hic, & in l.prę-
tor.§.fi.ȷ.de bo.auth.iudi.poſſ.per l.fi.C.eo.titu. de bon.auth.iud.
poſſ.licèt illa l.loquatur in alijs terminis. lapſo ergo biẽnio nõ põt
petere ſe realitet immitti virtute illius primi decreti, ſed oportet,
ꝙ de nouo interponatur, vt hic in gl.ſuper verbo, (beneficiũ,) ſed
ſi fuiſſet iam realiter immiſſus, & poſtea de poſſeſſione diſceſſiſſet,
vel neglexiſſet ad eam accedere, non perderet ius per lapſum biẽ-
ni, quia talis tenuta retineretur animo, vt dixi in §.præcedenti, niſi
appareat ꝙ diſceſſit aio relinquendi, vt ſi ſteterit per decenniũ, ꝙ
non acceſſerit, nam tunc ſicut perditur vera poſſeſſio ex quadam
obliuione, vt l.furtum.§. j. de vſuca.& quod ibi no.ita ꝑditur iſta
tenuta. Idem ſi iſte miſſus cum videret dñm colere, & fructus per
cipere, neglexit, & paſſus eſt, nã tunc perditur, ſicut ille qui ſcit na-
turalem poſſeſſionẽ occupatã, & negligit eã recuperare, q̃a per-
dit etiã ciuilem. vt no.in l.ſi forte.§.j.de acqui.poſſ.& ita dicit Ang.
fuiſſe terminatũ Flo. Et ego cũ mihi accideret ibi iſte caſus, idẽ cõ-
ſului per hoc dictum Ang.& Barto. qđ no.perpetuo, q̃a eſt caſus
2 quotidianus. † Quantũ ad id qđ dr̃, quanto tp̃e perdatur benefi-
ciũ, de quo hic. Facit ꝙ ſi dñs conceſſit feudũ, & ſcripſit literas, vt
vaſallus in poſſeſſionẽ mitteretur, ſi vaſallus neglexit petere ſe im
mitti, & vti iſtis literis, perdit ius ſuũ, & illi renunciaſſe vr̃, non ſolũ
tanto tempore, quo omne ius ꝑditur. l.ſicut.de præſcri.xxx.ann.
Sed etiam minore tempore argu.hic, & qđ no.in l.prætor.§.fin.de
bo.auth.iud.poſſ.C.de iure domi.impe.l. fi.de mi.l.j. de reſcriptis.
c.plerique, & c.ſi autẽ, & quod not. in d.l.furtũ.§.j.de vſuc.& qđ
not.Inn.de ele. cap.querelam. de reſti.in integ. l.ij.de acqui.poſ.l.ſi
3 de eo.§.ſi fortè, & vide conſilium meum nouum xlvij. † Vltimò
reaſſumendo iſtam materiã clarius, & plenius quàm gl. & Doct.
quinque principaliter ſunt videnda, quando dãnũ contingit ante
cautionem interpoſitam. primum eſt vtrum poſſit agi pręciſè ad
emendationem damni? Et in hoc dic, ꝙ ſi nõ fuit interpoſita, nec
petita immiſſio, nõ poteſt ad hoc. Sed ad quid agi poſſit, hr̃ ſ.eo.l.
prætor.§.fi.cum l.ſeq.& ſeq. vt ibi dixi. Idẽ ſi fuit petita, ſed extra iu
dicium per l.cum poſtulaſſem. ȷ. eo. quia talis petitio non conſti-
tuit aduerſarium in mora, quia fuit ſuper eo qđ non debetur iure
actionis, ſed iudicis officio, vt ibi eſt caſus ſingularis. Idẽ ſi fuit pe-
tita in iudicio, tñ aduerſarius adhuc non eſt in mora, nec in calum
nia, quia adhuc non fuit citatus, vel adhuc non eſt lapſum tempus
4 citationis, vel comparuit, & obtulit ſe cauere ſi tenetur. † Sunt &
alij quatuor caſus in quib. poteſt agi præciſè. Primus ſi cõparuit.
& fruſtratorias, & calumnioſas exceptiones oppoſuit, & interim
damnum euenit, vt in §.eleganter.ſ.ead. l.Secundus qñ fuit iuſſus
cauere, licèt adhuc non caueret, multò magis, quia iuſſus hr̃ pro
cautione. Tertius eſt ſi non eſt adhuc iuſſus cauere, ſed fuit con-
tumax in comparendo, & poſtea apparet, ꝙ debeat cauere, nam
ſi non fuiſſet contumax, iuſſus fuiſſet factus, & ſic per eum ſtetit.
Et hæc vera, ſi actor ꝑꝑ contumaciam non fecit ſe mitti in poſſeſ
ſionem ex primo decreto, ſi.n.feciſſet, non poſſet agere ad emen
dationem damni, ſed bene poſſet retinere rem, vt ſ.ea.l.§.item vi-
deamus, cum his quæ ibi dixi. Quartus caſus eſt, qñ fuiſſet miſſus,
5 ſed aduerſarius ipſum non admiſit, vt ȷ.prox.§.& ibi eſt caſus. † Se
cundo principaliter eſt videndum eo caſu, quo non poteſt agi ad
emendationem damni, quia facta eſt miſſio ex primo decreto,
vtrum ſaltem habeat locum retentio, vt non cogatur dimittere
niſi damnum emendetur ſuper hoc? dic ꝙ aut damnum euenit
poſtquã fuit iuſſus mitti, & etiã poſtq̃ realiter fuit miſſus per nun-
cium, & tunc hẽt locum retentio, vt d.§.itẽ videamus. Aut poſtq̃
fuit iuſſus mitti, & antequam fuerit realiter miſſus per nuncium,
& tunc aut nunquam fuit negligens in faciendo ſe mitti, & idem
aut fuit negligens, & tunc ſecus, vt ſ.ea.l.§.illud quæritur. Aut an-
tequam eſſet immiſſus vel iuſſus immitti, & tũc licèt Ia.de Arena.
& Bar.ibi videantur dicere, ꝙ poſſint retineri, tu dic contrarium,
vt ibi dixi, niſi pro illo damno fuerit expreſſè facta immiſſio, quia
non videtur facta niſi pro damno futuro, ergo pro illo tantũ po-
teſt retineri, licèt etiam poſſit fieri de nouo pro damno præterito
6 ex edicto quib.ex cau.in poſ.ea.† Tertio principaliter eſt videndũ,
utrum pro damno iam facto poſſit fieri miſſio ex primo decre-
to, ex hoc edicto, & in hoc dic ꝙ aut damnum erat datum anteq̃
decreta eſſet tenuta, & non poteſt poſtea decerni ex edicto, ut ſ.
ea.l.§.eleganter.ibi, (& miſſio quidem ceſſabit, &c.) Aut iam erat
decreta, ſed nondum erat facta per nuncium, & tunc aut actor
non fuit in mora faciẽdi eam fieri, & eo caſu poteſt fieri in ipſam
ruinam, & aream.vt ſ. ea.l.§.ſi iam. Aut fuerat in mora, vel negli-
gentia, & tunc ſecus, quia poſt ruinam ſubſecutam, perdidit ius il
lius pronunciationis de mittendo, & hic eſt caſus huius §. ſed de
nouo poſſet petere tenutam ex edicto, quib.ex cau.in poſ.ea.ſi eſ
7 ſet caſus, in quo teneretur ad emendationem damni. † Quarto lo
co eſt videndum, ſi actor fuit immiſſus realiter ex primo decre-
to, & poſtea negligit proſequi, per quantum tempus perdat be-
neficium prętoris? & in hoc dic ꝙ ſi apparet, ꝙ diſceſſit animo de
relinquendi, ſtatim ammittit beneficium, vt ſ. §. proxi. ſi apparet
de contrario, non amittit ſtatim ſed per lapſum decennij, niſi ſciat
aduerſarium colere, fructus percipere, & cuſtodire, cum hoc ad
ipſum immiſſum pertineat, vt l.prætor. §. his verbis de bon.auth.
iudi.poſ.& ſ.tetigi ſm Bart.& Ang. & ſic iſtis ceſſantib. licèt quis
poſt primum decretum ſteterit per quatuor vel quinque annos,
ꝙ non fecerit ſe mitti, ex ſecundo decreto, adhuc põt, quia nõdũ
a ꝑdidit beneficiũ primi, tenẽ menti, quia quotidianum [a] eſt. † Quin
8 to, & vlti.eſt videndum, qñ fuit iuſſus mitti, tñ nondum fuit reali-
ter immiſſus, per quantum tempus perdit facultatem faciendi ſe
realiter immitti? & ita hic dic, ꝙ aut fuit impeditus, & tunc nun-
quam perdit durante eo impedimẽto, quinimo habetur pro rea-
liter immiſſo, vt ȷ.de bon.auth.iudi.poſſ.l.cum vnus.§. fin.& l.ſeq.
Aut fuit negligens, & tunc aut res in qua debebat mitti, ruit, &
ſtatim perdit beneficium, vt in hoc §.& ſic eſt neceſſe, ꝙ de nouo
faciat ſibi decerni tenutam, quia nec virtute primi poteſt petere
ſe immitti vt hic. Aut nondũ ruit, & tunc perdit per lapſum bien-
nij, non ante, ſecundum opin.Bar.de qua ſ.

---

ADDITIO.

a ¶Quotidianum. Adde quod voluit Barto.ſuper hoc conſi.36.in c.ſtatuto ciuitatis Aſſiſij.&c. ꝙ ſi quis intra decennium fuerit miſſus in poſſeſſionem vigore inſtrumenti ex primo decreto &c.

1 *Si lex vel ſtatutum dicat aliquem haberi pro confeſſo, iſta ficta confeſſio non eſt minoris uirtutis, quàm ſi eſſet uera.*

2 *Licèt ille qui facit ſe mitti in tenutam non poſſit agere ad damnum propter contumaciam. ſed tantum retinere tenutam, ſi tamen aduerſarius ipſum non admittit, bene poteſt agere. & nu. 1.*

3 *Actio ex delicto quãdo oritur ad intereſſe, licèt ſit cõmiſſum delictũ, tamẽ antequam interſit, non oritur, ſicut quando deſcendit ex contractu.*

4 *In delictis in quibus oritur actio ad intereſſe, admittitur purgatio moræ antequam interſit ad euitandum illam actionem.*

**§. Si quis.** Iuriſconſultus hic incipit exponere verba prætoris, quæ ſunt s. eo. l. prætor. poſt princi. ibi, {in eum qui neque cauerit, &c.} Et h. d. ↄ eum qui non admittit miſſum ex primo decreto ſecuto poſtea damno, datur actio in factũ ad emendationem eius, perinde ac ſi cauiſſet de damno infecto. Sed anteq̃ damnum detur, agi non põt, & ſi anteq̃ detur purget moram cauendo, uel poſſeſſionẽ cedendo, ẽt ſi poſtea detur, agi non poterit. h. d. cum l. ſeq. Et diuide in tres partes, vt patet in ſummario. ſecunda ibi, {extenditur enim.} Tertia ibi in l. anteq̃. in ver.
1 tñ ante, † dicit Ang. ſe audiuiſſe a Barto. licèt in lec. non ponat, allegari iſtum tex. in verſi. extenditur, & in l. antequã, ꝙ ſi lex vel ſtatutum dicat aliquem haberi pro confeſſo, ꝙ iſta ficta confeſſio, nõ eſt minoris virtutis, q̃ ſi eſſet vera, nec ex ea põt agi, niſi quatenus poſſet agi ex vera, nam hoc factum iſtius modi admittendi iſtum miſſum, hr̃ loco cautionis, ſed ſi cautio vere eſſet interpoſita, non poſſet agi ex ea, niſi ſecuto dãno, ergo nec agere ex iſta ficta cau-
2 tione, vt hic eſt text. † Not. etiam ex prima parte. ꝙ licèt ille qui facit ſe mitti in tenutam, non poſſit agere ad damnum ꝑꝑ cõtumaciã, ſed tñ retinere tenutam, vt s. ea. l. §. item videamus, & ibi dixi, ſi tñ aduerſarius ipſum nõ admittit, bene põt agere, vt hic eſt caſus.
3 † Ex ſecunda parte no. ꝙ qñ actio ex delicto oritur ad intereſſe, licèt ſit commiſſum delictum, tñ anteq̃ interſit, nõ oritur, ſicut qñ deſcendit ex contractu vt l. procuratorem. §. mandati. allegato in glo. tñ illa, quæ incipit, ꝑdicta actio, vr̃ ſentire, ꝙ iſta actio ſit ſtatim orta poſt prohibitionem, ſed nõ poſſit cũ effectu intentari, ſed pri-
4 ma pars vr̃ mihi verior. † Ex vlti. parte not. ꝙ in delictis in quibus oritur actio ad intereſſe, admittit̃ purgatio moræ anteq̃ interſit, ad euitandum illam actionem, non ſic ſi ſtatim cœpit intereſſe, vel ſtatim eſt orta actio ad pœnam. vt l. inter omnes. ). de furtis.

## LEX XVII.

**Si quis miſſum.** Hæc actio in factum oritur ex delicto non admittentis. Et ideo ex facto ſerui datur contra dñm noxaliter. Itẽ ex facto procuratoris gñalis, vel ltĩmi adminiſtratoris, nõ dat̃ ↄ dñm, ſed ↄ ipſum tñ procuratorẽ, vel adminiſtratorẽ. h. d. In tex. ibi, {noxalẽ actionẽ,} licèt habeat peculiũ locuples, cum ſit ex delicto, & hoc uoluit iſte tex. ſed actio ex ↄctu, vel quaſi, ſerui dat̃ de peculio ↄ dñm ad hoc. s. de pecu. l. iij. §. ex cã. In tex. ibi, {ſed verius eſt in ipſum dãdũ,} ſupple procuratorem, & nõ in dñm, quia in gñali adminiſtratore nõ venit, ut delinquat, ſed ſi oritur ex ↄctu, vel quaſi qui caderet in adminiſtrationẽ, daretur ↄ dñm, vt l. Iul. §. ſi procurator. de act. emp.

1 *Si acquiſiui pignus prætorium per primum decretum, an nihilominus poſſis alienare, & dominium transferre.*

2 *Si alienaui rem pro qua fui ſtipulatus de damno infecto, & poſtea damnum contingat, an ille cui alienaui, poſſit agere ex ſtipulatione mea.*

**§. Iudex qui de damno.** Si agitur ex cautione damni infecti, poſt damnũ datũ fit condemnatio de cauente, licèt prædium qđ damnum dedit, per ipſum alienatum fuerit. h. d. In tex. ibi, (etiã alienato prædio.) ſ. ante datum damnum, vel poſt. Itẽ ante iudiciũ cœptum, vel poſt, non curo. Et in oĩb. iſtis caſib. poterat eſſe ratio dubitandi, quia ex iſto edicto oritur iudicium noxale, vt s. eod. l. hoc amplius, & l. prætor. §. fi. & in noxalibus r'la eſt, ꝙ noxa caput ſequitur. Videbatur ergo, ꝙ ſi alienaſti domum anteq̃ rueret, & poſtea ruit, ꝙ deberem agere ↄ emptorem, non ↄ te. Sed rñde, ꝙ ſi cautio non eſſet interpoſita, & vellem agere vt interponatur, fateor ꝙ deberem agere ↄ illum, & ita loquitur ↄriũ. Sed hic erat interpoſita, & volebam agere ad emendationem damni ſubſecuti, vnde non debeo agere ↄ illum qui non promiſit emendare, ſed ↄ te, licèt ruerit poſtq̃ alienaſti, & debes mihi cõdemnari. Sis ergo cautus cum alienas vt paciſcaris cũ illo, ꝙ te cõſeruet indemnem aduerſus cautionem præſtitam, vt in fi. hr̃ in l. pater. de dote prele. Et multo magis debes condemnari. ſi iudicium erat inchoatum anteq̃ alienares, quia non debet eſſe in tua poteſtate illud iudiciũ eludere. In gl. j. ibi, (ſed nunc cum agitur factum eſt damnum,) vt patet in fi. ibi, (ante iudicium contigerit.) ſi ergo fuit actum, anteq̃ ſit datum poſt lit. conte. detur, vr̃ ꝙ non debeat ſequi condẽnatio & ita innuit iſta glo. quia actio quæ oritur poſt litem conteſt. non fuit in iudicium deducta, & ſic noua interpellatione opus eſt, vt l. non poteſt videri. s. de iudi. ſed ↄ iſtam glo. facit glo. fi. huius. §. quæ vult, ꝙ in his quæ contingunt poſt litem conteſt. poſſit fieri condemnatio, etiam ſi nulla fuit petitio. Sol. illa gloſ. debet intelligi ſm leges, quas allegat. ſ. in acceſſorijs ad petita, ut in fructib. vel vſuris perceptis, vel currentibus poſt litem conteſt. vel in expenſis litis, hic uerò in eo quod principaliter petitum, & pro quo nondum erat orta actio tempore litis conteſt. ſed oritur poſt. Item ↄ iſtam glo. facit, quia licèt oriatur, poſt tamen oritur ex cauſa de præterito. ſ. ex ſtipulatione interpoſita ante lit. conte. ergo vr̃ ꝙ poſſit ſup ea ſequi condemnatio per l. ſi rem. §. fi. de pig. actio. Sol. ibi fuit petita certa & determinata res, pro qua nondum erat orta actio, vnde ſi oritur poſt litem conte. ex cauſa de præterito, ſequitur cõdemnatio ſuper eadem repetita, ſed hic non fuit petita certa, & determinata res, ſed in genere ad emendationem damni, qđ debet intelligi. ſ. iam facti, alias libellus non concluderet, vt s. l. prox. ſi ergo nullum erat factum, ſed fiat poſt litem conteſt. illud nunquam fuit petitum, ergo ſuper illo non poteſt ſequi ſnĩa. tene menti. In glo. quæ incipit, (ↄ alienantem.) intellige qñ fuit actum ↄ eum, qđ eſt ſi fuit actum actione perſonali ex vera ſtipulatione, ad emendationem damni, vt in prima gl. vel ex ficta actione in factum ex eo, quia non admiſit miſſum in poſſeſſionem, vt in præcedẽti gl. & uterque intellectus poteſt procedere. Si verò non fuit actum ↄ alienantem, ſed ↄ eum cui facta eſt alienatio, tunc dẽt fieri eſtimatio ↄ illum, ita intellige qđ ſequitur in gl. (item ↄ eum, &c.) An aũt poſſit agi ↄ illum, in gl. ſunt tres opin. Vna ꝙ ſic, ſi ſuper illa re fuit ↄctum pignus prætorium per miſſionem in poſſeſſionem, nã dicit glo. iſta in fi. ꝙ pro tali pignore proſequendo, competit hypo. quam glo. no. & dixi s. eod. l. ſi finita. §. ſi plures. quæ hypo. cum ſit realis, competit ↄ quemlibet poſſeſſorem, vt l. ſi fundus. §. in vendicatione. de pign. competit etiam pignora. pro eo recuperando, ut probatur in l. j. & l. is cui quæri poteſt, vt in poſ. leg. Scđa opin. eſt, ꝙ etiam ſi non fuit contractum pignus prætorium, poſſit agi ↄ ſingularem ſucceſſorem. l. fluminũ. §. adijcitur. ). eo. Tertia opi. & iſta eſt vera, quæ no. in d. §. adijcitur, in gl. quæ incipit. (not. ſucceſſoris.) ad quam gl. hic ſe remittit, ꝙ etiam ſi fuit ↄctum pignus præto. non poſſit agi ↄ illũ ad emendationẽ damni, de qua hic loquitur, licèt poſſit agi hypo. ad perſecutionẽ rei, & ſic iſte intellectus non eſt bonus in iſto §. quia hic fuit actum ad emendationẽ damni, ad quã competit actio perſonalis ↄ alienantẽ tñ, non ↄ ſingularem ſucceſſorem, vt in gl. præcedenti. & l. fin. s. de ↄhen. empt.
2 Not. tñ ſingulariter ex iſta gl. quia vult expreſſe, † ꝙ ſi acquiſiui pignus præto. per primum decretum, tñ poſſis alienare, & dñium transferre, in conuentionali non eſt dubium, vt l. ſi conuenerit. §. ſi fundus. de pign. act. ſed de prætorio erat maius dubium, ꝑꝑ authoritatem iudicis, unde videbatur magis rem afficere. Itẽ iſta gl. vult. in fi. ꝙ tunc ↄ tertium poſſeſſorem debeam intentare hypo. Bart. vr̃ hic ſentire quòd ſi non perdidi ius primi decreti, non habeo neceſſe agere hypot. ſed poſſum continuare proceſſum ↄ illũ, faciendo me mitti ex ſecundo, & in hoc eſt magna vtilitas ſm Ange. quia non erit neceſſaria excuſſio principalis debitoris. Sed ſi haberem inchoare nouum proceſſum, tanq̃ ↄ tertium poſſeſſorẽ, eſſet neceſſaria excuſſio per auth. præſente. C. de pign. tene iſta menti perpetuo, quia ſunt quotidiana, & pauci ſciunt hoc reperi-
a re, [a] quia Barto. loquitur breuiter, & obſcure. In glo. ibi, (ſi cõtra æſtimatur eo qui fuit ſtipulatus.) Iſta gl. vult expreſſe, ꝙ ſi alienaui rem pro qua fui ſtipulatus de damno infecto, & poſtea damnum contingat, ille cui alienaui, poſſit agere ex ſtipulatione mea, vt ſequitur in glo. ibi, (& pro eo, quia in loco, &c.) Tu dic ↄ, quia ſicut non tranſit paſſiue ↄ ſingularem ſucceſſorem, vt in gl. præcedenti, ita nec actiue ad ipſum, ut l. omnes. §. fi. s. uſufru. quemad. cau. requiritur ergo ceſſio, ad quam faciendam teneor, vt no. ). eo. l. ꝓx. §. emptor. & §. ſi is qui uicinas. in glo. quæ incipit, (ſibi.) ibi, (uel forte ſocius, &c.) ¶ In gl. ibi, (quia etiam non petitum,) ↄ hanc gl. opponitur de gl. j. quæ innuit, ꝙ damnum contingens poſt lit. conteſt. ẽt ſi fuit petitum, non poſſit ſuper eo fieri condẽnatio, ſed noua ĩterpellatione ſit opus, ut ibi dixi. Ang. de Peruſio intelligit hãc gl. qñ aliquod damnũ erat datum ante lit. cõte. & illud fuit petitũ, & ſic iudicium habuit fundamentũ, & poſtea aliud cõtingit poſt litem conte. & tunc in illo poterit fieri condẽnatio, licèt in libello non fuerit deductum, tunc non ob. gl. j. quia debet intelligi, quando nullum erat datum damnum tp̃e lit. conteſt. & ſic iudiciũ nõ habuit fundamentum, ut s. l. proxi. Alij dicunt, ꝙ leges allegata in glo. loquuntur quando pro emergentibus poſt litem conte. non competit actio, ſed duntaxat iudicis officiũ, alias noua interpellatione eſſet opus, & ſic in caſu iſto cum competat actio pro dãno contingente poſt lit. conteſt. non põt fieri condemnatio, ex quo non fuit deductũ in libello per l. j. C. de iudi. Bar. ſuſtinet glo. per l. non ſolum. de rei uend. ubi poterat peti deterioratio actione legis Aqui. & tñ põt fieri cõdẽnatio. Breuiter dic, ꝙ aut illa quæ veniũt poſt lit. conte. ſunt acceſſoria ad petitionẽ, aut ſunt æquè principalia

## ADDITIO.

a ¶ Reperire. dic ꝙ Matth. in notabil. ſuis hoc repetijt, & ibi dicit, ꝙ prodeſt etiam ſi eſſet deputatus vnus notarius ad ſcribendum proceſſum, & fieret mutatio, quia primus debet perficere item propter inſtãtiam, de quo vide ibi per ipſum breuitatis cauſa.

cipalia.Primo caſu ſi pro illis non competit actio, ſed ſolum iudi-
cis officium mercenarium,poteſt in illis fieri condemnatio, licèt
non fuerit petita in libello,nec etiam videtur,ꝙ requiratur alia pe
titio per l.ędiles.§.item ſciendum. allegatam in gl. cautius tamen
eſt,ꝙ pars petat viua voce,& faciat ſcribi in actis, alias iudex non
tenetur ſi non condemnauit,licèt condemnare potuerit, vt ſ.eo.
l.iij.§.hoc autem iudicium. Aut pro illis competebat actio, & tũc
aut etiam competebat iudicis officium,& idem. ita loquitur l.nõ
ſolum.de rei vendic.allegata per Bartolum. Aut non compete-
bat,niſi actio,pone exemplũ in contractibus ſtricti iuris, in quib.
non veniunt vſuræ iudicis officio,ſed tantũ ſi ſint promiſſæ per
ſtipulationem,vt l.quamuis.C.de uſur.& tunc ſi fuerunt promiſ-
ſæ,& fuit petita ſors,& non vſurę,non poterit fieri condemnatio
etiam in currentibus poſt litem conteſtatam.vt d.l.j. C. de iudi. Si
vero erant ęquè principalia, tunc aut fuerunt petita, tamen non
competebat ius petendi, ſed cœpit competere poſt litem conte-
ſtatam.& tunc diſtinguitur aut ex cauſa de præterito,& poteſt fie
ri condemnatio,vt l.ſi rem.§.fin.de pigno. actio. Aut ex cauſa de
præſenti poſt litem conteſtatam,& tunc ſecus, & erit opus noua
interpellatione,vt l.non poteſt videri.de iudic.Si uerò non fuerũt
petita,dico,ꝙ ex quo ſunt ęque principalia, & non poteſt in illis
ferri ſententia.pone exemplum,vt dixi ſuper prima glo.ſi petit dã
num iam factum,cum nullum adhuc factum eſſet, & poſt litem
conteſtatam factum eſt. Aliud eſt enim iſtud,quam id quod in li
bello fuit deductum.Facit quod in fi.no.per Bartol in l.commo-
diſſimà.de liber.& poſthu.pone etiam exemplum,ſi aliquod dã-
num erat datum,& illud petiit,& poſt litem conteſtatam aliud de
tur.Nam dico,ꝙ in illo non poteſt fieri condemnatio : quia eſt
ęque principale,& non eſt petitũ & iudicis officium mercenariũ
non competit pro illo,quia non eſt acceſſorium, ſed actio ex ſti-
pulatu,& ſic teneo ꝯ gl.iſtam ſi voluit contrarium dicere, & con
tra Bar.qui ipſam ſuſtinet,& contra Ang. Sed puto ꝙ gl. noluit ſe
referre ad iſtum tex.ſed leges quas allegat quę loquuntur de ac-
ceſſoriis,& vult dicere,ꝙ iudicis officium mercenarium validius
eſt in his quæ contingunt poſt litem conteſt.quàm in his quæ an
te.Et ego intelligo. ſ. in quibus poteſt operari, vt ſunt acceſſoria
ad rem petitam,tene menti,quia iſtum paſſum non ita bene alibi
declarant.

LEX XVIII.

Damni infecti. Ille poteſt petere caueri d̄
damno infecto,qui habet
dominium in re ex qua timetur damnum, vel etiam
ius in re.h.d.ſ'm gl.quæ hoc innuit, ſecus eſſet, ſi ha-
bet ius ad rem,vt in emptore ante rem ſibi traditam, licèt non ſit
ſuo periculo,vt l.neceſſariò.de peric.& com.rei uen. nõ tñ poteſt
petere ꝓ ea ſibi caueri,ita innuit gl.Tu dic ꝙ imo poteſt, ſi contra
venditorem non haberet regreſſum ratione negligentię,quia nõ
poteſt ſibi facere caueri:nam tunc poterit ipſe emptor, vt not. j.
ea.l.§.emptor.per Bar.

1 *Stipulatio damni infecti non porrigitur ad damnum,quod non contingit uitio ſoli uel operis,ſed iure publico.*
2 *Si duo fratres diuiſerũt habitationes,& promiſerunt adinuicẽ nihil repe tere in portione alterius,ratione iuris,de pręſenti,uel de futuro, poſtea contingat ꝙ alter ipſorum cadat à portione ſua,quia moritur intra annum,& ſic non impleuit uoluntatem defuncti,& deuoluitur a cohæredem,quòd cohæres poterit eam petere non obſtante pacto.*

1 §.Sed quod opere. †Stipulatio damni infecti
non porrigitur ad damnũ,
qđ nõ contingit vitio ſoli vel operis,ſed iure publico. h. d. Et glo.
ponit caſum,ſed unum adde ad gl.ꝑꝑ tex.ibi, opere facto, qđ fui
ſtipulatus a poſſeſſore rei meæ,quam ignorabam meam de dam
no infecto ratione operis,qđ de nouo in illa volebat facere, &
ita contingit de facto.Et adde ꝙ nec committitur vitio rei,vel o-
peris niſi interueniat culpa promittentis, qui potuit obuiare, &
nõ obuiauit,ſaltem leuiſſima,vt j.eo.l. fluminum.§. hæc ſtipula-
2 tio.†Et dicit Ang.ſe audiuiſſe Bar.allegare iſtum tex. licet non po-
nat in lect.ꝙ ſi duo fratres diuiſerũt habitationes, & ꝓmiſerunt
adinuicem nihil petere in portione alterius rõne iuris de pręſen-
ti,vel futuro,poſtea contingat,ꝙ alter ipſorum cadat a petitione
ſua,quia moritur intra annũ,& ſic non impleuit uoluntatẽ defun
cti,& ſic deuoluitur ad cohæredẽ ꝑ auth.hoc amplius.C.de fidei-
cõ.ꝙ cohæres poterit eã petere nõ obſtante pacto, qa illam con
ſeqtur iure publico,ar.hic,nã illa verba intelliguntur de futuro ſi
ex cã tñ de pſenti per not.ꝑ eundẽ in l.ꝙ ſi ſeruitus. de condi.ob
cau.Et hoc nõ eſt ex cauſa de pręſenti, ſed poſtea contingente.

1 *Duo caſus in quibus quis non poteſt petere ſibi caueri.& nu.2.*
3 *Vſufructuarius tenetur reficere domum fructuariam, & quas expenſas recuperet,& quid ſi eſt pauper,*

1 §.Ei cuius vſusfructus. † Vſufructuarius
nõ poteſt petere ſi
bi caueri à proprietario pro uitio ædium in qb. habet vſumfru-
ctum,ſiue timeatur damnũ in rebus illis inuentis, ſiue in alia ſua
domo vicina,qa põt euitare dãnũ reficiẽdo,& reficere tenetur,
ſecus ſi non teneretur reficere,ut ſi vitiũ ꝓcedat a ſolo, & nõ poſ
ſet reficere niſi deſtrueret domũ,tunc enim non tenet̃,quia vſuſ-
fructus extingueretur,& iõ tũc petit ſibi caueri de uitio ſoli. ¶E-
contrà ꝓprietarius nõ põt petere ſibi caueri a fructuario rõne
damni,qđ timeat in domũ fructuariã,ẽt ab alia domo vicina ipſiꝰ
fructuarij,qa pro iſto dãno ſibi eſt conſultum per ſtiplonem, q̃
præſtat fructuarius de vtendo, fruendo, arbitrio boni viri,rõne
cuius tenetur illã reficere ne domui fructuariæ noceat, als non
videtur vti arbitrio boni uiri,ſecus ſi per illam cautionẽ ſibi eſſet
cõſultũ,vt ſi fructuarius aliquid faceret de nouo, ex quo timeret̃
dãnũ,nã ad hoc illa cautio non extenditur.h.d.iſte §.cũ l.inter fru-
ctuariũ.j.eo.Et primo ponitur vnũ dictũ in fructuario,ꝙ non pe
tit ſibi caueri à proprietario vſq; ibi,ergo.&c. ¶Scđo ponitur a-
liud à ꝯrio.Tertio in l.inter fructuariũ.a prin. vſq; ad §.dñs.limitat̃
primũ dictũ huius §.Quarto in ver.dñs.uſque ad uer.nam de rui-
na,limitatur ſ'm dictum huius §.Vltimò,in ver. nã de ruina,ponit̃
ratio utriuſque dicti huius §.clarius,q̃ hic,& iſta diuiſio facit intel-
2 ligere tex.†No.duos caſus,in quib.quis nõ põt petere ſibi caueri,
primo qñ põt euitare damnũ reficiendo domũ ruinoſam, ſic in
ſimili.ſ.e.l.qui bona.§.de illo.in fi.intellige põt. ſ. & tenetur, quia
3 uſufructuarius tenetur† reficere domũ fructuariam,licet expen-
ſas recuperet ſi ſint magnæ,ſecus ſi paruę,ut l.hactenus. de vſufr.
als nunq̃ poſſet quis petere ſibi caueri,ſi dominus domus ruino
ſæ daret ſibi licentiam,ꝙ reficeret,licèt.n.tunc poſſet,nõ tamẽ te-
netur,& iſta eſt ẽt rõ in l.inter fructuarium.in prin.qa quãdo vitiũ
procedit a ſolo,& poſſet reficere,niſi domum deſtrueret,non te-
a netur reficere cũ damno ſuo,quia vſusfr. periret,[a] ita intelligunt
Docto.ſecus ſi poſſet reficere ſine deſtructione, tunc. n.de uitio
ſoli non peteret ſibi teneri ſecũdum Bar.Per hoc ẽt patet,ꝙ ſi fru-
ctuarius eſt pauper,& expenſa eſt magna, & proprietarius non
uult eam miniſtrare,tunc non tenetur reficere,quia paupertas ip
ſum excuſat,ut l ſi procuratorem.§.ſi ignorãtes.ſ.manda & ideo
tunc poſſet petere ſibi caueri. Idem ſi timeat damnum ab alia re
ipſius proprietarij in domũ fructuariam, quia non tenetur fru-
ctuarius illã reficere,& eſſet idẽ,ꝙ in inquilino,ut in §.ſeq. ¶Secũ
dus caſus eſt,qñ per aliud remedium ordinarium conſultum eſt
aduerſus illud damnum ut per ſtiplonem fructuariam, quia ex-
traordinarium non cõcurrit cum ordinario, & ad hoc allegatur.
Hoc tamen uerum niſi extraordinariũ eſſet plenius,ut j.ea. l. §.ei
qui.in fi.Et ideo cũ in ſtiplone,quam præſtat fructuarius, non ue
niat niſi leuis culpa,ſi non reficeret,caderet in culpam leuiſſimã,
poſſet proprietarius petere ſibi caueri,qa in iſta cautione uenit ẽt
leuiſſima culpa,ut no. j.eo.l.fluminũ.§.hæc ſtipulatio. ſicut in ca-
ſu §.ei qui. j.ea.l.& hoc tenet Ange.& bñ.Et no.ex iſto §.ergo ibi
{quas uicinas,&c.}ꝙ fructuarius tenetur non ſolum reficere do
mum in qua hẽt uſumfructũ,ſed ẽt alienã domũ ſuã uicinam, ne
ruat.ſ.illam,aliàs non diceret̃ uti frui arbitrio boni uiri, & teneret̃
ex ſtipulatione fructuariâ.tene menti.Cętera uide hic per Bar.qui
diſtinguit ſecundum,ex prædictis patent quaſi oĩa membra diſtin
ctionis ſuę.¶In gl.q̃ incipit,{quidam hñt.}ibi,{alii habent.} & iſta
eſt melior litera,& melior ſenſus qui ꝯriatur ſenſui pręcedenti,nã
ẽt iſto caſu uendicat ſibi locum ratio, quia poteſt reficere domũ
fructuariam,ne ruat ſupra aliam ſuam uicinam.

ADDITIO.

a ¶ Periret.Facit quod dicit Ludo.Roma.ſingul.ſuis,ubi dicit,ꝙ lucratus ẽ
florenos tres,licet ꝙ uſufructuarius teneatur ad collectam rõne fundi,ꝙ
tñ ſolu.collectarum æquiualeret ꝑceptioni fructuum, ꝙ tunc tenetur ꝓ
prietarius,& ꝙ dicitur in uſufructuario,ꝙ teneatur ad expenſas paruas,ha
beat locum in uſuario, uide per eundem in dictis ſingul.fol.3.

1 §.Sed inquilino. ¶† Locator tenetur cauere in-
quilino de uitio aliarum ſuarum
ædiũ.h.d.ſed uitio conductarum non,quia põt euitare damnum
migrando,ut ſ.e.l.qui bona.§.de illo.& hoc ꝓut eſt in litera, {ha-
beam.}ſed ſi habes hanc,dic ꝙ de uitio conductarum tenetur ca
uere pro damno,quod timetur in alias ædes uicinas inquilini ꝓ-
pter eandem rationem,quia non põt euitare iſtud damnum mi-
grando de domibus conductis.

1 §.Ei, qui in conducto. † Proprietarius non
petit ſibi caueri a ſu-
perficiario, nec econuerſo cum habeant adinuicem actionem
ex ꝯtractu celebrato inter eos,niſi cautio damni infecti eſſet pin-
guior, quia in actione ex ꝯctu non uenit niſi leuis,& ſi non refi-
ceretur,caderet in leuiſſimam culpam, quæ uenit in ſtipulatione
damni infecti,tunc.n.bene poſſet peti.h.d.ſecundum uerum intel
lectum.Et ſic primo ponitur unum dictum cũ eius rõne uſque
ibi, {in quas.} & ibi limitat illud dictum. ¶ In gl quæ incipit,{im-
mo.}pro eius declaratione opp.ꝯ tex.ibi,plus aũt.nã immo uide
tur,quod non plus,quia ſtipulatio damni infecti non committi-
tur,niſi interueniente culpa non reficientis, ſed in actione locati
uel

vel cõducti,uel empti ſimiliter venit culpa,& ſine culpa illæ actiones non competerent, Ideo gl.ſe inuoluit,tu dic vt dixi ꝙ immo venit peius,quia in actione ex conducto venit tñ leuis,non leuiſſima,quia celebratur gratia vtriuſque vt l.ſi vt certo.§.nunc vidẽdum.ſ.cõmo.Et ita intellige hic text.in verbo,{culpam.} ſed ĩ hac cautione venit ẽt leuiſſima.vt no.j.eo.l.fluminum.§. hęc ſtipulatio.Et aduertendũ eſt,quia hic non eſt idem quod in ſimplici inquilino,qui de vitio conductarum edium nunquam petit ſibi caueri,qñ timet damnum in res inuectas, quia põt ſibi conſulere migrando,vt l.qui bona.§.de illo.ſ.e.ſed ſuperficiarius,qui conduxit ſolum in perpetuum,& habet vtile dominium ſuperficiei,bene petit ſibi caueri de vitio ſoli, &{quando non reficeret, caderet in leuiſſimam culpam,vt ſupra dixi, quia non ſic poteſt ſibi conſulere migrando,cum hoc faceret cum damno ſuo, cum fecerit expenſas in ædificando,ſi domum dimitteret.

---

1 *Verba præſentis temporis an trahantur ad futura, & quid in diſpoſitione indefinita, & vide nu.4.*

2 *Poteſtas quæ iurauit ſeruare ſtatuta,an tenebitur ſeruare futura.*
*Quod aliquid ſtatuatur in acceſſorijs quòd non ſtatuitur in principali.*

1 §.**Si is, qui vicinas.** †Stipulatio damni infecti ſimpliciter interpoſita non extenditur ad res immobiles poſt ſtipulationem acquiſitas per ſtipulantem,ſed bene extenditur ad res mobiles poſt ſtipulationem inuectas in domum,quam tempore ſtipulationis habebat.h.d.in effectu.Et primo loquitur de immobilibus.vſq ibi,{ſi autem.}Secundo de mobilibus. ¶ Itẽ prima pars ſubdiuiditur,qa primo loquit̃,quãdo acquiſiuit aliam domũ penitus diuerſam vſque ibi, aut cõſequens.Secundo quando partem ſocij in illa quam tunc habebat communem.¶In prin.tex.ibi, {ſtipulatus fuerit.} ſcilicet ſimplicirer non dicendo ratione domus, quam habeo de præſenti, quia tunc nõ eſſet dubium,ſed dicendo,promittis mihi emendare omne damnũ,quod ex ruina domus tuę mihi continget, vel contingere poterit,nam debet intelligi,ſcilicet in domũ,quam habeo nũc,ad illam enim tantum cenſeris habuiſſe reſpectũ,non ad nouiter acquiſitam,de qua cogitare nõ potuiſti, niſi forte aliqua ſubeſſet cauſa de præſenti,vt quia iam illam emeram, vel ſtipulatus fueram,non tamen erat adhuc tradita, & tu de hoc notitiam habebas,& ita ſentit gl.quæ incipit,{quædam.}ibi. {uel dic.} & benè,licet Bal.eam reprehendat dicens, ꝙ ille qui habet ius ad rem, non in re,non poteſt petere ſibi caueri, vt not. j. proxi.§.ergo in generali ſtipulatione hoc non venit.Sed non eſt verum ſalua pace,nam pro damno quod poteſt contingere poſt traditionem bene poteſt petere ſibi caueri,vt in eod.§.ergo quantum ad iſtud iſta ſtipulatio porrigitur,& ita ſentit iſta gl.hic. ¶Itẽ ẽt de contingente ante traditionem ſi contra alium non habeo regreſſum,vt ibi not.per eundem.Teneo ergo glo. ꝙ iſtis caſibus poſſem petere caueri,& ꝙ generalis ſtipulatio uel indefinita extendatur ad rem poſt ſtipulationem acquiſitam,ex cauſa tamen, quæ ſuberat tempore ſtipulationis,facit quod not.Bar. & glo. in l. quod Ser-
2 uius.de condi.ob.cau.†Et eſt notandum, ꝙ habemus duplicem materiam,vna eſt,an verba præſentis temporis trahantur ad futura? & de hac nõ loquitur hic tex.ſed l.ſi ita.de aur. & argen. leg. dic vt ibi.¶ Alia eſt vtrum diſpoſitio indiffinitiua extẽdatur ad futurũ? de hac loquitur iſte tex.quia nulla verba præſentis temporis fuerunt appoſita.Et in hoc Bar.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cum ſtipulamur.al's ſunt j.cum ſtipulamur.vbi ponit de poteſtate, qui iu-
a rauit ſeruare ſtatuta,an tenebitur ſeruare futura,[a] & in l.ſi ita. licèt iſtum tex.non alleg.diſtinguit, an agatur de modico præiudicio, & extenditur, vt l.fi. C. quæ res pig. obli. poſſ. Aut de magno,& tunc aut diſponens ſeu loquens poterat de futuris cogitare, & idem vt l.ſi ſeruitutem.de ſeruit. vrba. præd. aut non poterat, & tunc ſecus,& fuerunt verba Pet. ut refert Cyn. in l. non modo. C.de ſerui.pro iſta diſtinctione facit iſte §.primo, & vltimo caſu. nam in primo non potuit cogitare de rebus nouiter acquirẽdis, ſed in ultimo bene potuit cogitare de rebus mobilibus nouiter inuehendis.Sed in contrarium facit ſecundus caſus in ver.cui conueniens.quia ſi habebam domum communem cum Titio, & fui ſtipulatus a te de dãno infecto, bene potuiſti cogitare, quòd portio Titij poterat mihi adiudicari in iudicio diuiſorio, & tamẽ tua promiſſio ad illam non extenditur.Sol.poteſt dici, quòd doctrina Bar. Vendicet ſibi locum in his quæ ſunt parui præiudicij, ita loquitur l.quòd ſeruitus.nam in ſeruitute prædiali de modico præiudicio agitur ſecundum eundem Bar.in l.cum de in rem verſo.de vſur.¶Quando autem de magno,tunc videtur diſtinguendum,aut cauſa propter quam poterat cogitare erat ad futurum ordinata,& tunc extenditur ad futurum, ut in caſu quem ſupra tetigi,quando emeram,vel fueram ſtipulatus.de dam. infec. quia extenditur ad illam,ſi damnum contingat poſtquam fuerit mihi tradita,quia emptio,& ſtipulatio ad hoc ordinabatur ut mihi traderetur.Aut non erat ad hoc ordinata,& tunc ſecus,& ita loquitur ſecundus caſus, nam communio in eadem re non ordinatur ad hoc ut tota res adiudicetur vni,licèt hoc fieri poſſit.¶Vltimò in quantum dixi,ꝙ ſi ſtipulatio fuit concepta hoc modo, promittis emendare damnum quod continget, aut contingere poterit,non extenditur ad res nouiter acquiſitas. opponitur & videtur quòd immo propter ſignificationem uerbi, {poteſt.} quòd extendetur ad futurum etiam ſi prolatum ſit in uerbo præſentis temporis,ut l.ſi ita quis.de leg.ij.fortius ſi in futurum. Sol.verum eſt,niſi ſubſit aliqua cauſa de præſenti, nam tunc extenditur ad futurum, quod tamen poteſt euenire ex illa cauſa de præſenti, non de futuro,vt not.in l.quod Seruius.de cond.ob. cau. ſed hic ſuberat cauſa de prę́ſenti,quia ſtipulator habebat domum tempore ſtipulationis.Vnde intelligitur de eo quod poterit contingere in
4 illa domo,non in nouiter acquirenda. ¶†Item ex fi. huius §. not. aliquid ſtatui in acceſſorijs, quod non ſtatuitur in principali, vt etiam patet ex his,quæ dixi ſupra eo.l.ſi quis miſſum.§. fi. & l. ſi in emptione.in prin.de contrahen. emp. vbi incertitudo non vitiat diſpoſitionem in acceſſoriis, licèt vitiaret in principali, & quod not.in c.cum ad ſedem.de reſti.ſpol.de hoc etiam bonus tex.in l. Aurelius.§. legatum. & l. fi. §. fi.de lib. leg.vbi diſpoſitio facta per verba præſentis temporis, licèt non extendatur ad futura æquè principalia, bene extenditur ad futura acceſſoria eorum quæ erant tempore diſpoſitionis. De his autem quæ habentur hic in ſecunda glo.magna,dic vt infra dicam proxi.§.

ADDITIO.

a Fututa. An verba ſtatuti præſentis temporis trahantur ad futura,uide per Alexand.conſi.109.iij.lib.

---

1 *Quare ſtipulatio venditoris,de qua hic,porrigatur ad damnũ cõtingens. poſt, & ſtipulatio emptoris non porrigatur ante traditam rem.*

1 §.**Emptor prędij.** †Stipulatio emptoris de damno infecto interpoſita ante traditionem rei non porrigitur niſi ad damna contingentia poſt traditionem.Sed ſi contingant ante,ad illa non porrigitur:ſed bene poſſunt illa repeti à venditore,ſi fuit negligens in faciendo ſibi caueri.Si autem non fuit negligens, etiã ad illa porrigitur ſtipulatio,ne emptor in damno remaneat.Hoc primo, ſed ſtipulatio vẽditoris porrigitur non ſolum ad damna obuenientia ante traditam,ſed etiam obuenientia poſt.hoc ſecundo.Sed ſi vterque fuit ſtipulatus,tunc ſtipulatio uenditoris porrigitur ad obuenientia ante dũtaxat,& ideo facta traditione finitur ſtipulatio emptoris, & tunc incipit competere ad damna contingentia poſt.h.d.iſte.§. difficilis,quem diuide in tres partes,ut patet ex ſummario. ¶ Primo quando ſolus emptor fuit ſtipulatus ante traditionem vſque ibi,{ſed ſi venditor.} ¶Secundo, quando ſolus uenditor, uſque ibi,{quod eſſet iniquiſſimum.}Tertio,quando uterque. Item prima pars ſubdiuiditur,quia primo loquitur,quando emptor fuit ſtipulatus,uenditor verò ſtipulari neglexit, & ſic fuit in culpa vſque ibi,{ſed quid fiet.} ¶Secundo quando in nulla culpa fuit,vſq; ibi,{ſed nihil.} ¶Tertio,reddit ad primum caſum, quando fuit in culpa.Et gl.j.quæ ponit caſum ſecundum Irnerium,non intellexit iſtum tex.quia ponit,ꝙ emptor fuit ſtipulatus à uenditore de dãno infecto.Tu dic,ꝙ imo fuit ſtipulatus a tertio,cuius domus minabatur ruinam ſupra rem emptam.In glo.j. in prin.ibi. {ſi ante traditionem ſit ſtipulatus.}& ſic antequam haberet dominium, vel ius in re licèt haberet ad rem,ſupple, & damnum ſit datum, ſimiliter ſi ante rem traditam,& poſtea res deteriorata tradatur, quęritur de pluribus.Primum eſt utrum emptor poſſit hoc damnum recuperare virtute huius ſtipulationis à domino domus ruinoſæ, & ad iſtam quæſtionem reſponde in ver.ſed nihil, quòd non.quia ad hoc damnum iſta ſtipulatio non proficit. ¶Secundo quęritur, ad quod ergo damnum proficit? & reſpondetur, quòd ad illud quod euenit poſt traditionem, quia tunc datur in re ſua, & hoc ſequitur, (cautum habebit &c.) & etiam in uerſi. ſed nihil,ibi,(niſi id,quod poſt traditionem,&c,) ¶Tertio quæritur,an iſtud dãnum contingens ante rẽ traditam,patietur iſte emptor ex quo non poteſt recuperare a promiſſore ex ſtipulatione? & reſpondetur quòd non,ſed recuperabit ipſum a uenditore actione ex empto,ſi potuit ſtipulari,& non fuit ſtipulatus de dãno infecto, nam licèt periculum poſt uenditionem perfectam contingens ſine culpa uenditoris pertinet ad emptorem, ut l.neceſſario.de peric. & commo.rei uendi. Venditor tamen tenetur antequam tradat cuſtodiam & diligentiam habere, ut in ſua re propria,& ſic debuit ſtipulari ad commodum emptoris,quod ſi non fecit, tenetur ratione culpæ, & hoc ſequitur in uer.uenditorem autem,& etiam in uerſi.ſed nihil. ibi, (quia dum in uenditoris cuſtodia eſt, &c.) Et ex hoc ſequitur ratio primi dicti,quia poſtquam poteſt recuperare a uanditore per actionem ordinariam,non recuperat a promiſſore,qui tenetur ex ſtipulatione interpoſita,iure extraordinario,& hoc habetur in d. verſ. ſed nihil. ibi,(& quod alia actio queri poteſt,&c.) ¶Quarto & ultimo quęritur,quid ſi uenditori non poteſt negligentia imputari, an emptor patietur hoc damnum? & iſta quęſtio ponitur in uer.(ſed

quid

quid fiet.)poſtea in uer.(an & hoc.)obijcit contra quæſtionem, quia videtur fatua,quia hoc damnum non contingit de directo in re emptoris,ſed venditoris,ergo emptor non patitur hoc dãnum.ſed rñdetur,ꝙ non eſt fatua, quia licèt verum ſit hoc directò,per indirectũ tamen deuoluitur ad emptorem, quia vẽditor tradet rem deterioratam,& emptor contra nullum habebit regreſſum,& finaliter dimittit iſtam quæſtionem inſolutam.gl.autem intelligunt,vt velit dicere,ꝙ ſit damnum emptoris, q̃a a nullo recuperabit,& ꝙ ſi non fuit adhuc emptor ſtipulatus,& vellet ſtipulari pro vtroque tp̃e, licèt aduerſarius poſſet promittere ſi vellet,tñ ſi non vult,non cogitur promittere pro tempore ante traditam,etiam ſi venditor erat in ſtatu,ꝙ nulla culpa ſibi poterat imputari,vt quia erat abſens cauſa reipublicæ. Doct.tenent contrarium in vtroque dicto,ꝙ iſto caſu cogitur promittere ſpecificè,etiam pro tempore ante traditam, & ſi promiſit ſimpliciter,talis promiſſio extenditur etiam ad illud tp̃s, ne emptor remaneat in damno,quia tunc ceſſat ratio poſita in verſi.& quod alia. & ſic patet,ꝙ augetur virtute ſtipulationis ex accidẽti,nam licèt à principio non comprehenderetur niſi damnũ contingens poſt traditionem,vt in princ.§.ex poſt facto.tamen incipit comprehendere etiam contingens ante, ſi venditori non poteſt mora imputari. ¶Sed contra de §.præcedenti ibi,{non augeri,&c.} ſed ibi non augetur ad rem penitus diuerſam,hic verò ad eandem, quia iſte caſus erat implicitus in ſtipulatione.ar.ſ.ſi ex noxa.cau.agatur.l.fin.
2 ¶†In tex.ibi,{ſed ſi venditor interpoſuit.}ſubaudi tantum,nõ autem emptor,ſed quæ eſt ratio,ꝙ ſtipulatio venditoris porrigitur ad damnum contingens poſt,& ſtipulatio emptoris non porrigitur ante traditam.reſpondetur,ꝙ facilius deſcendit in ſucceſſorẽ, q̃ aſcendat in authorem,vt l.ſi a te.§.fi.de excep.rei iud.non tamẽ intelligas,ꝙ ſtipulatio venditoris proficiat ipſo iure ſine ceſſione emptori,licèt gl.hoc dixerit ſ.e.l.ſi quis miſſum.§.fi. immo requiritur ceſſio,vt ibi dixi,& ita Doct.intelligunt & glo.In tex.ibi, {qđ eſſet iniquiſſimum.}ſ.vt extendatur ad damnũ ↄtingens poſt traditionẽ,nam ſic poterit ↄtingere,ꝙ promiſſor tenebit duobus.ſ. emptori & venditori,ſi vterque fuerit ſtipulatus, & etiã occaſione eiuſdẽ damni.ſed reſpondetur non eſſe verum,quia iſto caſu ſi emptor fuit ſtipulatus,ſtipulatio venditoris non porrigitur ad dãnum contingens poſt traditionẽ,q̃a non eſt neceſſe cũ emptori ſit prouiſum ex ſua ſtipulatione, ſed ſolum ad contingens ante,& ſic facta traditione,finietur illa ſtipulatio venditoris, quia ſua amplius non intereſt,& ipſe fuit ſtipulatus intereſſe, procedit ergo illud,quando ſolus venditor fuit ſtipulatus, quia eſt vtile emptori, ꝙ ex ſtipulatione venditoris ſibi ceſſa poſſit conſequi damnum contingens poſt traditionẽ.Et ex his omnibus patet clariſſimè diſtinctio gl.magnę,& ẽt quid debeat dici in quæſtione, q̃ format gl.in §.præcedenti,quæ incipit.{ſibi factæ.}

---

1 *Quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium inſpicitur principium,& non finis.*
2 *Si quis fuit mortiferè vulneratus in uno menſe,& moriatur in alio,debet in accuſatione poni menſis vulneris,quaſi in illo mortuus fuerit & tũc.*
3 *Si facta fuit pax de tali vulnere, cenſetur etiam facta de homicidio,quaſi idem ſit cum vulnere.*
*Quòd poſſit quis accuſari de homicidio,& inquiri etiam antequam vulneratus ſit mortuus.*
4 *Si fuit formata inquiſitio ſuper vulnere,& interim ſit mortuus,poteſt ſequi condemnatio de homicidio.*
*Si teſtes intra terminum datum ad probandum iurant, quòd poſſint examinari poſt terminum.*

1 **§.Sabini ſententia.** †Quãdo finis habet neceſſariã conſequentiam ad principium inſpicitur principium,& nõ finis.ad hoc ſemper allegatur.
2 Cõcor.l.iij.§.Scio.ſ.de mino.dic vt ibi.†Allegatur iſte tex.ad multas quæſtiones.primo,ꝙ ſi quis fuerit mortiferè vulneratus in vno menſe,& moriatur in alio, dic ꝙ in accuſatione debet poni
a menſis vulneris, quaſi in illo mortuus fuerit, [a]& tunc.¶†Item ꝙ
3 ſi facta fuit pax de tali vulnere, cenſetur etiã facta de homicidio, quaſi idem ſit cum vulnere.¶Item ꝙ poſſit quis accuſari, & in-
4 quiri de homicidio,etiam anteq̃ vulneratus ſit mortuus. ¶†Itẽ ꝙ ſi fuit formata inquiſitio ſuper vulnere,& interim ſit mortuus, poteſt ſequi condemnatio de homicidio. ¶Item allegatur,ꝙ ſi teſtes intra terminum datum ad probandum iurant,poſſint exa-
b minari poſt terminum,[b]quaſi depoſitio referatur ad iuramentũ. De his omnibus vide hic per Bar.Et adde hic per Bal.in l.ii,C.de libertis,& eorum liber.& quantum ad dictam quæſtionem de pace,vbi reprehendit hic Bart.¶Item vide in l.ſi quando.C. de teſtibus per Bartolum in illa queſtione de teſtibus.& etiam quod no. ꝑ Bartolum in l.fideiuſſores magiſtratuum, ꝭ.de fideiuſſ.& Ioan. And.in c.factum legitimè.de regul.iur.lib.vj.

ADDITIONES.

a ¶Mortuus fuerit.Adde ut per Alex.ↄſi.24.j.lib.vbi multa ponit in ſimili,
b ¶Poſt terminũ.Lud.Rom.conſi.453.multum latè examinat hũc articulũ ibi vide,& vide ẽt quod voluit Matth.not.ſuis,vbi ponit ſi accuſatur teſtis de falſo,quis locus in accuſatione poni debeat.

---

1 **§.Si vicinas ædes.** †Cõtumacia commiſſa in vna re non extenditur ad aliam rẽ. h.d.Sic & commiſſa in vno articulo non extẽditur ad alium. Sed debet iterum citari,vt no.in c.eum qui.de dolo & contu. lib. vj. ¶In fi.tex.ibi,(tu in mearum.)intelligo non pro illis, in quarũ poſſeſſionem ego miſſus fui ꝑ ꝑ tuam contumaciam,q̃a illas habuiſſes pro derelictis patiendo me immitti,& ſic non intereſt tua tibi caueri pro illis,cũ dominium illarum ad me pertineat,ſi fui miſſus ex ſecundo decreto.Intelligitur ergo,quando petebas tibi caueri pro alijs ædibus,non pro illis eiſdem de quarum vitio petebã mihi caueri,ſed nec ad alias potes petere tibi caueri pro uitio illarũ,in q̃bus fui miſſus,q̃a cũ in illis denegaueris mihi caueri,ego ſimiliter tibi denegare poſſum,ut ſ.eo.l.qui bona.§.ſi quis quia.

---

1 *Actio in factum,quæ oritur ex prohibitione,contra quos detur.*
2 *Ad recuperandam detentationem etiam licitam non datur interdictũ unde ui,ſed officium iudicis ſicut pro ipſa detentatione.*

1 **§.Si pupillus.** †Actio in factũ quę oritur ex prohibitione datur ẽt ↄ pupillum, ſi ipſe prohibuit immiſſum,& erat doli capax.Item ex facto procuratoris habentis ſpeciale mandatum,datur ↄ dñm.Itẽ datur nõ ſolum ſi ꝓhibuit miſſum ex primo decreto uenire in poſſeſſionem,ſed etiã ſi miſſum ex ſecundo,licèt ſuccurratur ẽt alio remedio. ſ.per publicianam,uel per interdictũ, (unde ui.) Iſta tamen remedia cum ſint omnia rei perſecutoria,ſi actũ fuit uno, & obtemperatũ, nõ põt agi ex altero.h.d.uſque ad §.fi.q̃ incipit,(ſi procurator.) ¶In tex.ibi.(alioquin.)Expone.i.quãuis in hoc qñ erat miſſus ex ſecũdo decreto habeat etiã alia remedia.ſ.interdictum, unde ui, ſi expellatur,& etiã publicianam ſi facta fuit immiſſio ↄ non dñm,& ſi ↄ dñm haberet rei uendicationem. unde videbatur, ꝙ poſtq̃ habebat iſta remedia ordinaria,non daretur ſibi hæc actio tanq̃ ſit extraordinaria.ſed certè ad diuerſa competunt,quia actio in factũ datur ad emendationẽ damni,ac ſi ſtipulatio fuiſſet interpoſita,ut ſ.e.l.ſi finita.§.fi.Sed interdi. vnde ui, datur ad recuperandũ poſſeſſionẽ rei,in qua fuit immiſſus.Itẽ publiciana dat̃ ad declarãdũ ſe eſſe quaſi dñm,rei uendicatio ad declarandum ſe dñm.Poſſunt ergo concurrere in origine iſta remedia, uidelicet ordinarium cum extraordinario,ut dixi ſ.eo.ti l.in prouinciali. §. j. ſed ſi ſic eſt,quare non concurrunt etiam in executione,poſtq̃ competunt ad diuerſa? Rñdeo, quia non debet conſequi emendationẽ dãni,& etiam rem ruinoſam,ſed debet eſſe altero contentus, nã & dñs rei ruinoſæ uel cauere tenetur,& damnum emendare,uel domo ruinoſa carere,non aũt ad utrunque ſimul,vt ſ.e l.hoc amplius.poſt princ. ¶Innuit ergo iſte tex. ꝙ miſſus ex primo decreto nõ habet iſta remedia,& ideo minus eſt dubium, ꝙ datur ſibi actio in factũ,& hoc tenet gl.quæ incip.(ex ſecundo decreto.) in
2 fi.ex qua no.†ꝙ ad recuperandam detentationẽ ẽt licitam, non
a datur interdictũ vnde vi,[a]qđ not benè,tñ dat̃ officiũ iudicis,ſicut ꝓ ipſa detẽtatione retinẽda,ut l.Aquilius Regulus.in fi. ꝭ. de dona.& ꝭ.quib.ex cau.ĩ poſ.ea.l.hęc aũt.§.fi.& l.j.§. neceſſariò. & qđ ibi ꝑ Bar.ſ.ſi mulier uentris noĩe.facit l.ſi de poſſ.C.de tranſact.

ADDITIO.

a ¶Vnde vi.Facit qđ voluit Ro.dec.ſuis,de reſtitu.ſpol.ĩ nouis,ꝙ monacho ſpoliato a p̃lato de prioratu annali non ↄpetit interdictũ vnde vi, ſecus ſi eſſet ſpoliatus de prioratu ꝑpetuo.ad qđ vide quod voluit Ro.cõſ.150

---

1 **§.Si procurator.** †Ex ſtipulatione prætoria interpoſita per procuratorem pro curatorio nomine,acquirit̃ dño utilis actio ſine ceſſione,ad hoc allegatur,ſic ex iudiciali etiam ſi nõ eſſet prætoria per l.in cauſę.in fi.de proc. ¶Idem ſi nec eſſet prætoria,nec iudicialis,eſſet tamen interpoſita ſuper re domini,uel domino præſente,ut l. quod procurator ex re ſ.de procu.& ꝭ.de uer.obl.l.ſi procuratori præſentis.regulariter ſecus,quia requiritur ceſſio, & actio, & obligatio quæritur ipſi procuratori,ut l.poſſeſſio quoque.§. & ſi poſſeſſio. de acqui.poſ. ꝭ.& hoc ſi fuit ſtipulatus ſibi procuratorio nomine dñi,conferendo uerba obligationis,& executionis in ſuam perſonam,quo caſu ſtipulatio eſt ualida,vt no.in l.huiuſmodi. in prĩ. de leg.j.ꝑ gl.ſi uerò conferres uerba obligatiua uel executiua in pſonam dñi,ut promittis tali dño meo,uel ꝓmittis mihi dare tali,habeant locũ not.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.cum §.ſeq. ꝭ. de uer. obl.q̃a tunc non uideretur ſtipulatus ut procuratori.

---

LEX XIX.

1 **EOdem qui bona** †Ex proceſſu agitato ↄ unum non fit
a præiudicium alteri abſenti,& non citato.[a]h. d. ſcdm unum intellectũ,quem tene menti, & iſte mihi placet

ADDITIO.

a ¶Non citato.Adde vt per Alex.latè in l.ſæpe.de re iud.

cet per tex.qui dicit,(non corrumpitur.)& ſic ipſo iure ius illius ſeruatur.facit quod not.in l.ſi deſerta.C.ſi propter pub.penſi.& l. cum miles.§.fi.ſ.quib.ex cau.maio.& l.in cauſæ.la prima.§.interdum.cum ibi not.ſ.de mino,qđ no.Cyn.in l.j. C.de aduo. diuer. iud.ante fi.& c.inter quatuor.cũ ibi not.de maio.& obed. & vide Inn.in c.cum in cunctis.de conceſ.præben.in fi.& eſt tex. pro hac diſtinctione.in l.iiij.§.fi.de fideicom.li.ſed ſi eſſet citatus, fieret ſibi ꝑiudiciũ mero iure,vt etiam in dictis iurib.not,ſi tñ erat abſens cã reipublicæ reſtituitur in integ,& iſte ẽt eſt caſus huius l. ſm aliam lect.facit ſ.eo.l.ſi finita.§.ſi forte.ſed prima magis placet,quia tunc corrumperetur mero iure,cuius contrarium dicit litera.

## L E X XXI.

1 *Pro re conducta a filiofa.poteſt petere ſibi caueri tam ipſe, quàm etiam pater, ſi vterq; timet damnum,ſed ſi ſolus filius,ipſe ſolus petit caueri.*

2 *Inquilinus an poſſit enũciare nouum opus,& petere ſibi caueri,& quid in vſufructuario,uel ſuperficiario.*

1 SI filiusfamilias. †Pro re conducta a filio fa.p̃t petere ſibi caueri tã ipſe q̃ ẽt pater,ſi vterque timet damnũ,ſed ſi ſolus filius,ipſe ſolus petit caueri.h.d.ĩ effectu. Et primo loq tur qñ timebat̃ damnũ in rebus mobilib.inuectis in domũ conductã,vſque ibi,{niſi ſit.}Secundo,qñ non timebat̃ in illis,q̃a nulla erant,ſed timebatur in ipſa domo conducta,quo caſu ipſe conductor tanq̃ procurator locatoris debet facere ſibi caueri de dãno infecto,ſi pōt,al's tenetur de negligẽtia locatori,ſicut tenetur vẽditor anteq̃ tradat rẽ.vt ſ.eo.l.damni.in §.emptor. ſi ergo ſolus filius tenetur ex ꝯctu ipſi locatori,quia fuit ſic actũ,ipſe ſolus petit caueri,& ſi non cauetur ipſe ſolus immittitur.Si aũt tenetur ẽt pr̃ de peculio,qđ eſt qñ aliud non fuit actũ, tunc ẽt pr̃ peteret,licèt hoc in tex.non dicatur,ſed innuit̃ a ꝯrio ſenſu : ſic ergo patet ex iſto fine ſm dictum intell'm,quem ẽt ſentit gl.magna, ꝙ inquilinus cenſetur procurator locatoris,ſicut vſufructuarius, vt l.j.in fi.ſ.tit.j.Sed ꝯ.de l.in prouinciali.§.ſi ego. eo.tit ibi, dum dicit, { ꝙ quaſi inquilinus ſum,&c.}per quem Bar. ibi tenet ꝯrium, ꝙ non cenſeatur procurator,& ſic non poſſit nũciare , & per ꝯñs etiam nec petere cautionem iſtã.Sol.ergo tenetur adhibere diligentiã, vt denunciet locatori,ꝙ petat ſi videt periculũ, vt l. videamus.§. item proſpicere.ſ.loca.& ita vr̃ ibi tenere Bar.ſed hic videtur dice
2 re ꝯrium,& modo reminiſcitur de eo,quod ibi dixit † & iſte tex. facit ꝯ illud dictũ. Poſſumus dicere , ꝙ ſi dñs eſt præſens, ſufficiat denunciari ſibi ꝙ faciat,ſed ſi eſt abſens,vel impeditus tunc ipſe inquilinus poterit nunciare nouum opus,& etiam petere ſibi caueri per iſtum tex.cum gl.qđ ꝑpetuo tene mẽti', vſufructuarius vero,& ſuperficiarius,quia habent ius in re,poſſunt indiſtincte hoc facere,& debent hoc facere procuratorio nomine, al's tenetur de negligentia,tene menti iſtum tex.ſic intellectum . Quando aũt timetur damnum in rebus mobilibus inuectis,dic vt hic in gl.quę incipit,dic diſtinguendum.

## L E X XXII.

1 SI proprietarius. ¶† Si proprietarius cauit,vel ſoluit aliquid niſi fructuarius ꝯferat ſibi ꝓ rata,vſufructuarius pōt illũ prohibere frui.Et econuerſo ſi fructuarius cauit, & ſoluit,niſi conferatur a proprietario pro rata proprietatis, poteſt mitti in poſſeſſionem proprietatis ex primo & ſecundo decreto, dic vt C.eo.tit.l.hoc amplius.§.fina.

## L E X XXIII.

1 *Pro uitio operis quod fit in flumine publico,ſi fiat ad utilitatem priuatã, & interueniente publica authoritate,ſatiſdatur.ſed pro uitio ſoli nõ ſatiſdatur,nec etiam repromittitur,ſed ſuperior poteſt adiri, ut inhibeat opus fieri,ſi damnum ab alio timetur.*

2 *Proprietas fluminum an ſit communis,uel publica,& quæ ſit differẽtia.*

2 *An poſſit quis facere molendinum ſupra aquam fluminis ex concatenatione nauium,ſine authoritate publica.*

3 *An quilibet poſſit nauigare,& piſcari ſine authoritate publica.*

4 *Si quis ædificat in flumine publico etiam de licentia reipub. uel illius qui rempub.ibi adminiſtrat dominium directum non eſt ædificantis,ſed reipub.licèt ipſe habeat vſum ſeu dominium vtile,ſi hoc fuit actum per cõcedentem,& quis effectus reſultet ex hoc.*

1 FLuminum. ¶† Pro vitio operis qđ fit in flumine publico,ſi fiat ad vtilitatẽ priuatã,& interueniente publica authoritate,ſatiſdatur,ſed ꝓ vitio ſoli non ſatiſdat̃,nec ẽt repromittitur,ſed ſuperior pōt adiri,vt inhibeat opus fieri,ſi damnũ ab alio timet̃.h.d.vſque ad §.adijcitur ſm intellectũ,quẽ puto verũ.Et ſic totus tex.loquit̃ qñ fiebat opus ad priuatã vtilitatẽ. Sed Bar.intelligit vt loquat̃ vſq ad §.q̃d ergo,qñ ad priuatã vtilitatẽ,poſtea vero ad publicã,ſed tex.non patit̃,q̃a loquit̃ continuatiue. ¶Diuide ergo melius,quia primo præmittit duo ad euidentiam vſque ibi, {propter quod.} Secundo decidit dubium de quo quæritur, & deciſio continet duo vel tria.Vnum,ꝙ cauetur pro uitio operis. alterum ꝙ iſta cautio eſt de fideiuſſoribus, alterum ꝙ pro vitio loci non cauetur,& reddit̃ rõ uſq ibi,{ad ea igitur . } Ibi declarat̃, qñ cauetur pro vitio operis & loci,& qñ fit in priuato vſque ibi, {q̃d ergo.}Ibi quarta,in qua conſuluit quid fieri debeat,qñ timet̃ damnũ ex vitio loci publici,ꝙ opus fit a priuato vſq; ibi,{ſed q̃d.}
2 Ibi quinta in qua determinat vnũ dubiũ circa ꝓdicta.¶†In gl.ibi,(nam flumina.)ideſt proprietas fluminũ nõ eſt cõis , ſed publica, licèt vſus ſit cõis.eſt aũt longa dr̃ia,quia ea q̃ ſunt cõia,conceduntur occupantibus,vt volatilia cœli.& piſces maris,vel fluminũ,& aqua de cœlo cadẽs,& ẽt mare,& littora maris, ſed ea quę ſunt publica,nõ concedunt̃ occupantib.& flumina perẽnia. Hæc enĩ ſunt publica,vt ). de flu.l.j §.ij.& viæ publicę,& forũ,uel theatrũ, licèt uſus ſit cõis.Ex eo igitur,quia proprietas non eſt cõis, & ſic non conceditur occupanti,non eſt licitum in flumine publico ẽt non nauigali ædificare molendinũ,uel cluſam, ut ædificium tangat ſolũ,ſeu alueum,niſi interueniente authoritate publica,vt hic in uerbo,(publicę,)licèt quidam intelligant in flumine nauigabili, ſed eadem rõ eſt in non nauigabili,& ſi ꝯ fieret,pōt reſpublica inhibere,vt ). ne quid in lo.pub.l.ii.§.ſi quis nemine.verſi.ſi tñ nullũ. & qđ fcm̃ eſt ſine eius authoritate,deſtruere pōt,ſicut licèt priuato de eo quod fcm̃ eſt in ſuo,& per ſe poſſeſſo, ut l. quemadmodũ.§.j.ad leg.Aquil.niſi ſit fcm̃ in loco publico exiſtente in ciuitate,ne ruinis vrbs deformetur,ut d.§.ſi quis nomine,uel ſi nõ uult deſtruere,pōt illi iniungere onus ſoluendi aliquid annuatim rõne ſoli,ut in d.§.ſi quis nemine.& dñium directũ ædificii eſt reipu
3 blicæ,cum cedat ſolo,ut not. ). in gl.iij.¶ † Sed ſi ædificando tangeret ſolũ,ſeu alueum,ut contingit Romæ,quia fiunt molendina ſupra aquã ex ꝯcatenatione nauiũ,bene licet hoc facere ſine authoritate publica,quia ſolũmodo utitur aqua & uſus eſt cõis, & vſusfructus cõceditur occupanti,ut hic,ſi non tenderet in præiudicium alterius,ut l.quominus. ). de flum.Ex eo aũt,qđ dixi uſum eſſe cõem,ſequitur ꝙ quilibet pōt nauigare,& piſcari ſine authoritate publica.¶Si aũt uellet aquam ducere de flumine,diſtinguit̃ an ſit nauigabile,uel non, ut d.l.quominus.Dic melius,ꝙ aut uult ædificare ſuper flumine.Aut ex illo aquam ducere ad locũ ſuum & ſuper illo canali ędificare.Primo caſu,ſi uult ędificiũ fundare in alueo, non poteſt quodcunq; ſit flumen ẽt non nauigabile , quia alueus cuiuſliber fluminis eſt publicus.Aut non uult fundare in alueo,ſed ſuper aquam conſtruere,ut fit in flumine Padi, & tunc non pōt,ſi flumen ſit nauigabile,quia ẽt uſus aquæ eſt publicus,ſicut alueus,qñ flumen eſt nauigabile.& non conceditur occupãti.Sed ſi flumen non eſt nauigabile,uſus aquę nõ eſt publicus,ſed cõis.Ideo liceret ſuper aquam ædificare.Scđo caſu qñ non uult
a ędificare ſuper flumẽ , ſed ex illo aquã ducere, diſtinguitur an ſit nauigabile,& non pōt per rõnem prædictam:quia uſus aquæ fluminis nauigabilis eſt publicus,& non cõis.Aut nõ ſit nauigabile, & pōt,quia uſus aquæ talis fluminis cõis eſt,ut ſequitur.¶In gl.q̃ incipit.(ſcilicet publicis.)ibi,(& tunc ędificatum eſt eius , cuius eſt
4 ſolum.) i.publicum.¶†No.iſtam gl.ſingulariter, ꝙ ſi quis ędificat ſolum uel molendinũ in flumine publico, ẽt de licentia reipublicæ,ſeu illius,qui rem publicã ibi adminiſtrat , dñium directũ non eſt ædificantis, ſed reipublicæ , licèt ipſe habeat uſum,ſeu dominium utile,ſi hoc fuit actũ per concedentem, & eſt hoc magni effectus,quia ſi hoc eſt uerũ,pōt reſpublica ẽt ex poſtfacto ipſum arctare ad aliquid ſoluendum annuatim reipublicæ in recognitionẽ ſuperioritatis,quod uocatur ſalarium.ut not in l. ij.§.ſi quis neminem. ). ne quid in loc.publi.nõ ſic ſi fieret dñium directum ſuũ.¶Item nõ pōt alienare ſine licentia reipublicæ ſicut nec emphyteuta.Bar.hic tenet oppoſitũ,ꝙ immo dñiũ directum efficiatur ędificantis per l.pen.§.fin. ). de acqui.rer.do.& hoc qñ ędificiũ eleuatur ſupra aquam,& ſic habet inſtar inſulæ.Si uero totum eſſet ſub aqua,& ſic non haberet inſtar inſulæ procederet iſta glo. Certe iſta ur̃ mirabilis opi.& diuinatio, nec tex. quem allegat bene probat,quia hẽt diuerſos intellectus, ſm diuerſas lecturas,ſed ipſe Bar.in l.quominus.de flumi.in x.q.ur̃ melius loqui, ꝙ ſi ædificans habebat prędium iuxta flumen,& ędificauit in loco, in quo ſi naſceretur inſula efficeretur in ſua rõne uicinitatis,iuxta l.adeo. §.inſula.uer.in flumine. ). de acqui.re.do.ẽt tunc ædificatum efficitur ſuũ ad inſtar inſulæ.Si uerò non habebat prædium uicinũ, uel ędificauit in loco,in quo inſula nata non efficeretur ſua, tunc nec ędificatum efficitur ſuum,ſed uel Reipublicæ,uel illius cuius efficeretur inſula.Ipſe tamen habebit uſum , & ſecundum hoc debet limitari iſta glo.

ADDITIO.

a ¶Aquã ducere.In hac materia vide Are.cõſi.29.Fran.Cur.Pap.ꝯſi.33.Iaſ.in ſua ſolẽni repe.l.quominus.de flumi.eundẽ Paul.conſi.65.Old.conſi.30.

1 §.Adijcitur in hac. †In hac ſtipulatione debet fieri mentio de hæredibus uniuerſalibus ſucceſſorib. & etiã ſingularibus ex utraque parte.

Et debet

Et debet caueri de uitio operis,& de uitio loci.h.d.uſque ad §.ui-
tium.Et intellige ſm Dyn.inquantum loquitur de ſucceſſore in
rem,& ſic ſingulari,ꝙ ex facto eius cõmittitur ſtipl'o ꝯ promiſſo
rem,non ꝯ ipſum ſingularem ſucceſſorē,qui nihil promiſit & ꝑ-
miſſio non trãſit ꝯ eum,vt l.fi.š.de ꝯhen. empt. qđ ēt vult gl. hic,
& econuerſo ſi damnũ datur ſucceſſori ſingulari , in quem non
tranſit ſtipl'o ſine ceſſione,vt ea.l.dãni.§.emptor.& l. iij. §. fi. vſuf.
quemad.cauc.¶Ius vero excipiendi bene tranſit in ſingularē ſuc-
ceſſorem,vt š.de iureiur.l.etiã ſi ĩ rem.& l.ſi à te.§.Iul. ). de excep.
rei iudi. & ꝯ ſingularē ſucceſſorē,vt l. ſi conuenerit.§. fi.š.pro ſoc.
& l.in hoc iudicio.§.fi.cõi diui.& ).de except.rei iudi.l.excep.cum
ibi not. quę omnia plene proſequere per Bar. qui recitat uerba
Dy. ).titu.j.l.ſi tertius.§.ſtipl'o.Item glo.quæ incipit,{not.} ibi, {ſed
argumen.ꝯ.}reſponde ad iſtas duas leges,per id quod infra ſequi-
a tur in gloſ.in fi.nam appellatione ſucceſſoris,[a] cõprehenditur ſuc-
ceſſor ſingularis,quo ad hoc, vt facto eius committatur ſtipula-
tio contra actorem,vt hic,non quantum ad hoc, vt committat̃
contra ipſum ſucceſſorem,vel ipſi ſucceſſori,vt in legibus contra
rijs,quod dic vt ſupra dixi.

ADDITIO.

a ¶Succeſſoris.Succeſſoris appellatione an ueniat ſingula. uide Franciſc.
Curti.conſi.49.

1 *Vitium rei qualiter ſumatur.*

1 §.Vitium autem. ¶†Stipulatio iſta non interpo-
nitur,& interpoſita non com-
mittitur,niſi pro damno contingente vitio loci,vel ædificii,aduer
ſus quod potuit prouideri, & non fuit prouiſum interueniente
aliqua culpa promiſſoris,ēt leuiſſima q̃ nõ cadit actione legis A-
quilię,quæ conſiſtit in non faciendo. Si vero contingat damnũ
vitio,loci aduerſus quod prouideri non potuit , quia erat vitium
nãle,vel non uitium loci , uel operis , ſed caſu fortuito aduerſus
quem prouideri non potuit,vel facto tertij,quem promiſſor pro
hibere non potuit,vel interueniente culpa conſiſtente in facien-
do,quæ cadit in actione l. Aquil. ſtipulatio iſta nõ cõmittitur.h.d.
vſque ad §.fi.huius l.quæ incipit,item videamus . ¶ Et iſtud ſum-
mariũ ſatis põt colligi ex §. Caſſius. ).ea.l.¶Ponuntur aũt pl'a exē
pla,qñ non potuit ꝓmiſſor ꝓuidere,ne damnũ daretur. Primo,
qñ intrauerat nãle,ꝯ qđ non erat reparatio , vt in iſto §. aliud qñ
caſu fortuito ex improuiſo ueniente,vt in §.hęc ſtipl'o.& in §.Ser
uius.& §.idem Seruius.& §.item apud uicinum. cum ſeq.Vel qñ
facto tertij quem promiſſor non potuit prohibere,ut in §. q̃ quã.
Qñ aũt culpa conſiſtente in faciendo,quæ cadit in actione l.Aqui
lię loquitur §. pręterea. Si aũt accidit uitio loci, vel operis, & po-
tuit prouideri,& poſito ꝙ non,niſi per diligentiſſimum, vt qñ vi-
tium paulatim venit ſubtus aquam,tunc bene cõmittitur ſtipl'o,
licèt non ſit niſi leuiſſima culpa, ut in §. idem Seruius. ver.ſi autē
2 aqua.Et adde quod hr̃ š.eo.l.damni.§.ei qui.& qđ ibi dixi.¶†Not.
in iſto §.j.qualiter ſumatur vitium rei,quia pro eo qđ non eſt nã-
le,ſed accidentale,& ſic aduerſus ipſum põt reparari, non ſic in vi
tio perſonæ,nam tunc econuerſo illud dr̃ vitiũ perſonę quod eſt
nãle,& irremediabile,vt cæcitas,ſurditas & ſimilia . illa vero quæ
non ſunt nãlia,ſed accidentalia,& põt aduerſus ea reparari , pro-
prie non dñr vitia,ſed morbus , ſeu morbi , vt š.de ędil.edic.l.j.§.
ſed ſciendũ.¶Item aduerte,quia gl.intelligit iſtũ primũ §. qñ in lo
co paluſtri,vel arenoſo non erat ædificatũ,& ſic timebatur dam-
nũ ſolum de loco,& uitio nãli,ſed ſi erat ibi ædificatum, uel uole-
bat quis de nouo ædificare,& damnũ nõ timebatur,niſi ꝑꝑ uitiũ
loci,quod euenire uериſimiliter non poterat niſi ꝑꝑ ædificium ſu
perimpoſitum,tunc bene deberet caueri,& cautio ſimpliciter in
terpoſita cõmitteretur ex damno contingente tali uitio , licèt eſ-
ſet irreparabile,& hoc vult gl.quæ incipit .{nunc de ſolo . } quam
tenent oẽs,& eſt notabilis,quia quotidie põt contingere,ſi habet
ortum tuum,vel fundum iuxta meũ,& ego timeo ꝙ aliqua pars
de tuo ruat ſupra meũ,ſi nõ eſt ibi ædificatũ, diſtinguitur vtrũ du
bitē ex uitio nãli,vel accidentali.Et primo caſu non poſſum pete
re mihi caueri,ſecus ſi ſit ibi ædificatum,vel vis ædificare . ¶ Vlti-
mo in §.præterea.eſt una glo.ſuper uerbo. {furnarij.} quę melius
cadit in §.item videamus.cum §.ſeq.

1 *Stipulatio hæc quando non committatur.*
2 *Quilibet poteſt facere in ſuo quod ſibi placet ad ſuam vtilitatem,dum tamen non tangat de alieno,etiam ſi ſuper hoc quod facit,aufert uicino lucrum,quod ex re ipſius facientis ad uicinum proueniebat.*
3 *Si aliquid facio in meo,in quo tu damnum ſentias,uel lucrũ perdas,quãdo poſſis me prohibere,& quid ſi uellē facere foſſam iuxta parietem tuum.*

1 §.Item videamus. †Stipulatio hæc non com-
mittitur qñ ex opere quod
promiſſor facit in ſuo,aufertur ſtipulatori lucrũ , qđ apud ipſum
perueniebat ex re promiſſoris,non de iure debitæ ſeruitutis, ſecꝰ
ſi iure ſeruitutis,uel ſi infertur damnum,quia aufertur illud quod
ex re promiſſoris ad ſtipulatorem non perueniebat.h.d.cum dua
bus legibus ſeq. vſque ad l.plures.¶Et primo loquitur qñ aufert
lucrum,quod proueniebat ad ſtipulatorem nõ iure ſeruitutis,vſ-
que ibi,{ſi tñ.} ¶Secundo,qñ infertur dãnum,quia aufertur illud
quod ad ſtipulatorē non proueniebat ex re promiſſoris , ſed aliũ
de uſque ad l.Trebatius.¶Tertio qñ aufertur lucrũ,qđ prouenie
bat ex re promiſſoris,iure tñ debitæ ſeruitutis , ſm unum intelle-
ctũ,& ſic vr̃ inferri dãnum ¶Quarto in l.Proculus. reddit ad pri-
mũ caſum & ponitur opi.Proculi qui reddit aliam rationem , q̃
2 Trebatius,cuius fuerunt oĩa dicta ſuperiora.†Et not.iſtas leges q̃
ſunt multũ ſingulares in ſua mã,& ſemper allegantur , ꝙ quilibet
a põt facere in ſuo,[a] quod ſibi placet ad ſuam vtilitatē , dum tamen
non tangat de alieno,ēt ſi hoc faciens,aufert uicino lucrum , qđ
ex re ipſius facientis ad vicinum proueniebat,non ſic qñ facit in
publico,nam non põt auferre vicino lucrũ, qđ ex publico ad ui-
cinum proueniebat,vt ).ne quid in lo.pub.l.ij.§. merito. & hic in
glo.in l.Proculus.ſuper verbo,{faciat.}in fi.quę eſt gl.pen. ¶Item
aduerte,quia intelligo iſtas leges,qñ fuit interpoſita ſtipl'o ꝓ ope
futuro,quia cũ vellem in eo operari, fodiendo , uel ædificando ,
fuiſti ſtipulatus a me de damno infecto,quod poſſet ibi continge
re ex opere meo.Si verò pro opere iam facto, tũc indiſtinctè nõ
cõmitteretur ſtipulatio in caſibus harum legũ,quia hoc damnũ,
uel lucri ablatio non prouenit tibi ex vitio ſoli,uel operis iam fa-
cti.ſed tunc poſſes agere uel l.Aquil.ꝑpter culpam cõmiſſum in fa
ciẽdo ut in caſu, qui ponit̃ in fi.huius l.j.iuxta not. in ea. l.§.ꝑterea.
uel confeſ.qñ ꝯ debitã ſeruitutē,ut in l.Trebatius. in quam ēt ue-
nit intereſſe,vt l.loci corpus.§.in confeſſoria.ſi ſer.vē.in aliis aũt ca
ſibus hic poſitis nullo mõ,quia licite feci. ¶In gl.quæ incipit, {niſi
animo nocendi fecit.}ibi,{tunc enim de dolo,&c.} quaſi dicat gl.
ꝙ ēt tunc non ageretur ex ſtipl'one, licet illicitè fecerim,ex quo
animo nocendi feci,quia ſtipulatio nõ cõmittitur niſi pro dam-
no,ſed hic dãnum non infero,ſed lucrum aufero.h.d. gl.in l.Pro-
culus.quæ incipit.{etiam totã.}in fi.& š.ea.l.§.præterea.in gl.ſuper
verbo,{fur.}in fi.nimirũ ſi actio de dolo non ceſſit, quia pro hoc
iſta actio non cõpetit.Quod aũt gl. ).ſubdit, ꝙ in dubio uideor fe
ciſſe animo nocendi,procedit qñ ex eo qđ facio , conſequor lu-
crum,aliàs non viderer feciſſe animo nocendi, ex quo nihil lucri
conſequor,& tu cõmodũ perdis.& adde ).ti.j.l.ij. §. idem Varus.
3 ¶†In fi.gl.pro declaratione huius articuli,diſtingue,qñ aliquid fa-
cio in meo,in quo tu damnũ ſentias , uel lucrũ perdas an poſſis
me prohibere?dic,ꝙ aut facio aliquid immittendo in tuum , qđ
tangat tuũ.Aut non immittendo qđ tangat,ſed extēdendo ſupra
tuũ.Aut nec immittendo,nec extendendo . Primo caſu , aut im-
mitto nãliter vel artificialiter,puta,tignum,vel trabem,quod per
ſe non deriuaretur in tuũ, niſi me hoc principaliter operante,&
tunc potes me prohibere,quinimo & propria authoritate remo
uere,ſi poſſidebas tuũ,ut l.quemadmodũ.§.j.ĩ ultimo caſu. š. ad l.
Aquil.& l.ſi qñ.§.fi.& l.fiſtulas.ſi ſer.vē. Aut naturaliter,ut ſi habe-
bam inferiorem partē domus,in qua faciebam fumũ aſcendentē
ad partē tuã ſuperiorē,uel econuerſo habebã ſuperiorē partē , &
proijciebã aquam naturaliter deſcendentē ad inferiorē , & tunc
diſtinguitur,an hoc faciebã moderatè ſm exigentiã familiæ, & ſi
potes prohibere,aut immoderatè ultra exigentiã , & tunc ſecus,
& hoc patet ex text.& gl.in l.ſicuti.§.Ariſto.ſi ſer.uen. & ). de in-
iur.l.pe.¶Scđo caſu,qñ extendendo ſupra tuũ,& non tangendo
potes me prohibere,non tñ propria authoritate deſtruere, ut d.l.
quemadmodũ.§.j.in primo caſu.¶Tertio caſu, qñ nec immitten
do,nec extendendo,tunc aut aufero tibi utilitatē,quæ ex meo ad
te non perueniebat,& potes me prohibere,ut in ultimo caſu hu-
ius §.aut illã,quę ex meo ad te perueniebat,& tunc aut iure debi
tæ ſeruitutis,& idem ut in l.Trebatius. ſm vnũ intellectum gl. ibi
poſitæ.Aut non iure ſeruitutis,& tunc aut hoc faciebã aĩo nocē
di,qa nullam vtilitatē conſequebar ex opere,& idē ut ).titu.j.l.j.§
deniq;.Aut principaliter,ut mihi proficerē , & nunc ſecus,licet in
ꝯñam tibi noceat , ut in primo caſu, & in l.Proculus.niſi ſcienter
promiſiſſem contrarium.ut l.Trebatius.ſecundum alium intellm
poſitum in gl.fi. huius.§.per l.damni.§. qui parietem. ).eo. ¶In gl.
ſe.ibi,( non.n.cogendus eram.) Tu dic,ꝙ ĩmo poteram cogi, qñ
uolebam facere iuxta parietē tuũ de dãno , qđ ex foſſione poſſet
recipere paries tuus,per hunc tex, quia uideor inferre dãnum,li-
cet n.paries tuus recipiat firmitatem ex adherentia fundamen-
torũ tuorũ ad ſolum meũ,non tñ vr̃ hr̃e illã firmitatē ex meo ſo
lo,nã eodē mõ ſolũ tuum recipit firmitatem ex adherentia mei.
Et iſta eſt ratio ut puto iſtius ultimi caſus. quem ꝑpetuo tene mē
ti,ſolue ergo contrarium primi caſus ad ultimum , qñ in ultimo
infertur dãnum , ſed in primo aufertur lucrum,& hoc uult gl.in
l.Trebatius.quę incipit:{etiam.}

ADDITIO.

a ¶Facere in ſuo.Adde quod propter hoc uoluit Oldr.conſ.200.

LEX XXVII.

1 *Cautelæ ſeruanda in ſtipulatione,& promiſſione plurium.*
2 *Si ſum dominus fundi pro dimidia,& lego tibi fundum, uideor legare dũtaxat meam dimidiam.*
*Si dixi lego partem fundi,uel partem partis,an videar legaſſe dimidiam dimidiæ.*

Plures

1 PLures earundem. ¶ † Si plures domini ſtipulantur, debent ſtipulari ſimpliciter,& cenſetur quilibet ſtipulatus totum ſuum damnum,ſed ſi adijceret verbum, partis,tunc videretur ſtipulatus partem ſui dãni, & ideo cautela eſt,ꝙ non adijciatur.Si verò plures promittunt , conſilium eſt, ꝙ quilibet promittat pro ſua parte,quia ſi ſimpliciter , uidetur quilibet promittere inſolidum.h.d.¶Et primum dictum intellige ſiue ſtipulentur ſimul & eodẽ tp̃e,ſiue diuerſis.Secundũ autẽ dictum intellige,quando diuerſis temporib.ſi enim ſimul,quilibet teneretur pro parte,etiã iure iſto,per l.reos.§.cum tabulis.ſ. de duo.re.licèt glo.fi.huius legis ſecundum quoſdam,dicat cõtrarium,& male.Ratio autem diuerſitatis inter primum caſum & ſecundũ eſt, quia non poteſt quis pro alio ſtipulari,ideo ſtipulãdo ſimpliciter, videtur ſtipulatus ꝓ ſe tantum,& totum ſuũ damnũ, non autem damnum partis ſocij,ſed econuerſo benè poteſt quis promittere pro alio,& ideo ſi vnus promittat ſimpliciter emendationem damni,cẽſetur promittere totum damnũ,etiam pro eo,quod cõtingit à ſocio ſecundum Dy. ¶ In gl. quæ incipit, { puta partem.} pro declaratione eius opinionis, ꝙ etiã ſi ex parte ſtipulatorum fiat mentio de parte,non videatur quis ſtipulatus partem partis, ſed totũ damnum ſuũ per l.vxori.in prin. de leg. iij. Sol. ſecundũ glo.in fi.verum eſt,ſi dicerem hoc modo,promittis partẽ meam damni,ita ꝙ illud pronomen,meam,eſſet adiectiuum illius verbi,partẽ tũc.n.totum damnũ meũ comprehenditur qđ reſpectu uniuerſalis damni dr̃ pars damni,ſed ſi dicerem , promittis partẽ damni mei,ita ꝙ illud pronomen,mei,non ſit adiectiuum uerbi, partem,ſed uerbi,damni, tunc uideor ſtipulatus partem partis, ſcilicet damni mei,ita debet intelligi iſte tex. idẽ ſi dicerem,pro-
2 mittis partem damni contingentis in mea dimidia. † Et iſta inducuntur ad quæſtionẽ.Si ſum dominus fundi pro dimidia,certum eſt,ꝙ ſi lego tibi fundum, videor legare duntaxat meam dimi-
a diam,a vt l.ſerui electione.in fi.de leg.j.¶ Quid ſi dixi lego partem fundi,uel partem partis,videtur ꝙ uidear legaſſe dimidiam dimidiæ.arg.huius l.contrarium dicunt Doct.fauore vltimæ uoluntatis,ꝙ videar legaſſe totam meam dimidiam per tex. cum glo.in l. Lucius.§.filiam.de leg.ij.& ſic illa verba partem partis,ponuntur intranſitiuè pro eodem, id eſt dimidia,quæ eſt pars mea in hoc fundo,prout exponit gl.in d.§.filiã quæ facit quod habetur in l.j. C.de condi.inde p gl.de verbis,quæ ponuntur intranſitiue, quod eſt,qñ duo ſubſtantiua ponuntur pro eodem ut iure conditionis.i.iure,quod eſt conditio,& alibi ex cauſa præteritionis, id eſt , ex ipſa præteritione,quæ eſt cauſa nullitatis, ut in auth. ex cauſa, C.de libe.præter.

ADDITIO.

a ¶Dimidiam.Adde quæ poſui in d.l.ſerui electione.

LEX XXVIII.

1 IN hanc ſtipulationem. † In iſta ſtipulatione uenit intereſſe dãni emergentis,& lucri ceſſantis.h.d.cum l.ſeq.¶In tex.ibi, {ſuſtit.} ſubaudi ut poſſet ſuſtinere ruinam domus proxi.pro qua erat cautio, & intelligo quando promiſſor dominus domus ruinoſæ erat negligens in reparando domum ruinoſam,& ſic ſtipulator habuit iuſtam cauſam faciendi impenſam,vt in fi.huius l.& iſto modo intelligẽdo poterit repetere has impenſas,etiam antequam domus ruat, licèt glo.ij.hic poſita ſuper verbo, {poſſit.} dicat contrarium ſm̃ Rug.ꝙ non niſi poſt ruinam,ſed Dyn.eam reprehendit,per finẽ huius legis,& etiam patet ratio,quia damnificatus eſt culpa promiſſoris non reficientis,licèt domus non durauerit. ergo poteſt petere hoc damnũ, ſed glo. poſſet procedere , ſi promiſſor noncrat adhuc in mora reparandi.¶In tex.ibi, { cum propter uitium communis parietis.} ſupple quem alter ſocius ędificando premebat,ſm̃ Dy.vel uterque tamen ſtipulator habebat ædificia pretioſiora,in quibus duobus caſibus potuit compellere ſocium ad cauendum,ut ſ.eo.l.inter quos.in prin.& hoc voluit gl. magna, in verbo,(uel dic cauetur.)ſi autem nullus in communi pariete aliquid faciebat,ſed ipſe paries de ſe minabatur ruinã, nec erat pretioſius magis ab uno,ꝙ ab altero,non poſſet petere unus ab altero ſibi caueri,ẽt ſi habeat ædes pretioſiores,ut ſ. eo. l. ſi ædibus, quia hẽt facultatẽ reficiendi.Idẽ ſi uterque ædificabat, tñ alter non habeat pretioſiores ædes,vt ſ.eo.l.damni.§.cũ parietem.

LEX XXX.

1 *Pro opere quod quis facit in alieno,iure debitæ ſeruitutis domino ſoli, nuda promiſſione cauetur.*
2 *Exempla non reſtringunt regulam,ſed declarant.*
3 *Statutum ſi primò ponat regulam,& poſtea exempla,quòd tunc comprehendat etiam alios caſus quàm exemplificatos.*

1 DAmni infecti. ¶ † Pro opere quod quis facit in alieno, iure debitæ ſeruitutis domino ſoli,nuda promiſſione cauet. h.d. Dy.& ꝓcedit determinatio huius legis duob. concurrentibus.ſ.quia ædificat in alieno,in quo habet ius ſeruitutis, & quia cauet domino ſoli pro illo ædificio,quibus cõcurrentib. cauet nuda cautione. Altero vero deficiente poſtq̃ ædificat in alieno teneretur ſatiſdare,puta ſiue hẽt ius in re.ut ſ.eo.l.prætor. in prin.& l.ſi finita.§.deinde.Idem ſi hẽt ius in re,& non cauet ipſi dño ſoli,ſed alteri,vt ſ.e.l.hoc amplius.§.fin.qđ tñ limita, & diſtingue,vt ibi di i. ¶ Et aduerte ꝙ hic eſt una gl. quæ incip. idest de opere.quæ reprehenditur per Doc.ꝙ ſaltem pro uitio ſoli dẽt ſatiſdari dño ſoli,nam hoc non eſt uerũ, cũ ipſe dñs teneatur alteri cauere pro tali vitio,ergo ſibi nõ eſt fauendũ.ar.C. de fur. l. apud
2 antiquos,ſm̃ Iaco.de Rau.¶†Vltimo not.ſi. huius l. quę ſemper allegatur,ꝙ exempla non arctant regulã,ſed declarant, facit l.rẽa. circa fi.de iur.& fac.igno.& l.ſcire oportet.§.pe.de excu.tut.l.ſi in
3 diem.de condi.& dem.in ver. ¶†Sũt ergo diligenter inſpicienda uerba ſtatuti,an primo ponant rẽam,poſtea exempla, & tunc cõprehendunt ẽt alios caſus, q̃ exemplificatos per iſtum text. An non procedat per modũ regulę,ſed diſponendo in quodã caſu, & tunc ad aliũ etiã ſimilẽ non extẽdit,ſi diſponat præter ius cõe, uel in caſu odioſo,ut l.ſi uerò.§.de uiro.ſol.ma.

LEX XXXI.

1 *Procurator de cuius mandato dubitatur,ſi ſcit ſe uerum procuratorem, põt cauere de rato, cum habeat exceptionem, ꝙ quandocunque apparebit ipſum uerum procuratorẽ fideiuſſores non teneantur, & quid ſi hoc non eſſet appoſitum in cautione.*

QVi vias publicas. ¶ Primũ dcm̃ huius l.cum gl.procedit qñ ille q reficiebat uiã publicam, faciebat hoc ad ſuam vtilitatẽ,& tunc cauet,ẽt ſi habeat authoritatem publicam,ideſt licentiam a republica,ut ſ.eo.l.fluminũ.in prin.procedit etiã,qñ hoc faciebat ad publicã utilitatẽ,tñ nõ habebat authoritatẽ.ſ.licentiam.Si uero concurrerẽt iſta duo , ꝙ ad publicã utilitatẽ,& authoritate publica,non teneretur cauere,ut ſ.eõ.l.ſi finita.§.ſi publicam.ſed ſuperior iudex debet mittere ad locũ,ut opifices taliter faciant,ꝙ uicinis non noceãt,ut ſ.ea.l. §. ſi quid uitio.
1 ¶†Scd̃m caſum huius l.no.ꝓ eo qđ dixi ſ.e.l.prætor. poſt prin.ꝙ procurator de cuius mãdato dubitat,ſi ſcit ſe verũ procuratorẽ, põt cauere de rato cũ habeat exceptionẽ, ꝙ qñcunque apparebit ipſum eſſe uerũ ꝓcuratorẽ,fideiuſſores non teneantur.Sed ſi hoc nõ eſſet appoſitũ in cautione,tenerent fideiuſſores ẽt dicto caſu ſaltẽ ad expẽſas litis,qđ plene dic,vt l.ſi ſine.§.cũ autem. & §. Marcellus.ſ.rem ra.ha.& uide ſ.eo.l.inter quos.§.pen.

LEX XXXII.

SI ædibus. ¶ Qui hẽt ius reficiendi domũ ruinoſam,nõ põt petere ſibi caueri de dãno infecto.h.d.Et dr̃ hr̃e ius reficiendi ſocius , qñ domus ruinoſa erat cõis ,q a põt reficere etiam inuito ſocio,ſi refectio erat neceſſaria,ut no. ſ.e.l.in cõi. ſimiliter uſufructuarius dr̃ hr̃e ius,non q a poſſit inuito ꝓprietario. ſed q a ꝓprietario,nõ ꝯdicente,tenetur reficere, aliàs tenetur de culpa, & iõ nec ipſe petit ſibi caueri,ut ſ.e.l.dãni.§.ei cuius.Si uero q̃s nõ tenetur reficere,nec põt inuito dño,ut qñ domus non erat cõis, tũc licèt de facto poſſet reficere dño patiẽte. nõ diceret hr̃e ius reficiendi,nec ꝑ hoc impediretur cautionẽ iſtã petere, alias iſte titulus nunq̃ haberet locũ.¶No.hic in fi.rẽam.ꝙ ubicũq; quis põt euitare dãnum per aliũ modũ,q̃ petendo ſibi caueri nõ põt cautionẽ iſtã petere cõcor.l.ſequen.&.ſ.eo.l.qui bona. §.de illo.

LEX XXXIII.

1 *Qui põt damnum euitare per aliũ modũ,non põt hanc cautionẽ petere.*
2 *Ad petendum cautionem iſtam non competit actio , ſed officium iudicis nobile,& quis ſit effectus.*
3 *Locator an dicatur poſſidere inuecta,& illata in domum locatam.*
4 *Pignoratitia actio licèt re contrahatur, ideſt, interueniente traditione, aliquando tamen etiam ſi nulla traditio interueniat contrahitur.*
*Res obligata ſi ꝑuenit ad creditorẽ licitè,ꝙ hẽat ius retinendi ꝓ debito.*

1 INquilino non datur. † Qui poteſt dãnum euitare per alium modũ,nõ põt hanc cautionẽ petere. Itẽ inquilinus ſi dubitat ruinã domus conductæ, põt
longi tpis cum titulo,ſed per uſucapionem triennii in reb. mobi-

libus acqritur dñium directũ,vt l.traditionib. C.de pac. qđ plene
4 dic,vt in auth.niſi.C.de bo.mater.†Et iſtũ tex.allegat Bar.in l. ſi qs
vi.§.dñia.de acquir.poſ.ꝯ vltramontanos,qui tenent, ꝙ non ſit da
re niſi vnum dñium.ſ.directum.ipſe tenet,ꝙ imo eſt dare ẽt vtile,
vt eſt illud,qđ acquiritur per præſcriptionẽ,vt hic,& id, quod ha-
bet emphyteuta,vel ſuperficiarius, ſed illi dicunt hoc non reperi-
ri iure cautum,licet reperiaẽ,ꝙ habeãt utilem actionem,ſed Bart.
ibi allegat tex.dicentem,ꝙ habẽt dñium,pro hoc allego tex.in au
th.ſi vero domus temporalis.C.de hære Et prædicta in ſeruituti-
bus habentibus cauſam continuam, vel quaſi, vt præſcribantur
longo tempore,ſed habentes cauſam diſcontinuam, vt ſeruitus
itineris, actus, vel viæ ad quarum vſum requiritur factum hoĩs,
non præſcribuntur,niſi tanto tpe,cuius ꝯrij memoria nõ exiſtat,
vt l.hoc iure.§.ductus aquæ.de aqua quot. & æſti. Si tñ non fun-
darem me in tempore,ſed in titulo,vel conſtõne,dicendo, ꝙ cõ
ſtituiſti mihi talẽ ſeruitutem in fundo tuo, nec hoc poſſem aliter
probare,bene poſſem probare longi tpis vſum factum te ſciẽte,
& patiente,per quẽ præſumitur ita eſſe,arg.in l. cũ de in rem ver-
ſo.de vſur.& hoc gl.hic in ver.ſi uero non ex tempore,& clarius
in d.l.ſeruitutes.de hoc dic,vt per Bar.in d.l.cum de in rem verſo.

LEX II.

IN ſumma tria. Si vicinus tenet recipe re aquam de fundo vicini,vel pp ſeruitutẽ impoſitã,vel pp pſcriptã, vel pp nãm loci,ceſſat hæc actio. h.d. in effectu. In text.ibi,{ſeruit.}& per ꝯñs ceſſat hæc. Dy.vt j.ea.l.§.fin. & per illum videẽ hoc limitari,niſi immoderatè aqua lædat,quod no. perpetuo.

1 *Hæc actio competit ut uicinus patiatur me purgare foueam,quam habeo in fundo ſuo iure ſeruitutis.*
2 *Foſſa poſita in confinibus fundi mei & Titij,eſt cõis pro diuiſo, & quare.*
3 *Et quid in curia poſita inter duas domos.*

1 §.Apud Labeonẽ. † Hæc actio competit,vt uicinus patiatur me purgare
foueã,quam habeo in fundo ſuo iure ſeruitutis.h.d.& idem, ſi in
confinibus fundorum,vt in §.ſeq.Et intellige ſanè,ꝙ cõpetit hæc
actio vtilis,non directa,vt j.ea.l.§.item Varus.quia directa datur
ꝯ illum,qui opere manufacto mihi nocet, hic nullum opus fece-
rat,ſed ipſa natura loci,quia foſſa erat repleta, & ex hoc mihi no-
cebat.Item directa datur,vt ille, tollat opus,qđ fecerat,vt j.eo.l.ſi
tertius.§.Titiũ.hæc utilis datur,ut patiatur refici, vel purgari, vel
vt ipſe hoc faciat,ſi vult,& ex his patet ſolu. ad gloſſellã ſuper ver-
bo,{agi poſſe.} quæ incip.{qñ hoc.} In tex.ibi. {nec memoriam
extare.}& ſic erat ſeruitus quaſi naturalis.Idẽ ſi extabat,& ibi erat
iure ſeruitutis impoſita uel præſcripta longo tpe, alias ſi ſeruitus
non erat impoſita,uel præſcripta,non teneretur ille pati,ꝙ reficia
tur,uel purgetur,ut j.ea.l.§.idem Labeo ait ſi in agro. qui uẽ ꝯria-
ri huic,ſm Iac.de Ra.In tex.{uel ut ipſe purgaret.}ſubaudi,ſi uult,
licet cogi non poſſit,ut j.e.l.is cui cum quo.& ſ.eo.l.j.in fi.Et no.
ꝙ hic agit alternatiuè,quia in purgatione poſſet ille, in cuius fun-
do eſt conſequi utilitatẽ,i.pinguedinem terræ,q̃ nõ debet ſibi au-
ferri,ſi non uult,ſed ſi nullam utilitatem poſſet ꝯſeq, nõ ageretur
alternatiuè,ſed tñ ut purgari patiatur,uel refici,ut in l.prẽce.in fi.
Ita intelligit Bar.infra in §.apud Alphenũ.& uẽ fuiſſe de mente gl.
in uerſ. tertij dñt.No.ẽt in §.pterea.ibi.{eam partẽ quæ tibi accidit
2 &c.}unà cum gl.p eo quod dixi.ſ.tit.j.l.qđ cõclaue.qa †foſſa po
ſita in cõfinib.fundi mei & Titii,eſt cõis pro diuiſo, quia illa pars,
quæ eſt ex latere fundi mei a dimidia parte confinium, eſt mea iu
re dñij,& illa q̃ eſt ex latere fundi tui,eſt tua,& hoc uult glo.ſuper
3 uerbo,{magis.} & idẽ†in curia poſita ĩter duas domos,ut ibi dixi.

§.Caſsius aũt. In §.Caſſius.no.duos caſus in quibus ceſſat hæc actio, licet ope manufa-
cto.ſ.qñ fuit factũ authoritate publica,& qñ non extat memoria,
qñ fuerit illud opus factum,quia tunc reputatur quaſi naturale,
& debet uicinus æquo aĩo tolerare,ut ẽt not. j.eo.§.idem Labeo
ait cum quæritur.in j.gl.& dixi ſupra ead.l.in prin.

§.Apud Alphenũ. Vicinus qui habet foſſam iure ſeruitutis in fundo uici
ni,ſi illa foſſa repleta dat damnum, in cuius fundo eſt, cogit eam
reficere.h.d.ſm intel.quem puto uerum,licet gl. & Doc.non po
nant,& ſic ceſſat ꝯrium formatum in glo.mag.pp quod glo.legit
multis modis,ſed ſunt diuinationes.Tu dic, ꝙ illud ꝯrium proce
dit,& ita loqtur gl. qñ dñs fundi dñantis peteret a dño fundi ſer-
uientis,ꝙ reficeret,certè non tenet rl'r,ut ſ.e.l.j.in fi.& l. quoties.
in fi.ſ.de ſerui.& l.ſi forte.§.j.ſi ſer.uen.niſi ꝯrium fuiſſet actum ex
preſſe,vel niſi conſueuiſſet ille reficere tanto tpe, ꝙ eſſet pſcriptũ.
ut not.gl.ſ.ea.l.§.j.uel niſi eſſet ſeruitus oneris ferendi, ut in l.eum
debere colũnam.de ſeru.urb.præd.extra iſtos caſus nihil tenetur
facere,ſed pati,ut reficiatur,ut in §.j. ſ.ea.l.Et interdum põt alter-
natiue,interdum nõ,ut ibi dixi.Hic loquitur eꝯ,qñ dominus fun
di ſeruientis agit ꝯ dñm fundi dominantis, ut reficiat quod põt,
& tenetur,alias condemnatur ad intereſſe,& hoc tene menti.

1 *Hæc actio vtilis datur ut vicinus patiatur refici opus naturale,uel quaſi naturale,vel etiam accidentale,quod iure ſeruitutis in ſuo fundo debebatur,ſi naturaliter fuit deſtructum.*
2 *An cogatur quis pati,ut faciã in ſuo id qđ ſibi non nocet,& mihi pdeſt.*
3 *An poſſim te compellere ad faciendum aliquid,quod tibi non noceat, & mihi proſit.*
4 *Non debet quis facere in ſuo quod ſibi non prodeſt,& alteri nocet, etiam lucrum auferendo.*

1 §.Item varus ait. † Hæc actio utilis daẽ, ut uicinus patiatur refici opus nãle,uel qua
ſi nãle,uel ẽt accidentale,quod iure ſeruitutis in ſuo fundo debe
batur,ſi nãliter fuit deſtructum.h.d.Si aũt non nãliter, ſed facto il
lius,in cuius fundo erat,dareẽ directa,ut ipſe reponeret, & redu-
ceret in priſtinũ ſtatum,ut ſ.eo.l.j.§.ſed & ſi uicinus.Et primo po-
nit hic opi.Vari Iuriſcon.qui diſtinxit inter opus, quod erat nãle,
uel quaſi ex una parte,ut tunc ſi ſit deſtructum, nãliter nõ poſſit
agi,ut ẽt patiaẽ refici,& rõ poniẽ in §.ſeq in uer.Labeo ꝯ.& opus,
qđ non erat nãle,nel quaſi,ſed accidentale, tñ erat impoſitũ iure
ſeruitutis,& poſtea nãliter deſtructum,& tunc poſſit agi,ut patia
tur refici,poſtea ponit opi.Labeonis,q uẽ indiſtinctè dicere,ꝙ ẽt
ſi erat nãle,uel quaſi,poſſit agi uſq; ibi,q̃q̃ ibi poniẽ opi. Pauli au-
thoris legis ꝯcordantis dictas opi.ꝙ non põt agi directa,ut in pri
ma op.ſed utili,ut in ſecunda,& ex æqtate,& idẽ dẽ in §.ſeq.apud
Namuſam relatum eſt,ſed ſi non eſſet nãle,uel quaſi,nec eſſet im
poſitum iure ſeruitutis,non poſſet agi ẽt utili,ut in §.idẽ Labeo.el
2 j.quod declaraui in l.j.§.ſed & ſi uicinus.†Not.in fin.huius §.illud,
ad quod ſemper allegatur,ꝙ cogitur quis pati, ut faciã in ſuo id,
qđ ſibi non nocet,& mihi prodeſt.Intellige hoc ſanè, qđ faciam.
ſ.reficiendo id,qđ prius erat,& ex quo ſentiebam utilitatẽ,& tũc
taliter eſt deſtructũ,ſed ſi uellem facere de nouo, ſecus, ut ſi ha-
bebam fundum inferiorem, & tenebar recipere aquã de tuo ſu-
periori nãliter decurrentem,ut ſ.l.prox.§.fi.& ego uellem facere
unam foſſam in tuo,q̃ reciperet illam aquã, ut mihi non noceat,
certè ẽt ſi tibi hoc non noceat,non compelleris pati,quia ſi etiam
prius facta fuiſſet,non tñ iure debitæ ſeruitutis,nec nãlis, uel qua-
ſi, non teneris pati me reficere,ut in §.itẽ Labeo.multo minus,ꝙ
3 de nouo faciam, † An aũt poſſim tẽ cõpellere ad faciendũ aliqd,
qđ tibi non nocet,& mihi pſit?dic aut illud exigit laborem pſo-
nalẽ,uel impenſam,& non poſſum,ut in hoc §.ubi dẽ, ꝙ poſſum
agere,ut patiaris me reficere,& non ut reficias. Aut non exigit la
borem perſonalem,uel impenſam,& tunc diſtingue plene,ut per
4 Bar.in l.ij.in prin.ſ.ſol.mat.†Eſt & alia regula negatiua, ꝙ non dẽt
quis facere in ſuo,quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet,etiam lu
crum auferendo.ut ſ.l.proxi.§.idem aiunt aquam pluuiam.

1 *Ad probandum operis facti memoriam extare, admittitur probatio de auditu.*
2 *Teſtes an teneantur deponere de tempore actus celebrati.*
3 *Quòd dicatur quis certus eſſe ex uehementi opinione.*
*Teſtis ſi deponit per auditum,ſed non uidit,quia erat cortina media, tamen dicit ꝙ habebat notitiam uocis,an eius dictum ualeat.*
4 *Teſtes regulariter debent deponere de ueritate rei,non de credulitate,niſi in caſibus,in quibus de ueritate non poſſunt deponere.*

1 §.Idem labeo ait cum. † Ad probandũ operis facti memoriam
extare,admittitur probatio de auditu.h.d.& ſp allegatur,& eſt ca
a ſus ſpecialis,rl'r ſecus,quia nõ admittitur,niſi de auditu proprio, a
ut in gl.& uide quod hẽ in l.ſi arbiter.ſ. de probat. & per canoni-
ſtas.in c.quid per nouale.de uerb.ſig.& de preſcr.c.j.in ulti.gl.lib.
2 6.& in Spe.de proba.§.j.uer.ultimo quæritur.uſque in fi.†In text.
ibi,{non diem & conſulem.}iſtud non eſt ſpeciale in caſu iſto,ſed
rl'r eſt uerum,ꝙ teſtes non tenentur deponere de tpe actus cele
brati,& ualet eorum depoſitio,ſi dicant ſe non recordari, niſi ſit
tempus de ſubſtantia actus,de quo quæritur, & quod ueniebat
ad probandum,ut no.in l.ob cãm.§.fin.de teſtib.ſi tñ interrogati
de tpe,ſint uarij,& ponant de diuerſis temporibus redditur teſti-
monium ſuſpectum.Et ideo cautela eſt,ꝙ interrogentur,& hoc
uult gl.ſup uerbo,{memoria.} licet in inſtris ſit neceſſariũ tps. In
tex.ibi,{ſi quid ſciaẽ,} hoc uerbum poniẽ hic dupliciter.ſ. ex certa
ſcĩa,quia uidi opus fieri,tunc proprie dẽ ſcire,uel uehementi opi-
nione,quia audiuit ab his,qui uiderunt,ut ſequitur, {id eſt, ſic fa-
ctum eſſe,&c.}ut in fi.& tunc non eſt proprie ſcĩa,& hoc uult gl.
3 ſuper iſto uerb.ſic.†& alibi dicitur quis certus eſſe ex uehementi
opinione,ut l.ſi qs ita.§.pe.de teſta.tute.& no.in l.ij.§.qđ abſerua-
ri.de

ADDITIO.

a ¶Auditu proprio.Adde duo ſingularia.Vnum ꝙ licet teſtis de auditu proprio,ſiue alieno,non probat,tñ facit indicium & præſumptionem,ita ꝙ transfertur onus probãdi in aduerſarium,ita Arch.22.q.v.c. hoc vẽ aliud ſingulare eſſe,ꝙ omni caſu,quo teſtimonium de auditu valet,oportet ꝙ audiuerit ante litem motam,quia poſt non probat ſm Ar.25.q.vj.c.cõſanguineus.& iſta refert ſing.ſuis Ludoui.Rom. fol.19.& 22. & qñ teſtis de auditu probet,& quando non,uide per Alex.conſi.82.

ri.de iura.calu.C.Et not.gl.quæ incip.{ſic ergo.} in duob. primo, ꝙ valet teſtimonium ſi teſtis dicit, ꝙ Titius ꝓmiſit tali centum, vel ꝙ fuit teſtatus in tali forma,& interrogatus quõ ſcit,rñdit q̄a audiuit qñ promiſit,uel teſtatus eſt, interrogatus ſi vidit teſtatorem,vel promittentem,rñdit ꝙ non,q̄a erat cortina media inter
a ipſum,& teſtatorem.tñ habebat notitiã vocis ᵃ eius.Doc.dñt ꝯriũ in teſtatore,qui pp infirmitatem poteſt mutare vocem, vt not. C.de teſti.l.ſi non ſpeciali.dic vt ibi per Cy.licèt in ꝯhentibus poſ-
4 ſit procedere.†Itẽ no.ex gl.ꝙ regulariter teſtes debent deponere de veritate rei,non de credulitate,niſi in caſibus,in quib. de ueritate non pñt deponere,vt q̄a nõ põt illud ꝑcipi ſenſu corporeo, ſed iudicio intellectus,puta, ꝙ talis ſit filius talis, uel ſuper adulterio,vt not.in l.Lucius.de cond.& demon.

ADDITIO.

a ¶Vocis.Adde,ut per Alex.conſi.47.iiij lib.

§.Idem Labeo ait, ſi. Si vicinus opere manu facto excludit aquã ne ſibi noceat,quam non tenebatur recipere natura loci, vel iure ſeruitutis,licèt ex hoc alteri noceat,non tenetur hac actione h.d.notabiliter & ſingulariter, & limitat totũ iſtũ titu. Et iſte intellectus colligitur ex his,quę not.gl.š.ꝓxi.§.Neratius.q̄ vr̄ ꝯriari huic §.Et pone exẽplũ,vt ⁊.ne q̄d in flu.pub.l.j.§.ſunt qui putant.

1 *Qui tenetur aquam recipere iure ſeruitutis,non habet hanc actionem niſi immoderate lædat.*
2 *Si concedo tibi ut poſſis immittere aquam de fundo tuo in meum,etiam ſi mihi noceat,intelligitur,niſi noceat immoderate.*
*Si eſt data poteſtas arbitro,ꝙ poſſit auferre de iure unius, & dare alteri, intelligitur,ſcilicet moderate,& in parua quantitate, & ſi fuit dictum ꝙ in parua quantitate,intelligitur niſi ſit nimis magna.*

1 §.Illud etiam verum. †Qui tenetur aquã recipere iure ſeruitutis,
2 non habet hãc actionẽ niſi immoderatè lædat. h. d. † Et hóc vltimum ſingulariter not.quia ſi cõcedo tibi,vt poſſis immittere aquam de fundo tuo ĩ meũ,ẽt ſi mihi noceat,intelligit̃ niſi noceat immoderate,& hoc optime facit pro eo q̄d not Bar. in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorũ.pro ſocio.ꝙ ſi eſt data poteſtas arbitro,ꝙ poſ-
a ſit auferre de iure vni,& dare alteri,intelligitur.ſ.moderate, ᵃ & in parua quantitate, vt l. ſi de meis. §. recepiſſe. š.de arbi.& ſi fuit dictũ,ꝙ in parua & magna quantitate,intelligitur niſi ſit nimis magna,vt ibi no.Bar.nec ſcio tex.melius facientem, licèt ipſe non alleget.facit l.ſi cui ſupra de ſerui.

ADDITIO.

a Moderatè.Faciunt quæ uoluit Soci.ultra ea quæ poſui in §. arbitrorum. ꝙ procurator cui datum eſt mandatum ad donandum, non poſſit donare niſi in modico.ita tenet conſi.162.

LEX III.

1 APud Trebatium. †Not.hic ꝙ ſicut vicinus inferior tenet̃ recipere aquã pluuiã naturalr̃ decurrentẽ de fundo ſuperiore. (plus dr̃ hic,ꝙ ẽt opere manu facto, ſ̃m ꝙ req̄rit natura aquæ,puta,per fullonicas,ideſt.riuulos,) non tñ de-
a bet vicinus ſuperior illã aquã in riuulis corrũpere, vel ſpurcare, ᵃ puta,lauãdo ibi pãnos,vel ventres,q̄a tunc cõtra eum agi poſſet, vt hic patet.Plus ẽt dr̃ in §.ſeq. & ẽt ſi aqua viua ſit callida, & ſic magis noceat inferiori,tenetur inferior recipere, ex quo naturaliter decurrit.

ADDITIO.

a ¶Spurcare.Ad intellectum clariorem huius legis uide Aretin. conſil.30.

§.Si vicinus qui. †Ex opere, quod facit vicinus in ſuo gratia culturæ, licèt dãnum inferatur inferiori,non põt agi hac actione,niſi aliquid ſit factum vltra neceſſitatẽ culturæ.h.d.licèt gl.ſuper verbo,{ neque aliter. } videatur hoc vltimum intelligere.

1 §.Aquæ pluuię. Hęc actio non datur pro opere, quod fit in publico,ſed ſolum ꝑ eo,quod fit in priuato.h.d.Et ratio poteſt eſſe in primo dicto, q̄a hæc actio datur contra illum, qui eſt dominus operis damnum dantis,quia ipſe eſt,q̄ poteſt illud deſtruere, vt ⁊. eo. l.ſi colonus. Sed ſi quis facit opus in publico,nõ efficitur ipſe dñs, ſed reſpublica,cuius ſolo cedit,vt no.per glo.ſupra titu.j.l.fluminũ. in princi. & ſic nõ põt ipſe deſtruere ſine licentia reipublicæ. Ideo non dat̃ ꝯ eum,vt deſtruat,ad q̄d principaliter iſta actio ꝯpetit,vt ⁊. eo. l.ſi tertius.§.officiũ.In tex.ibi,{in ſuo opus faciat.} & tunc tenetur deſtruere ſuis ſumptibus,ſed ſi non ipſe, ſed alius fecit, tunc ipſe tenetur,vt patientiam præſtet,vt infra l.proxima.§.fin. & ille qui fecit non tenetur hac actione,ſed interdicto, quod vi aut clam. vt ibi,& l.ſi tertius.§.fi.infra eo.

LEX XXIII.

1 *Sufficit quòd quis fuerit dominus loci,& operis tempore quo ipſum fecit, ad hoc ut iſta actio competat contra eum,licèt poſtea deſierit eſſe dominus,ſi tamen alius non cœperit eſſe dominus.*
2 *Iuſſus iudicis excuſat à delicto.*

1 QVanquam autem. ¶†Sufficit ꝙ quis fuerit dominus loci,& operis tempore quo ipſum fecit,ad hoc vt iſta actio competat ꝯ eum,licèt poſtea deſierit eſſe dñs,
2 ſi tñ alius non cęperit eſſe dominus.¶†Itẽ iuſſus iudicis excuſat à delicto.h.d.& ad hoc vltimum allegatur. In primo autem dicto ideo dixi,ꝙ alius non incipit eſſe dominus, quia ſi alius cæpiſſet, hæc actio ſi iudicium non fuiſſet cęptum contra facientem,daretur contra nouum dominũ, vt patiatur deſtrui, quia ipſe poteſt patientiam præſtare,non ille qui fuit dominus,& nũc non eſt,vt ⁊.ea.l.§.fin.ſed ſi iudicium fuiſſet inchoatum contra facientem ẽt antequam deſineret eſſe dominus,continuaretur contra eum,licet deſierit eſſe dominus.ut ⁊.proxi.§. ſed in caſu huius principij, quando alius non incępit eſſe dominus,etiam ſi ille qui fecit,nũc non ſit,nec ẽt iudicium fuerit inchoatũ ꝯ eum antequam deſineret eſſe,poteſt poſtea inchoari,ita intelligo iſtum tex. ¶In tex. ibi, {actio ſit.}ut ⁊ l.proxi.& ibi ponitur ratio. ¶In tex. ibi, { dominus eſſe deſiit.}quia poſtea ibi ſepeliuit corpus humanũ. ¶In tex. ibi, eum teneri.)& ſic poteſt agi contra eũ,ut deſtruat. licèt deſtruere non poſſit propria authoritate,quia deſierat eſſe dominus.ſed deſtruit authoritate iudicis,vt ſequitur.¶In gl.ſuper uerbo(actione.)ibi,arg.contra appel.quoniam dic,ut ⁊.de reg.iur.l.non uidetur data.§.j.& plenè per Dy. in c.cum quis mandato. de reg. iur. lib.vj. Paul.de Caſt.

1 *Poſſeſſor directa actione conuentus,ſi alienauit iudicio pendente ex prima inſtantia,condemnatur.*
2 *Iudicium licèt ſit inchoatum ſuper actione directa,ſi ipſo pendente deſinit directa,& incipit utilis,fit condemnatio in utili.*
*Poſſeſſor tenetur actione directa,quouſque poſſidet, & ſi dolo deſiit poſſidere deſinit teneri directa,& incipit teneri utili.*

1 §.Iulianus quoque. †Poſſeſſor directa actione conuentus,ſi alienauit iudi-
2 cio pendente ex prima inſtantia,condemnatur,h.d.† Et ſemper allegatur ad hoc,ꝙ licèt iudicium ſit inchoatum ſuper actione directa, ſi ipſo pendente deſinit directa,& incipit utilis,fit ꝯdẽnatio in utili.nã poſſeſſor tenetur actione directa quouſque poſſidet, ſi dolo deſiit poſſidere,deſinit teneri directa,& incipit teneri vtili,vt l.electio.§.ſi is.ſupra de noxali.Et iſte tex.uult,ꝙ ſi iudicium ſit inchoatum tempore quo poſſidebat, & iudicio pendente alienauit,& deſiit poſſidere, & cępit teneri utili, condemnatur uirtute iudicij inchoati.hoc probatur etiam in l.ſi poſt acceptam. ſupra d̃ rei uendi.ubi deſiit teneri directa, quia vſucepit lite pendente, & cępit teneri utili,& ꝯdemnatur in illa utili.de hoc per Cyn. C. de alie.iud.l.j.in viij.q.videbatur contrarium,quia in illa utili non fuerat lis conteſt.& ſic uidebatur eſſe opus nouo iudicio,& nouo libello,ut l.non poteſt uideri. ſupra de iudi.ſed dic,ꝙ ſuccedit loco directæ,ut d.l.electio.§.ſi is.& ſic ſufficit conteſtatio facta in directa.¶In tex.ibi,(ac ſi nulla alienatio facta eſſet.) & ſic condemnabitur reus ad deſtruendum opus,licet deſtruere non poſſit, quia deſierat eſſe dominus,non tamen fiet executio contra nouum dominum,cui non debet præiudicare ſententia lata contra eius auctorem,ſed iurabitur in litem contra condemnatum,quia dolo deſiit poſſidere.Videbatur autem iudicium finiri, quia finita ẽ cauſa propter quam fuit inchoatum.ſ.potentia deſtruendi, ar.in l. ſi conſtante.§.fi.ſol.matr.ſed certe finita eſt facto,& dolo ſuo, & ſic habetur pro non finita, quo ad eius præiudicium, ut etiam condemnetur ad damnum contingens lite pendente, ut hic in fi.quod not.

§.Idem Iulianus. ¶Hæc actio datur ꝯ dñm operis ut opus deſtruatur, cum ipſe habeat facultatem hoc faciendi,uel fieri patiendi, ſi tamen ipſe opus non fecerit,nec mandauit fieri, datur duntaxat ut præſtet patientiam,& contra eum qui fecit datur interdictum, quod ui aut clam.ad intereſſe impenſarum,quas actor habet neceſſe facere.h.d.cum l.ſeq.ſed ſi ipſe dominus feciſſet,uel fieri mandaſſet,teneretur ipſe deſtruere propriis impenſis,ut ⁊.e.l.ſi tertius.§.fi.¶In tex.ibi,(non niſi cum domino.)quia cum detur principaliter, ut deſtruatur opus,q̄d poteſt nocere, ut ⁊. e.l.ſi tertius.§.officium. nullus poteſt deſtruere,uel pati ꝙ deſtruatur niſi dominus, ideo contra ipſum ſolum competit,ut infra l.proxi. ubi ponitur ratio. ¶In tex.ibi,(ſi tamen dominus deſineret ſibi caueri.)ſ.pręſtat patientiam,ꝙ deſtruatur,ut ⁊.l.pro proxi.ibi,(ſed patientiã eũ, &c.) ¶In tex.ibi,(ſi non ego,ſed procurator meus.)ſupple me mandãte,ut habeat locum quod ⁊.ſequit̃ ibi, (aduerſus me, &c.)

LEX VI.

1 *Licèt fundi ruſtici non dicantur uicini adinuicem, ſed confines,tamen ruſticorum prædiorum dici poſſunt uicini.*
*Vſque ad quantum ſpacium poſſint dici uicini, & quando dicantur uicini proximi,uel proximiores.*

1 SI tertius uicinus. ¶†Si opere manu facto in prædijs pluriũ,
detur mihi damnum,poſſum agere ꝯ quẽ volo.h.d.
2 ſupple,& ẽt ꝯ ambos.†Not.in iſto princi.ꝙ licèt fun-
di ruſtici nõ dicantur vicini ad inuicẽ,ſed confines,vt ſ̃.finium re-
gundorum.l.quarta.§.fi.dñi tñ ruſticorum prędiorum dici poſ-
ſunt vicini,vt hic. ſed prędia vrbana bene dñr vicina,non confi-
nia,vt d.l. ij.§.fi.¶Et pp hoc Bar.hic ponit vnam mãm notabilẽ,
a quia frequenter ſtatuta faciunt mentionem de vicinis,[a] qui poſ-
ſint dici vicini,& vſque ad quantum ſpatiũ, & qñ dicuntur vicini
proximi,vel proximiores,dic vt hic per eum.

ADDITIO.

a ¶Vicinis,vide Io.And.in c.felicis.de pœnis.ĩ glo.in uerbo,vicinarũ,&.vi
cinus aliquãdo dř,q̃ diſtat per duas legales dietas.vt in c.ij. de prę.lib.vj.

---

1 §.Si ex plurium. ¶†Vnus ex pluribus dñis vnius
fundi agit,& conuenitur,& ẽt ꝯ-
demnatur ad intereſſe pro ſua tñ parte.h.d.¶In text.ibi,{ſingula
riter in partes experiãtur.}ſed hoc quõ,cum iſta actio detur prin-
cipaliter,vt opus deſtruatur,vt ĵ.ea.l.§.officiũ. nõ aũt ad dãnũ iã
illatum,vt ibi,& ſ̃.e.l.j.§.hęc aũt actio.opus autem non poteſt de
ſtrui,niſi in totum?Sol.dic vt plenè,& ſubtiliter no.per gl. ĵ.eo.ti-
tu.& ſ̃.in l.iter.§.Caſſius.in gl.quę incipit,{ideſt damni.}quam hic
gl.allegat pro contraria.

---

1 *Hæc actio,licèt ſit perſonalis,eſt tamen in rem ſcripta, & ideo tranſit in ſingularem ſucceſſorem eius,cui competit.*
2 *Qualiter cognoſcãtur actiones perſonales ĩ rẽ ſcriptæ à meris pſonalibus.*

1 §.Si quis prius. †Hæc actio,licèt ſit perſonalis,eſt tñ
in rẽ ſcripta, & ideo tranſit in ſingu-
larem ſucceſſorem eius,cui competit.h.d.vſq; ad §.officium.Sed
ꝙ tranſeat.non eſt propria locutio,immo illa quæ competebat
dño,ſtatim ꝙ alienat rem cuius occaſione competebat,extingui
tur,& noua actio incipit cõpetere nouo dño,rõne dñij ſm Bar.
quod ẽt colligitur ex l.poſt venditionẽ. ĵ.e.¶Et in iſto §.Bar.mul-
tum plenè examinat mãm, quam ponit Dy.in c. ſi qs in ius.de
reg.iur.An actio perſonalis, vel exceptio tranſeat in ſingularem
ſucceſſorem,vel ꝯ eum de quo etiam aliqualiter tetigi in l. flumi-
num.§.adijcitur.ſ̃.tit.j.¶In tex.ibi,{prius quam aquæ plu. arcen.
agat.}ſi.n.poſtq̃ cæpiſſet agere,& litem fuiſſet conte.quid iuris ſit?
dic vt ĵ.eo.l.poſt venditionẽ.¶In tex.ibi,{eaq; non eadem omni
no.} ſm Bar.& bene.¶In glo.quæ incipit,{hoc mirabile.} in fi.ibi,
2 {& eſt ratio,quia in rem ſcripta.&c.} †ſed qualiter cognoſcuntur
actiones perſonales in rem ſcriptæ à meris perſonalibus? Dic,ꝙ
in rem ſcriptæ ſunt illæ,quæ non competunt alicui ex ſuo ꝯctu,
vel quaſi,ſed ex diſpoſitione legali, vel ex facto, vel delicto alte-
rius occaſione rei illius,cui competunt,vt eſt iſta actio quod me.
cau.Sed illę quæ competunt ex ſuo ꝯctu,vel quaſi dñr merè per
ſonales,ẽt ſi occaſione rei ſint ꝯctæ,vt quia promittis mihi,vel uẽ
dis,aut donas rem aliq̃,nec traſeunt in ſingularẽ ſucceſſorem il-
lius rei,ſine ceſſione,iuxta no.ſ̃.titu.j.l.ſi is qui.§.emptor.¶Sed an
actio ſit neceſſariè cedenda?dic vt ĵ. quod vi aut clam.l. is qui in
puteum.§.ſi poſtea.& de aqua quoti. & ęſti. l. j. §.ſi fundũ.& hęc
actio datur,vt opus deſtruatur.

1 §.Officium autem. †Hæc actio principaliter
datur,ut opus manu factũ
tollatur,& per officium iudi.mercenariũ ei deſeruiens fit ẽt con-
demnatio de damno contingente poſt lit.conteſ.nõ de eo,quod
prius contigerat.h.d.¶Et ꝙ iſtum damnũ veniat officio iudi.mer
cenario,licèt hic non dicatur,tenet gl expreſſe ĵ.ea.l.§.Caſſius.ſu-
per uerbo,{litis æſtimatio.}ſed deſtructio operis uenit iure actio
nis,ſicut in rei vendica.declaratio dñij uenit iure actionis, & con-
demnatio ad reſtituendum uenit officio iudi. mercenario,ut l.ex
diuerſo.§.i.de rei uendi.¶Et ex prædictis patet,ꝙ ad emẽdationẽ
damni contingentis poſt litem conte.põt fieri condemnatio ẽt ſi
non fuit petita in libello per l.ędiles §.item ſciẽdum.ſ̃. de ædi. edic.
& hoc uult glo.hic ſuper uerbo,{poſt litem.}& in Spe. đ offi.iud.
§.de ſerui.Debet ergo agens in ſuo libello concludere, ꝙ aduer-
ſarius condemnetur ad deſtruendum opus, quia ad hoc eſt per-
ſonaliter obligatus,ut ſ̃.in proxi.uerſi.in tex.& glo. & hoc ſuo fa-
cto uel delicto,ſed ad emendationem damni, non eſt perſonali-
ter obligatus,& ideo illud principaliter per ſe non poteſt peti,ſed
acceſſoriè cum petitione deſtructionis operis,ut not.ſ̃.in d. l.ſu-
pra iter.§.j.in gl.præallegata.

1 §.Celſus ſcribit. ¶†Si agitur ꝯ illum q fecit opus,
uel hæredem eius,fit condemna-
tio,ut deſtruat ſuis impenſis,ſed ſi ꝯ alium,qui non fecit,ſed opus
poſſidet,nec ſit heres eius qui fecit,fit ut patiatur deſtrui expẽſis
petentis,niſi ſit dominus eius qui fecit,quia tunc tenetur, uel de-
ſtruere ſuis expenſis,uel dare ſeruum pro noxa.Et contra non de
ſtruentem fit condemnatio ad uerum inte. eſſe. h. d. Quod autẽ
dixi de hærede facientis,ut teneatur deſtruere ſuis expenſis, intel-
lige ut in gl.hic ſuper uerbo.{perinde,} quando lis fuit conteſta. ꝯ
defunctum,alias cum hęc ſit quædam pęna, hæres non ſuccedit
in ea.ut ſ̃.de oper.no.nun.l.pen.

---

LEX VII.

1 *Qui conuenitur ex facto ſuo non liberatur cedendo rem.h.d. & ſemper allegatur,ſecus ſi non ex facto ſuo.*
2 *Qui uult facere pluſquam teneatur,non cogitur ſubire iudicium.*
3 *Si à feudatario vel emphyteuta petitur ſeruitium,uel penſio,& ipſe non præſtet,ſed uult dimittere feudum uel rem emphiteuticam domino, an debeat audiri.*
4 *An poſſit quis euitare onus collectarum, quæ imponuntur perſonæ, pro rebus ſi uult dimittere res fiſco.*

1 IS cum quo aquæ. ¶†Qui conuenitur
ex facto ſuo non li-
beratur cedendo rẽ.h.d.& ſemp allegat̃,ſecus ſi non
ex facto ſuo,ut l.cũ fructuarius.ſ̃. de uſufru. & hic in
2 fi.¶†No.ꝙ q uult facere plus quã teneat̃, non cogit̃ ſubire iudi-
ciũ,ut hic in fi.nam ille qui fecit opus,licet ipſum poſſideat,non te
netur niſi ad præſtandum patientiam, ꝙ deſtruatur expenſis pe-
tentis.Si cedit loco,& habet ipſum pro derelicto, dando licentiã
actori,ꝙ ipſum capiat,& ſibi appropriet, plus facit, quã teneatur.
3 ¶†Et inducitur iſta lex per Dyn.ad quæſtionẽ de feudatario uel
emphyteuta a quo petitur ſeruitium uel penſio, ipſe aũt ut non
præſtet,uult dimittere feudũ uel rem emphyteuticam dño, utrũ
4 debeat audiri,& diſtingue,ut hic not.per Bar.† Inducitur ẽt utrũ
poſſit quis euitare onus collectarũ,quę imponuntur perſonæ, ꝓ
rebus,ſi uult dimittere res fiſco,de quo ẽt uide hic per Bar.

---

LEX VIII.

1 *Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.*
2 *Quando agitur contra aliquem,ad hoc ut proceſſus & ſententia præiudicent tertio,qui nõ eſt in libello nominatus, conſiliũ eſt quod ipſe citetur.*
3 *Sufficit ſemel uoluiſſe,& quod hoc importet duo.*
4 *Reſolutio iure donationis ex cauſa neceſſaria reſoluitur ius acceptatiõis.*
5 *Si habeo obligatum nomen debitoris tui, & ille poſtea liberatur a te tui culpa uel delicto etiam ex forma ſtatuti,quia illud debitum non poſuiſti in memorialibus,an hoc noceat mihi.*
6 *De natura conſenſus eſt,quòd poſſit interuenire etiam poſt actum ex interuallo,& quid in iuſſu.*

1 IN concedendo. ¶†Lex iſta cũ duabus ſe-
quentib. melius ſtarẽt in
tit.de ſeruitutibus. q̃ hic, quia non tractant de materia
tit.huius.Et hoc dicunt in effectu.Quod oẽs tangit,debet ab om
nib.approbari,& eſt regula iuris.Vel qñ quis facit in loco ſuo ali
quid,quod tendit uel tendere põt in præiudicium alterius, qui ha
bet ius de præſenti,uel ſperat habere,cautela eſt, ꝙ ille conſentiat
ad hoc ut actus non retractetur, & iſte conſenſus etiam ex inter-
uallo poteſt interuenire.hoc dicunt iſtę leges, & ſingulares, quæ
2 ſemper allegantur.¶†Not.in iſta prima l.argumentũ,ꝙ qñ agitur
ꝯ aliquem,ad hoc ut proceſſus & ſententia præiudicent tertio, q
non eſt in libello nominatus,conſilium eſt ꝙ ipſe citetur, quia ſi
non comparet,cenſetur proceſſui conſentire, & ſibi præiudicat,
alias ſecus,argu.hic & l.ſi deſerta.C.ſi pp publi. pen. & not. in l.cũ
miles.§.fi.quib.ex cau.ma.per glo.& l.in cauſa.la.1.§.interdum. ꝑ
glo.& Doct.de mino.& c.inter quatuor.de maio.& obe.Aduer
tendum tamen eſt,quia in hoc eſt differentia inter ꝯctum,& iudi
cium,qa in iudicio non debet neceſſariò citari ille qui non habet
ius de prę́ſenti ,licèt in futurum poſſit acquirere,ut ſi agitur ꝯ hæ
redem,qui habet ſubſtitutum,nam ſufficit, ꝙ uocetur hæres,uel
ille ad quem pertinet prima cauſa ſucceſſionis,abſq; eo, ꝙ uoce-
tur ſubſtitutus,ut l.j.§.denunciari.de uen. inſpi. ſed in cõtractu,ut
firmus permaneat,& ex poſt facto non irritetur,requiritur con-
ſenſus eius,q habet ſpem de futuro,licèt non habeat de præſenti,
3 ut in fi.huius l.& in ſeq.¶†Item no.in l.ſequ.ꝙ ſufficit ſemel uo-
luiſſe,& hoc importat duo.primo qa poſtea non poteſt mutare
propoſitum in alterius præiudicium, ut in regula iuris.mutare
li.vj.¶Secundo, quia poteſt compelli ad perſeuerandum in eo,
quod ſemel uoluit,& non dicitur compulſus facere,ut no.glo.in
4 c.ex literis.de ſponſa.¶†Not.etiam ꝙ reſoluto iure donationis ex
cauſa neceſſaria, reſoluitur ius acceptationis, quia ſi uendidi tibi
fundum cum pacto adiectionis in diem, & tu poſtea in illo con-
cedis ſeruitutem,uel ipſum obligas,me non conſentiente, dein-
de melior condõ afferatur,& ſi reſoluatur uẽditio, & ius tuum
reſoluitur, & ẽt ius illius,cui conceſſiſti ſeruitutẽ,uel obligaſti,ut
colligitur ex principio huius l.in cõce. à contrario ſenſu, quia re-
ſolutio fit ex neceſſitate facti præcedentis. Idem in herede gra-
uato de reſtituendo poſt mortem, quia ſi in uita concedat alicui
ſeruitutem in re hæreditaria ſubiecta fideicommiſſo,adueniente
die fideicommiſſi,ius detentionis ſeruitutis reſoluitur, qđ no.Se-
cus ſi fieret ex tua uoluntate,ut ſi ageres contra me redhibitoria
ꝓ re empta,qa non cogeris hoc facere ſi non uis.Nã nõ reſolui-
tur ius illius,qui habuit a te cauſam, ne ſit in potentia nocere il-
li,ut hæc probantur,& habentur in l. iij. & iiij. in princ. ſ̃. quibus
mod.

mod.pig.vel hypo.ſol.vel ſi petis venditionẽ reſcindi, quia dece-
ptus vltra dimidiã iuſti pretij.de hoc tangitur hic per Bart. & in
addi.Specu.de ob.& ſo.ſuper rubrica, vbi reperitur quæſtio Bar-
5 tolutij de Pratis.†ſi habeo obligatũ nomẽ debitoris tui, & ille po
ſtea liberatur à te cũ culpa,uel delicto ẽt ex forma ſtatuti, quia il-
a lud debitũ non poſuiſti in memorialib.ᵃvtrum hoc noceat mihi,
& tenuit idẽ Doctor,ꝙ non,& ſic ſequitur mirabile, ꝙ erit libe-
ratus a te principali creditore,& non a me acceſſorio,& ẽt ibi tra
ctatur, qñ reſoluitur uenditio, quia deceptus erat emptor vltra
dimidiã iuſti pretij,de quo ẽt vide Bal.in l.ij.C. de reſcin. ven. vbi
6 ↄriatur ei,qđ hic no.Bar.¶†Vlt.no.in l.ſeq.in verſi. an tñ,ꝙ de nã
conſenſus eſt,ꝙ poſſit interuenire ẽt poſt actum ex interuallo,
non ſic in iuſſũ,q̃ debet p̃cedere, vt l. ſi quis mihi bona.§.iuſſum.
de acqui.hære.nec in authoritate,quæ debet adeſſe tp̃e actus ce-
lebrati,vt l.obligari.§.tuto.de autho. tut. Intellige tñ primũ dictũ
ſane,qñ cõſenſus alicuius requirebatur, ne ſibi inuito vel igno-
ranti fieret p̃iudiciũ,& ita loquitur hic. Sed ſi non requirebatur
pp eius p̃iudicium,ſed ne fieret præiudiciũ ei, q̃ actũ gerebat, &
ſic erat conſenſus auctorizabilis,vt ſi dictet ſtatutũ,ꝙ mulier nõ
poſſit ↄhere ſine conſenſu cõſanguineorũ,debet interuenire cõ
b ſenſus ipſo actu, ᵇſicut authoritas cui comparatur,ita no. Bal. in
l.j.C.qui admit.ad bo.poſ.ante fi.qđ no. Sed in ↄrium facit quod
no.glo.in c.edoceri extra de reſcri.quæ dicit, ꝙ conſenſus præla-
ti põt interuenire ex poſt facto.Sol.intellige ſecundũ p̃dictam di
ſtinctionem,qñ agitur de p̃iudicio prælati, & pp illud conſenſus
requiritur,q̃a negotium erat cõe inter ipſum & capitulũ. Sed ſi
pertinebat duntaxat ad capitulum,& erat arduũ,& pp hoc requi
rebatur conſenſus prælati ad auctorizandũ,puto ꝙ non ſufficere-
ret ipſum interuenire ex poſt facto, & ſic intelligo ca. cum hos.
de his quæ fiunt a prælat. Vide quod dixi ĩ l.ſi quis mihi.§. iuſſum.
de acqui. hæredi.

ADDITIONES.

a ¶ In memorialib.Sed qd ſi habet duos obligatos ĩſolidum, & ex forma ſta
tuti debeo ponere ĩ memorialib.credita,& nomina debitorũ, & nõ po-
ſui,niſi nomẽ unius,an ſi deide velim agere cõtra illũ,quem nõ deſcripſi,
poſſit mihi opponere de non obſeruato ſtatuto,vide Fede.conſil.299.
b ¶ Ipſo actu.Adde Ludo.Ro.conſi.356.Soci.conſ.34.

LEX IX.

1 SVpra iter alienum. ¶†Dñs non po-
teſt facere arcũ
lapideũ cauſa aquã ducendi ſupra arcũ, vbi alteri con
ceſſerat ſeruitutẽ itineris, nec ẽt ille, cui talis ſeruitus
debetur,põt talem arcũ facere cauſa eundi, ſed bñ poteſt facere
pontẽ de ligno,ſi expedit.¶Item ille cui debetur ſeruitus aquædu
ctus per riuũ,non põt facere foueã,in qua multa aqua ſimul con
greget,q̃a hoc poſſet nocere dño ſoli,q̃a aqua in ea põt corrũpi.
h.d.ſecundũ qđ mihi vr̃ de mente tex.& eſt litera plana, licèt glo.
& Doct.diuerſis modis intelligant primum, & ſm̃ dictum.

1 *Plures an poſſint ſimul eodem libello agere, uel conueniri.*
2 *Si plures agunt eodem libello ex cauſis diuerſis, eſt in electione conuenti*
*dicere quòd quilibet det ſuum libellum, & debet dicere uſque ad litem*
*conteſtatam.*
*An plures actiones poſſint cumulari in eodem libello centra eundem, quã*
*do non obſtat aliqua de regulis impedientibus cumulationẽ, & an poſ-*
*ſit dici, quòd dentur libelli diuerſi.*

§.Caſsius ait ſiue. ¶Vnus ex pluribus dominis
& etiam ſinguli ſeparatim poſ
ſunt agere hac actione, & conueniri. Et deſtructio operis facta
per unum ,liberat alios, & facta uni liberat ab aliis. Et illud quod
expendit deſtruendo recuperat a ſocijs actione communi diui.
& licèt ſit actum ↄ illum,qui opus poſſidet, non tñ in ipſum qui
fecit,non prohibetur quis agere ↄ facientem ad intereſſe. hoc di-
cit, vſque ad §.apud ferocem.¶In tex.ibi,{vel ſingulos cum ſin-
gulis.} ſcilicet ſeparatim, vt ſ. ideſt diuerſis libellis, & ſic erunt di-
1 uerſa iudicia. ¶† Sed an omnes ſimul, & eodem libello poſſint
a agereᵃvel conueniri,vt ſic ſit vnum iudicium?iſte caſus non tan-
gitur hic.Bar.tenet ꝙ ſic, quia agunt & conueniuntur ex eadem
cauſa. Vnde ſicut in criminali poſſunt plures accuſare,vel accuſa-
ri in eodem libello,& de eodem crimine, vt C. de accuſatorib.&
l.j.C.ſi reus vel accu. mor. fue. ita & in ciuili, & allegat pro hoc
tex. j. ea. l. §. quod ſi is. in verb. { vel ſingulos.} quia ibi dictio illa
vel,ponitur pro ẽt,q̃ eſt dictio implicatiua, vt l. conuenticula. C.
de epiſ.& cler.q.d.non ſolũ oẽs ſimul,ſed ſinguli per ſe, & ſepara-
tim. Tu allega ad hoc meliorem tex.in l.ſi qs cum procuratorio.
§.vnius.ſ.de procu.vbi videtur caſus, quia ibi plures agebant, &
erat vna lis,& ſic vno libello,alias tot eſſent lites, & inſtãtiæ,quot
libelli.Item de hoc vide plene in Specu.de libellorum conceptio-
ne.§.fi.verſi.item pone te agere rei uendi.ↄ quatuor.cum duob.
uer.ſeq.In ↄtrarium tamen facit l.ad officium.C.communi diui.
in verbo,{ſingulos,}vbi plures conueniebantur ex eadem cau-
ſa,tamen non vno libello,ſed ſinguli per ſe diuerſis libellis, & ibi
hoc colligit Bal. Dic,ꝙ in electione actoris eſt dare vnum libel-
lum ↄ oẽs, vel ſingulos ↄ ſingulos, qñ conueniuntur ex eadem
cauſa.Et idẽ ex parte actoris ſi ſunt plures,qui poſſunt oẽs ſimul,
vel quilibet de per ſe.iuxta not.p̃ Bar.in l.iij.§.fi.de duob. reis. Sed
ſi ex diuerſis cauſis tunc eſt in electione cõuenti,q̃a ſi plures vno
libello cõueniuntur,poſſunt dicere,ꝙ detur libellus ↄ quemlibet,
quia quilibet vult facere ſuam defenſionem per ſe. Si hoc non di
cunt,procedit libellus,& poſt litẽ conteſt. dicere non potuerũt,
2 ita intelligo,qđ no.Bal.C.ſi cer.pet.l.eo ꝙ a multis. † eodem mo-
do ſi plures agunt eodem libello ex cauſis diuerſis, eſt in electio-
ne conuenti dicere,ꝙ quilibet det ſuum libellum, & hæc dicere
debet vſque ad litem conteſt.An autem plures actiones poſſint
cumulari in eodem libello contra eundem, quando non obſtat
aliqua de regulis impedientibus cumulationem, & an poſſit dici,
ꝙ dentur libelli diuerſi? Vide per Bar.in l. edita. C. de eden. in pri-
mo genere cumulationis.

ADDITIO.

a ¶ Agere & conueniri.Vide Lud.Ro.conſi.345.Soci.conſi.137.

§.Apud ferocem. ¶Non tenetur quis ſoluere
pro alio pp hoc ſolũ,ꝙ ſi ſol-
uat,poteſt ab illo repetere,q̃a melius eſt non ſoluere q̃ habere ne
ceſſe repetere. h.d.Concor.l.nemo ideo.de regu.iuris. ¶Glo.hic
op.de quatuor legibus.ſ.de l.qđ debetur.ſ. de pa.dic, ꝙ non obſt.
nam interdum qs non habet actionem ↄ alium,ſed poteſt acqui
rere,mihi ſoluendo,& tũc ſi quæritur, an teneatur mihi ſoluere,
ex quo poteſt acq̃rere,dicendum eſt, ꝙ non, vt hic. ¶Interdum
qs iam habet actionem contra alium,antequam mihi aliquid ſol
uat, & propter hoc mihi tenetur, & quæritur utrũ propter hoc,
q̃a habet,teneatur mihi? & tunc tenetur ſolum vt illam cedat, &
iſte eſt caſus ibi.¶Secũdum ↄrium eſt de l.& ancillarum. §. fi. eo.
tit.ſed ſolue,vt ibi in glo.nam ibi non tenetur, q̃a ↄ alium poſſit
habere actionem,ſed q̃a erat cõtractum cum ſeruo ſuo. ¶Ter-
tium contrarium eſt de l.ſi ſeruus.ſ.de noxa.ſup.& de §. proxi.ſe-
quenti ibi,{quoniam quod præſtiterit &c.}Sed ſolue, vt ibi dicã,
q̃a propter aliud ibi tenetur,ſcilicet ne ſequatur inconueniens,ꝙ
in diuerſis rebus fiat ſolutio.¶Quartum contrarium de l.ſi ædi-
bus.ſ.titu.primo.ſed nihil facit.nam verum eſt,ꝙ qui habet actio-
nem ordinariam repellitur ab extraordinaria, & ita loquitur ibi,
ſed ille qui non habet,& poteſt acquirere propter hoc ſolum,nõ
tenetur ſoluere,& ita loquitur hic.

§.Officium autem. ¶Si unus ex pluribus do-
minis vnius fundi conue-
niatur vel agat hac actione,quantum ad emendationem damni
poſt litem conteſtatam contingens, & quantum ad æſtimatio-
nem litis vel intereſſe,propter hoc,ꝙ opus non deſtruitur,fit con
demnatio pro parte illius tantum,hoc dicit in effectu, vſque ad §
fi.¶Et primo loquitur, qñ vnus ex pluribus conuenitur vſque.
ibi{quod ſi is,}ſecundo qñ unus ex pluribus agit. ¶In tex. ibi, {ſi
& cum vno eorum agatur.} ſcilicet vt opus deſtruatur, quo ad
hoc,non eſt dubium,ꝙ poteſt agi contra vnum inſolidum, & in-
ſolidum poteſt condemnari,vt ſ.ea.l.§. Caſſius. ibi. { & reſtitutio
operis &c.}ita intelligit gl.ſ.eo.l.ſi tertius.§.j.ſuper verbo,cõdem-
natio,& de hoc non fit dubium hic,ſed de duobus alijs, quę ſe-
quuntur.ſ.ſi damnum contingat poſt litem conteſt.in quo debet
fieri condemnatio iudicis officio mercenario,vt ſupra eo.l.ſi ter-
tius.§.officium.an condemnetur ille inſolidum.¶Item de ęſtima
tione intereſſe,ſi opus non deſtruatur, etiam ſi damnum non-
dum ſit illatum,quia in obligationibus facti poſt moram ſucce-
dit obligatio ad intereſſe, vtrum condemnabitur inſolidum? &
Iuriſconſultus arguit primo,ꝙ ſic,in ver. quemadmodum. ſicut
in actione noxali.poſtea in uer.an verò.arguit in contrarium, ꝙ
pro parte.ſicut in cauſa damni infecti,& finaliter decidit pro par-
te in uer.magiſq;.¶In tex.ibi. { quando. } iſte tex. contrariatur.§.
pręcedenti.ſed dic,ꝙ non ideo in actione noxali tenetur quilibet
inſolidum,propter hoc ſolum quòd ſoluendo ſolidum poteſt re
cuperare partem a ſocio, ſed ne ſequatur inconueniens, quia ſi li
beraretur ſoluendo partem,poſſet ſocius dare partem ſerui pro
noxa,& ſic in duabus rebus fieret ſolutio. quod eſſe non debet
in obligatione alternatiua,vt l.in executione.§.pro parte. infra dę
verb.obli.& actio noxalis quodammodo eſt alternatiua, licet v-
num ſit in obligatione,aliud in ſolutione,quia agitur alternatiue,
vt emendet damnum, vel det ſeruum pro noxa. Cætera dic, vt
per Bar.hic.

§.Si ex priuato. ¶Pro opere manu facto agitur vt
deſtruat,ſed pro facto a natura agi
tur,vt patientiam reficiendi præſtet. h. d. ¶ Et dic ꝙ primo caſu
agitur directa,ſecundo vtili,quod dic vt plene habetur ſupra eo-
dem in ſumma §.primo.& §.item Varus.

LEX XII.

1 *Simulata uenditio quando non ſit uenditio.*
*Quæ dicatur propriè ſimulatio.*

1 Emptor niſi. ¶†Hæc actio datur ꝯ ſingularẽ ſucceſſorem eius, q opus fecit, vt præſtet patientiam, ꝙ deſtruatur, non autẽ vt deſtruat ipſe. Cõtra authorẽ verò, qui fecit, & deſiit eſſe dñs, non datur, quia non põt deſtruere, nec pati, ꝙ deſtruatur, ſed ꝯ eum datur interdictum, quod vi aut clam. ad damna & impenſas, quas actor habet facere de ſuo, & poſt annum datur actio in factum ex edicto. de aliena. iudicij. ſi cauſa mutandi iudicij alienauit. h. d. cũ l. ſeq. & prin. ſequentis ſm intellectum glo. magnæ ibi poſitę in fine, quę eſt verus ibi, { vel melius. dic & in factum &c. } ¶In tex. ibi. { niſi ſimulata venditione. } hoc ideo dicit, quia ſi venditio ſit ſimulata, non ageretur contra emptorem, etiam vt præſtet patientiam, cum ipſe non ſit dominus, ſed agere

2 tur ꝯ venditorem, vt deſtruat, ac ſi venditio facta non fuiſſet, quia ſimulata venditio non eſt venditio, hoc tamen verum qñ ſimulant venditionem, & tñ illam non faciunt, nec aliquem ꝯtractum. vt l. imaginaria. de reg. iur. & ſ. de ꝯtrahen. emp. l. nuda. ſed ſi ſimularet venditionem, & re vera agerent, vt eſſet donatio, ſtaretur ei, quod actum eſt in veritate, vt C. plus valere qđ agitur. per totũ. & tũc ꝯ donatarium ſimulatum emptorem bene ageretur, vt patientiam præſtet, quia eſt dñs. in dubio aũt cum lex vel ſtatutum facit mentionem de contractu ſimulato, debet intelligi primo modo, quia illa eſt propriè ſimulatio, qñ fingunt aliquid facere, & ni-

a hil faciunt, ſecundum Bal. qui hoc ſemper allegat. a Alia vero ſimulatio nõ eſt propriè ſimulatio, ex quo aliquid agitur, vt l. ſi ex pretio. C. ſi cer. pe. & ibi per eundem, & l. ſi ſub ſpecie. de aduo. diuer. iud. C. & uide qđ ipſę plene not. in l. Lucius. §. depoſiti.

ADDITIO.

a ¶ Allegat. Vide eundem conſi. incip. Petrus Nicolæ.

LEX XIIII.

At eius. ¶§. In hoc iudicium. Pro damno iam illato non competit hęc actio, ſed interdictum, quod vi aut clam, pro futuro vero bene competit, vt opus iam factum taliter tollatur, quòd non detur, & vt caueatur de damno poſt ſententiam ſecuto, ſi ꝯtingat pp moram deſtructionis operis, pro opere vero facto poſt litẽ ꝯteſt. eſt agendum nouo iudicio, niſi cohæreat facto ante litem, hoc dicit vſque ad legem poſt venditionem.

LEX XVI.

Poſt venditionem. ¶ Si poſt iudiciũ cęptum actor alienat, ꝯtinuat iudiciũ ad cõmodũ ſingularis ſucceſſionis, ſed ſi alienat reus, põt actor nouũ iudiciũ inchoare, vel ꝯ ſingularem ſucceſſorẽ, vel ꝯ alienantem. h. d. & no. iſtã l. ¶Secunda pars eſt ibi, {ſed ante.} ¶Et diſtingue hic colligendo omnes tex. ꝙ aut alienauit ille, cuius fundo nocetur, aut ille. cuius fundus nocet. ¶Primo caſu aut alienauit anteꝗ̃ iudicium inchoaret ſuper hac actione, & tunc extinguitur hæc actio quo ad eum, nec põt amplius inchoare, & incipit cõpetere ſingulari ſucceſſori, vt ſ. eodem. l. ſi tertius. §. ſi quis prius. aut poſtquam litem inchoauit, & tũc actio nõ extinguitur, nec ẽt iudicium finitur, & virtute illius iudicij põt ſequi condemnatio in perſonã venditoris, proderit tñ emptori cui reſtituendũ eſt, quicquid venditor cõſequetur ex illa ſñia, & ẽt cedet omne ius, qđ habet ex ea, vt in primo caſu huius l. ¶Secũdo caſu diſtingue, ſimiliter alienauit reus ante iudiciũ ſuſceptum, aut poſt. ¶Primo caſu, aut alienauit non transferendo in aliquem dñium, ſed deſinendo eſſe dñs, & tunc põt conueniri, ac ſi non deſiiſſet eſſe dñs vt ſ. eo. l. ꝗ̃ in prin. Aut tranſtulit in alterum dñium, & tunc deſinit teneri actione iſta, & ille in quem tranſtulit, incipit teneri, vt ſ. eo. l. emptor. ſed ꝯ alienantem ſuccurritur, per interdictum, quod vi aut clam. vel per actionem in factũ ex titulo de alie. iud. in l. ſeq. & in prin. ſequentis poſt illã l. emptor. ¶Secundo caſu poſt iudiciũ ſuſceptum, i. poſt lit. conte. tũc actor habet duplicem viam, uel ꝙ ſequatur eandẽ litẽ ꝯ eundẽ, vt d. l. ꝗ̃ §. Iul. vel vt incipiat nouã litẽ ꝯ quemlibet, vt in fi. iſtius l. vt ſonat litera in verbo, actum, ſed glo. deſtruit iſtam literam exponendo literã. {factũ} idest agendum. nos poſſumus tenere primum dictũ, & eſt vtilitas incipiendo nouũ iudicium ꝯ ſucceſſorem, quia obtinebit actor demolitionem realem, quam nõ põt obtinere proſequendo litem ꝯ alienantem, cũ ille non poſſit deſtruere opus, nec pati, ꝙ deſtruatur, ſed ſucceſſor ſic, & agitur vt præſtet patientiam & ꝯ alienantem agitur ad expenſas interdicto, quod vi aut clam, ſed primum iudicium fuerat inchoatum ad deſtructionem operis, quæ non poteſt ſequi facto uel patientia illius. ¶Dyn. ponit hic vnam diſtinctionem longam, per quam recolligit totũ titulum, ſed clarius apparet ſumma totius ex his, quę dixi in l. j. ꝙ decem requiruntur ad hoc, ut habeat locum hęc actio directa, nec ex diſtinctione Dyn. plura comprehenduntur, quam ea, quæ dixi in lege prima.

LEX XVII.

1 *Ad perditionem unius iuris non ſequitur perditio alterius iuris penitus diuerſi.*

2 *Si ruſticus tenetur ſoluere militi quolibet anno iure ſeruitutis duo paria caponum, & per decem annos non ſoluit, niſi unum par, an præſcripſerit iuri non ſoluendi aliud par.*

3 *Si aliquis habet iuriſdictionem plenam cum mero & mixto imperio, & non fuit uſus niſi ſimplici iuriſdictione per longum tempus, an retineat imperium.*

4 *Si aliquis tenetur annuatim ſoluere decẽ libras de tali moneta, & ipſe ꝑ longum tempus ſoluit de moneta, quæ tantum non ualet, an præſcripſerit ius non ſoluendi de meliori.*

1 Si prius nocturnæ. ¶†Ad perditionem unius iuris non ſequitur perditio alterius iuris penitus diuerſi. Ad hoc allegatur. facit ꝟ. de furtis. l. inter omnes. §. hæc actio. uer. uſq; adeo, & loquitur hic, qñ vnum ius perditur pręſcriptione. Idem ſi pacto, uel remiſſione, ut l. ſi domus. ſ. de ſerui. urb. pđ. niſi aliud ius ſit connexum iuri perdito, vt ueniat in ꝯñam eius, ut ibi no. in gl. & facit l. nec is. §. j. de acquir. hęre. & ſ. e. l. ſed interdum. ¶In tex. ibi, {amitto ſeruitutem aquę diurnæ,} ſupple tñ, & ſic negligentia commiſſa in ſeruitute aquæ diurnæ non nocet ſeruituti aquę nocturnæ, quia ſunt diuerſæ propter diuerſas conceſſiones, ut patet ſ. quia diuerſis temporibus fuerunt factæ. Sed ſi eodem tpe fuiſſet facta una conceſſio de diurna, & nocturna, una tñ eſſet ſeruitus, & procederet glo. iii. ſuper uerbo {plures.} ¶In glo. ſuper uerbo, {plures} ibi, quib. mod. vſuſfr. amit. l. ſi qui. hoc intellige prout ibi habetur, qñ ſciebam mihi deberi ſeruitutem ducendi aquam tam de die, ꝗ̃ de nocte, & tñ non fui uſus, niſi de nocte per longum tẽpus, nam retineo ẽt ius ducendi de die, quia ducendo de nocte uideor ducere animo retinendi totam ſeruitutẽ. Secus ſi non credebã mihi deberi niſi de nocte, nã tunc perdo facultatem ducendi de die, non ꝙ ſeruitus diuidatur, quia diuidi nõ põt, ſed reſtringitur, ut perinde ſit, ac ſi nõn fuiſſet

2 conceſſa, niſi de nocte. ¶†Et per illã l. notabilẽ determinat, ꝙ ſi ruſticus tenetur ſoluere militi quolibet anno iure ſeruitutis duo paria caponum, & per x. annos non ſoluit, niſi vnum par, vtrũ præſcripſerit iuri non ſoluendi aliud par? & diſtinguendum eſt, aut tenebatur ſoluere ex diuerſis conceſſionibus & præſcriptionibus, ut in hac l. aut ex eadem: & tunc aut miles ſciebat ſibi deberi, aut ignorabat, ut in illa l. de hoc C. de pſcr. xxx. anno. l. cum notiſſimi. §. in his. & in Spec. de loc. §. nũc aliqua. ver. xlii. & de pſcri. §. i. verſi.

3 qđ ſi cũ debemus. †Et ſimil'r faciunt iſta, ſi aliquis habet iuriſdictionem plenam cum mero, & mixto imperio, & nõ fuit vſus niſi ſimplici iuriſdictione ꝑ longum tempus, an retineat imperiũ? & diſtingue, ut ſ. not. in Specu. de iur. om. iud. §. j. verſi. illud ẽt no. circa fi. & qđ not. in regula plus ſemp. in mercur. facit C. de agri.

4 & cenſi. l. cũ ſcimus. §. illud. lib. xi. faciunt ẽt iſta † ſi aliquis tenetur annuatim ſoluere x. libras de tali moneta, & ipſe per longum tẽpus ſoluit de moneta, quæ non tñ ualet, utrum præſcripſerit ius

a non ſoluendi de meliori. a de hoc habetur in c. olim. de cenſi. & Iaco. But. diſputauit hanc quæſtionem.

ADDITIO.

a ¶ De meliori. Adde quę uoluit Ludo. Roma. cõſi. 198. ubi allegat not. hic, & ibi uide aliqua pulchra.

1 *Verba conceſſionis, ſeu contractus intelliguntur ſecundum id, quod conſuetum eſt.*

2 *In contractibus ſemper ueniunt ea quæ ſunt de conſuetudine, licet non exprimatur per contrahentes.*

3 *Quæ dicatur propriè ſtrata.*

*Differentia inter fiſtulas, & aquæductum.*

4 *Si poteſtas conducit aliquem iudicem cum certo ſalario, an intelligatur, ꝙ etiam ipſum remoueat cum rebus ſuis de loco, ubi eſt ſuis impenſis, ad locum officij.*

5 *Si fuit actum, quòd inſtrumentum fiat ad ſenſum ſapientis, quòd ſapiens poſſit apponere ea, quæ ſunt de conſuetudine inſtrumentorum.*

*Si conſtituitur procurator generalis quòd uideatur data poteſtas faciendi generales & conſuetas renunciationes.*

1 §. Placuit non aliàs. ¶†Verba conceſſionis. ꝯtractus intelliguntur ſecundũ id qđ conſuetũ eſt. h. d. & ſemp allegatur una cũ l. quod ſi nolit.

2 §. qui aſſidua. ſ. de ædil. edic. † ꝙ ſemper in contractibus ueniunt ea q ſunt de conſuetudine, licet non exprimãt per ꝯhentes, & idẽ in ciuitate Florentiæ, ubi cõſueuerunt dari fideiuſſores pro euictione, licet de iure hoc ſit, ſi fiat venditio ſimpliciter, intelligitur actum, vt dari debeant fideiuſſores, & põt agi, vt detur, ẽt poſt ꝯtractũ perfectũ, & abſolutũ, facit l. j. & ij. ſ. de euictio. ¶In tex.

3 ibi, {ſtratũ. not. ex hoc, ꝙ illa dicitur propriè ſtrata, quæ eſt matonata, uel ſilicata, & lapidibus cõfecta, & ita etiã dicit Bar. ꝟ. de riuis. l. j. alias non dicitur ſtrata, ſed uia. ¶In tex. ibi, {per fiſtulas.} dic ꝙ fiſtulæ dicuntur cuppi rotundi, qui occupant modicum locum, & in-

& inuicem concatenantur, ſed aqueductus lapideus occuparet
4 magnum locum.† Et iſte tex.inducitur, ꝙ ſi poteſtas conducit ali
quem iudicem cum certo ſalario, intelligatur ꝙ etiã ipſum remo
ueat cum rebus ſuis de loco, vbi eſt, ſuis impenſis, ad locum offi-
cij, quia iſta eſt conſuetudo, licèt non ſit expreſſe dictum, ita dicit
5 Bart.in l.ſuper creandis.C.de iure fiſ.lib.x. ¶† Item ſi fuit actum, ꝙ
inſtrũm fiat ad ſenſum ſapientis, ꝙ ſapiens poſſit apponere ea, quæ
a ſunt de conſuetudine [a] inſtrumentorum. ¶ Item ꝙ ſi cõſtitui pro
curatorem generalem, videatur data poteſtas faciẽdi generales,
& conſuetas renunciationes, vt not.Barto.in l.fin.in prin. ȷ.de his
quæ in frau.credi.facit l.vel vniuerſorum.ſupra de pig. act.

A D D I T I O.

a ¶ Conſuetudine. Quid important dicta verba, ad ſenſum ſapientis, vide Oldr.conſi.147.Anto.de But.conſi.20.

1 §.Via publica. ¶† Medius locus qui non ſeruit, nõ impedit conſtitui ſeruitutes reales ſi eo vti liceat ad vſum ſeruitutis, vt quia ſit via publica, vel flumẽ publicum, & nihil ſit in eis ędificandũ, vel ſit illius, cui ſeruitus debetur. Secus ſi illo vti nõ liceat, vt quia ſit ſacer, vel religioſus, vel ſit tertij, qui non cõſentit, vel ſit publicus, tñ in eo oporteat opus facere pro vſu ſeruitutis.h.d.vſque in finẽ legis, vnà cũ l.ſequen.

LEX XIX.

1 LAbeo ait. ¶† Not.iſtã ſingularem l.Labeo. quæ limitat totum iſtum titulum & multas leges, & etiam declarat tit.de ope.no.nunc. ꝙ ſi video te facere aliquod opus, quod poteſt mihi eſſe nociuum, & quod tu facere nõ potes me inuito, licèt in tuo id faceres contra debitam ſeruitutem, cautela eſt, ꝙ ſtatim contra dicam, vel nunciem tibi nouum opus, alias non poſſum agere, vt deſtruas, quod menti tene perpetuò, niſi per errorem fuiſſem paſſus. hoc tamen declara, vt habetur in l.notabili.ȿ. communi diuidund. l. Sabinus vbi diſtinguuntur tres caſus. Aut expreſsè conſenſi, & ad nihil agere poſſum. aut expreſsè contradixi, & poſſum agere, vt deſtruatur, etiam ad intereſſe. Aut ſciui, & tacui, & ſeruatur media via, quia non ago, vt deſtruatur, ſed ad intereſſe.

LEX XXI.

SI in meo fundo. ¶ Aqua. De caſu huius legis ſi in meo. dic vt ſupra titul.primo.l.fluminum.§.fin.cum legib.ſequen.& ſupra eod. titul.l.j.§.denique.

LEX XXII.

1 SI vſusfructus. ¶† Vſufructuarius non habet hanc actionem directam, ſed vtilem, & eodem modo non tenetur directa, ſed vtili, quia non eſt dominus, & hæc actio directa ſoli domino competit, & contra dominum.h.d.

LEX XXIII.

1 QVod principis. ¶† Pro opere facto auctoritate publica non competit hæc actio.h.d.concordat l.ij.ȿ.eo.§.Caſſius.

1 *Domini appellatione, an comprehenditur utilis.*
2 *Si egi contra te rei vendicatione dicendo me dominum, poſtea non probaui, niſi de dominio vtili, an debeam obtinere.*

1 §.Hæc actio etiam. ¶† Not.hic, quòd appella
tione domini comprehenditur etiam dominus vtilis, quia hæc actio non datur niſi domi-
no, vt ȿ.eo.l.ſi in publico. & hic dicitur, ꝙ datur ei, qui habet præ-
2 dium vectigal. & ſic eſt dominus vtilis.† Vnde eſt argumentum,
ꝙ ſi egi contra te rei vendic.dicendo me dominum, & poſtea nõ
probaui niſi de dominio vtili, ꝙ debeam obtinere, quaſi illud videatur in iudicium deductum.de hoc per Bar. ibi, & de excep.rei iud.l.an eandem.§.actiones.In contrarium facit l.j.§.qui in perpetuum.ȿ.ſi ag.vect.qui allegatur ad hoc, quando fit mentio de dominio, intelligitur in potiori ſignificatu, & ſic de directo. hoc fallit in iudicis, vbi verba debent intelligi, prout magis expediat actori, vt l.ſi quis intentione.ȿ.de iud.& ſic non obſtat.

§.Aggeres ſi iuxta. ¶ Contra iſtum text. opp. de l.ij.§.pen.ȿ.eod. vbi ſi habes fundum ab vna parte fluminis, & ego ab altera, licitum eſt tibi facere aggeres, vt flumẽ tibi non noceat, licèt ex hoc ego damnum recipiam. vt ȷ.ne quid in flumine publico l. j. §. ſunt qui putant, & hic dicitur contrarium. Solu. vt colligitur ex tex. quia hoc debet intelligi, quando non poteras facere, quia ſic fuerat actum inter te, & me, vt in glo. alias procedunt contraria.

LEX XXIIII.

1 *Sufficit opus poſſe nocere, licèt adhuc non nocuerit, vt detur hæc actio.*

VIcinus loci. ¶† No.iſtam l.notabilẽ ꝑ quã declarat l.j.§.de eo opere qđ.
ȿ.eo.vbi dr̃, ꝙ pro opere, qđ fit gratia culturæ, nõ agi
tur hac actione, certè ſi fiant ſulci cauſa ibi ſeminandi, indiſtinctè poſſunt fieri ad libitum facientis, uel per directum, vel tranſuerſum, licèt faciendo per directum noceat vicino, nec poteſt me cõpellere ad faciendum per tranſuerſum, vt patet hic, ibi, {quemadmodum vellet &c.} ſed quando fiunt ſulci, vt non ibi ſeminetur, ſed vt aquam recipiant, vel aliqua foſſa, tunc poſſum compelli, ſi nocent vicino, vt remoueam vel per alium modum faciam ita, quòd non noceant, ſi hoc poteſt fieri, alias ſecus, vt hic in tex.& glo.& in d.§.de eo. ſed in primo caſu etiam ſi aliter
1 fieri poterant, non poſſum compelli.† Not.etiam in fi.quòd ſuffi
cit opus poſſe nocere, licèt adhuc nõ nocuerit, vt det̃ hęc actio.

§.Lacus enim cum. ¶ Licèt aqua lacus creſcat, & decreſcat, lacus tamen non dicitur creſcere, nec decreſcere.h.d.ſecundum ſecundam lect.glo.quam tenent Doct. ¶ Et effectus eſt, quia quando creſcit, & occupat de territorio vicini deſinit ille eſſe dominus, & hoc vult textus ibi, {neque deceſſio.} & cum decreſcit lacus quẽ dimittit, non accedit vicino, & hoc vult text.ibi, {neque acceſſionem.} quod dic, vt ȷ.de acquir.rer.domi.l.Lacus.

LEX XXV.

1 *Dominus põt agere contra nocentem iuri ſui fundi, ſicut ſi nocet fundo.*
2 *Si nocetur meis vaſallis, videtur nocere mihi.*

1 IS cuius fundo. ¶† Si nocetur iuri fundi mei, nocetur etiam meo fundo, & nomine illius poſſum agere.hoc dicit.
2 ¶† Et eſt argumentum ſecundum Iac.de Are.quòd
ſi nocetur meis vaſallis, videtur noceri mihi, & ſic poſſum agere
nomine meo quatenus mea intereſt: ſed quatenus intereſſet va-
a ſallorum, [a] ſecus, niſi habeam mandatum, vt in cap.authoritas.in
fi.de priuilegijs.lib.vj.

A D D I T I O.

a ¶ Vaſallorum. Quando dominus poſſit agere pro vexatione ſubditi, & quando non, vide per Oldr.conſi.207.

LEX XXVI.

SCæuola reſpondit. ¶† Tantum valet ſeruitus acquiſita per præſcriptionem, quantum ſi eſſet acquiſita per pactum, vel cõuentionẽ, & in vtraque eſt quis tuendus. h. d.cõcor ȿ.eo.l.j.§.fi.& l.ij.in prin.ibi, {vetuſtas.} quę ſemper pro lege habet̃.

De publicanis, & vectigalibus, & commiſſis. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Publicanus quando tenetur de illicitè exactis per eius familiam.*
2 *Dictio, item, an repetat in ſequenti quod dictum eſt in præcedenti, & n.3.*
*Qualiter debeat formari libellus in hac actione.*

1 PRætor ait quòd. ¶† Pro exactis illicitè a publicano, vel eius familia datur actio ex hoc edicto in factum ad duplum intra annum, niſi exactum reſtituatur, poſt annum uerò in ſimplum. Et pro facto familiæ ſi non exhibetur, competit hæc actio ſine noxæ deditione.h.d. uſque ad §. hic titulus. ¶ Et primo loquitur de his quæ exiguntur uſque ibi. {item ſi.} ¶ Secundo de his quæ exiguntur non ui, ſed per fraudem uſque ibi, {ſi hi.} ¶ Tertiò declarat qualiter publicanus teneatur ex facto familiæ, & debet intelligi, quando familia fecit ſine iuſſu, uel mandato publicani. Si enim cum iuſſu, uel mandato etiam ſi poſſet exhibere familiam, & exhiberet, non euitat pœnam, quia teneretur nomine ſuo, ac ſi ipſe feciſſet. ¶ In text.ibi, {item ſi damnum iniuria &c.} iudicium dabo, ideſt actionem in factum in duplum
2 intra annum, & poſt annum in ſimplum, ut dictũ eſt † ſupra, quia
dictio, item, repetit in ſequenti, quod dictum eſt in præcedenti, ſecundum Iac.de Are.& iſtud eſt uerum, quando per iſtam dictionem, item, adijcitur oratio imperfecta, vt erat hic, quia non declaratur in quantum datur actio, nec intra quãtum tempus. Sed hic aduerte plenius, quã dicat Bart. quia aut oratio quæ additur, erat imperfecta reſpectu verbi principalis, quia non fuit repetitum, & tunc ſiue loquamur in diſpoſitione legali, ſiue teſtatoris, uidetur repetitum uerbum præcedentis orationis cum ſuis qualitatibus. Vnde ſi dico, relinquo tali centum iure inſtitutionis, item tali filiæ meæ quinquaginta, intelligitur, ſcilicet relinquo iure inſtitutionis, quia non repetit iterum uerbũ principale. {relinquo.} ſed præcedens intelligitur repetitum cum qualitate ſibi adiecta, & ita eſt caſus ſecũdum cõem intellectum in l.repetendis.de leg.iij. ſiue ſit identitas pſonarum, & rerũ, ſiue diuerſitas. ¶ Interdum adijcitur oratio perfecta reſpectu verbi, quia repetitur idem uerbum principale, licèt reſpectu alterius qualitatis uideatur imperfecta, & tũc

aut

aut loquimur in diſpoſitione teſtatoris,& nõ intelligitur facta re-
petitio de qualitate præcedentis orationis,vt ſi dico,relinquo tibi
fundum cum inſtrumentis.Item relinquo tibi domum vel etiam.
alteri, nam non intelligitur ſcilicet cum inſtrumentis, vt ibi not
¶Idem ſi dicerem,relinquo Titio centum iure inſtitutionis.Item
relinquo tali filiæ meæ centum, nam non intelligitur iure inſtitu-
tionis,quia oratio eſt perfecta ex parte verbi per notata in dicta l.
in repetendis. Aut loquimur in diſpoſitione legali, quæ remane-
ret incerta,ſi non intelligeretur facta repetitio,& tunc,quia de na
tura legis eſt ꝙ ſit certa.C.de Iuſtini.codice cõfir. ibi {certa &c.}
Et not.per Cyn.C.de verbo.ſigni.l.cum quidam, & de condi.ob
cau.l.ea lege.& per Barto.in l.ſi is qui ducenta.§. vtrum. de rebus
du.in articulo,de alternatiua, tũc intelligitur facta repetitio,& iſte
eſt caſus hic ſecundum intellectum Iac.quia remaneret edictum
3 incertum hoc caſu,ſcilicet,inquantum daretur hæc actio. † quali-
ter autem debet formari libellus in hac actione, vide in Specu.de
cenſibus.§.nũc dicendum,verſi.j.¶Quando autem adijcitur ora
a tio omnino perfecta, dictio item,[a] non eſt repetitiua, ſed conti-
nuatiua, vt l.item veniunt.de petitio.hære.

A D D I T I O.

a ¶Dictio item. Adde Bar.conſi.38.eundem Pau.conſi.80.Fran.de Are.con-
ſilio 1.& conſi.121.vbi plenè videas de repe.

1 *Publicanus quis dicatur.*
2 *Vectigal quot modis ſumatur.*
3 *Forenſes ad quæ onera teneantur.*
*Quid in clericis, & in prædijs eorum.*
4 *Quid in fiſcali onere,quod uocatur collecta.*
*Non poteſt dici tributum, nec annona,nec publica functio, quando ſolui tur priuato, ſed poteſt dici penſio,uel cenſus.*
5 *Differentia inter penſionem,& cenſum,& affictum.*

1 §.Hic titulus. ¶†Hic incipit Iuriſconſultus expone-
re verba edicti,& h.d. publicanus dici
tur,qui eſt poſitus ad exigendum publicos reditus ſiue exigat im
mediatè pro fiſco,ſiue immediate pro ſe, ſed aliquid ſoluit fiſco,
a quo conduxit vel emit.h.d.¶In gloſſ.mag. ibi, {& not.differen-
2 tiam.} † Tu dic ꝙ vectigal poteſt capi dupliciter, primo,vt genus,
& tunc comprehendit id quod ſoluitur pro rebus mobilib. quæ
vehuntur,& etiam pro rebus immobilib. vt ). eo.l.Imperatores.
ideo dicuntur prædia vectigalia,vt š.titu.j.l. quod principis.§.hæc
actio.& š.de pign.l.lex vectigal. Secundo poteſt ſumi in ſpecie, &
tunc ſumitur pro his quæ ſoluuntur de reb.mobilib.quæ vehun-
3 tur,vt in hac glo.¶†Id autem, quod ſoluitur pro reb. immobilib.
habet multa vocabula,quæ ſumuntur pro eodem, quia vocatur
tributum.Item annona.item publica functio,ſeu penſitatio,item
cenſus,vt in ll.allegatis in glo.& tale onus dicitur ordinarium, qa
vniformiter præſtatur, & ſemper ex diſpoſitione legali, & ideo
a etiam forenſes[a] tenentur ad tale onus, & poteſt de nouo eis im-
poni pro prædijs, quæ ſunt ſub iuriſdictione imponentium, quia
licèt perſonæ dominorum non ſint ſuppoſitæ, ipſa tamen prædia
bene ſunt,vt ). de munc.& hono.l.reſcripto. §. fi. Italia eſt immu-
nis ab iſto onere tributorum,abſit.n. vt ipſa domina prouinciarũ
ſit ſub tributo,vt dicit glo.in l.fi.ſine cen.vel re.& in l.j. ). de anno.
& tributo.lib.x.cum qua l.tranſit Bart.per l.j. & fin. de cenſi.Et de
natura tributi dicti,& indicti,vide me.in l.placet.C.de ſacroſan.ec-
cle.Clericis autem vel predijs eorum non poſſunt imponi de no
uo,poſt quam peruenerunt ad eorum manus,quia non ſunt ſub
iuriſdictione laicorum.Sed ſi fuiſſent impoſita, antequam perue-
nirent ad eorum manus,tranſiret prædium cum illo onere, cũ ſit
reale,vt l.j.C.de epiſ.& cle.& in c.ſi tributum.xj.q.j. ideo Barto.in
d.l.reſcripto.§.fi.dat pro conſilio,ꝙ cõitas faciat omnia prædia ſui
territorij tributaria,vt poſtea tranſeant in cameram cum illo one
re,ſed Bald.in l.placet.C.de ſacroſan eccle. hoc reprehendit dicẽs,
ꝙ hoc non pertinet niſi ad principem, non ad cõitates inferiores
imponere tributum. Certè verum eſſet ſi recognoſcerent ſupe-
riorem,aliàs locum principis tenent in ſuo territorio, vt no.Cyn.
4 in l.ea.lege.ante fi.C.de condi.ob cau.¶† Eſt etiam quoddã onus
fiſcale,quod vocatur collecta, & iſtud dicitur extraordinariũ, qa
non ſemper nec vniformiter præſtatur, ſed ſ̃m exigẽtiam caſuũ,
& non dicitur onus reale, ſed imponitur perſonis pro rebus, &
ideo non poteſt imponi clericis,nec forenſib.vt in auth.item nul-
la cõitas.C.de epiſc.& cle.& no.in d.l.reſcripto.§.fin.tñ ſi iam eſſet
inductum onus, & poſtea res in eccleſiam tranſiret, tunc tranſi-
ret cum illo onere,quia res eſt obligata poſt inductionem,vt no.
per glo.in l.incola ).ad municip. prædicta de eo quod ſoluitur fi-
ſco. ¶Interdum autem ſoluitur priuato, & tunc non poteſt dici
tributum, nec annona, nec publica functio, ſed bene poteſt dici
5 penſio vel cenſus,eſt tamen differentia,† quia penſio dicitur pro-
priè, quando ille cui debetur,non trãſtulit directum dominium,
ſed vtile vt in emphyteuta. Sed cenſus dicitur etiam quando tran
ſtulit dominium directum,ita not.glo.notabiliter in c.conſtitutũ.
de religio.domi.& ibi per Inno.¶Sed interdum vnum de iſtis vo
cabulis ponitur pro altero,argu. in l.veteres.š.de actio.emp.& ibi
eſt recurrendum ad formam conceſſionis. Eſt etiam quoddam
vocabulum, quod eſt in communi vſu, quod dicitur affictus, &
poteſt congruere vtrique.

A D D I T I O.

a ¶Forenſes.Adde Soci.conſi.84.& quid ſit inductio, & ſuperinductio, &
an ſint fauorabiles, vide Old.conſi.98.

---

1 *Actio ex hoc edicto quare mitior dicatur quàm actio vi. bo.rap.*
2 *Licèt in aliquo caſu ſit generaliter prouiſum,ſi tamen eſt nota dignus utilet eſt ſuper illo ſpecialiter prouidere.*
*Caſus in quibus actio ex hoc edicto mitior eſt quàm furti, vel ui bon.rap.*
3 *Auxilium extraordinarium concurrit cum ordinario quando eſt de iure cõmuni ſicut illud,& eſt factum in adiutorium eius,& uide nu.7.*
*Specialis prouiſio concurrit cum generali,& econuerſo,quando emanant diuerſis legibus,ſecus quando ab eadem.*
4 *Si fiat ſtatutum ſuper aliquo ſuper quo eſt prouiſum de iure communi, non cenſetur derogatum iuri communi, licèt diuerſimodè ſtatuatur.*
5 *Statutum quòd cauſæ debeant terminari intra lx.dies licet non ſint terminatæ intra illos lx.dies an adhuc duret inſtantia triennio.*
6 *Statutum quando imponit aliam pœnam pro crimine, quàm ius commune, an videatur receſſum a pœna iuris communis.*
7 *Quid ſi ſuper eodem crimine diſponeretur per diuerſa ſtatuta, & vnum imponeret unam pęnam, aliud alteram.*
8 *Si ſunt plures actiones rei perſecutoriæ, & fuit actum vna, & actor ſuccubuit an tollatur altera.*
*Quid ſi vna eſt pœnalis,altera perſecutoria.*

1 §.Dixerit aliquis. ¶†Actio ex hoc edicto mi-
tior eſt q̃ actio vi bon. rap. in
duob.primo,quia datur ad duplũ tñ,ſed actio vi bo. rap. ad qua-
druplũ indiſtincte.Itẽ actio furti ſimiliter ad quadru.qñ eſt manife
ſtum.Itẽ in alio,quia pęna in hac actione euitatur ſi ante ſñiam re
ſtituatur id,quod fuit indebite exactũ,ſed actio vi bo. rap. vel fur.
non,ẽt cũ competunt contra publicanũ ¶ Item in electione eſt
actoris,an agat actione in fac. ad duplũ ex hoc edicto, an autẽ ad
quadru.actione vi.bon.rap.vel fur.& eſt notabilis.§. & ſemp alle-
2 gat.ad hoc† Not.primo,ꝙ licet ĩ aliquo caſu gñaliter ſit ꝓuiſum,
ſi tñ eſt nota dignus,vtile tñ eſt ſuper illo ſpãliter prouidere,ne vi-
deatur neglectum,vt hic ſuper glo.ſuper uerb.{putauit.} ¶Itẽ no.
duos caſus in qb.hæc actio mitior eſt,q̃ fur.vel vi.bo.rap. ¶Adde
tertiũ,quia ſi ſunt plures publicani, non tenetur quilibet inſolidũ,
vt vno ſoluente alter nõ liberetur, ſed omnes tenentur ad vnum
duplum, & vno ſoluente liberantur alij, ſecus in actione fur.vel
vi bo.rap.in quib.quilibet tenetur inſolidum, & vno ſoluente al-
ter non liberatur, vt ).co.l.ſi multi.¶Adde quartum,quia ſi exhi-
bet familiam,liberatur qñ ꝯ eum agitur ex facto familiæ ſine ſuo
mandato, ẽt ſi fuit in culpa talem familiam opponendo, vt ).eo.l.
cum ſi exhibuiſſent.regulariter ſecus per l.videamus. in prin.š.lo-
ca.vt dicam in d.l.cum ſi exhibuiſſent.& in fi.huius l. ¶Sed in alio
hæc actio eſt durior,quã actio fur.vel vi.bo.rap.quia ſi nõ poteſt
exhibere familiam,ẽt ſi non fuit in culpa eam ponẽdi,tenetur ſine
noxę deditione ad reſtitutionẽ ablati, & ad pęnam; ẽt ſi exhibere
3 non põt,vt ).ea.l.fi.qđ dic,vt ibi dicam.¶†Vlt.no.ex fi.verſi.quæ-
ritur, duo ad quæ ſemper allegatur. ſ.ꝙ auxilium extraordinariũ
concurrat cũ ordinario,qñ eſt de iure cõi, ſicut illud, & eſt factũ
in adiutorium eius, nam actio ex hoc edicto eſt extraordinaria,
tamen de iure cõi eſt.qa prodita ꝯ violentum,vel furem,& cauſa
adiuuandi actionem furti,& vi bo.rap.dic plene de hoc,vt no.in l.
in prouinciali.§.j.de oper.no.nun. ¶Item allegatur ad aliud,ꝙ ſpe
cialis prouiſio concurrit cum generali,& econuerſo, qñ emanãt
à diuerſis legibus, ſecus quando ab eadem l. vel diſpoſitione,vt l.
doli clauſula.de verb.oblig.qđ dic vt no.per Bar. & ibi tetigi š. de
4 oper.no.nun.l.j.§.j.† Tertio & vlt.not.ex hoc tex.arg. ꝙ ſi fiat ſta-
tutum,ſuper quo eſt prouiſum de iure cõi, non cenſetur propte
rea derogatum iuri cõi,licèt diuerſimodè ſtatuatur, & ſic poteſt
quis eligere viã iuris cõis,vel ſtatuti.facit l.ceſſat. ).de act.& oblig.
Et inducitur per Specu.ſ̃m Mar.de Fano.in tit.de iudi. deleg.§.re-
5 ſtat.ver.† quid ſi in ſtatuto,ſi diſponat ſtatutum,ꝙ cauſæ debeant
terminari intra 60.dies, ꝙ licèt non ſint terminatæ, non perit in-
a ſtantia, ſed durat adhuc triennio[a] per l.properandum. Alij dixe-
runt ꝯ. & melius quaſi ſtatutum velit illos lx. dies ſubrogare in
locum triennij,vt ibi no.in addi.per Io.An.in tit.de app.& vide qđ
not.Bar.in l.j. ).vi bo.rap.& Cy.C.de ſepul.vio.l.qui ſepulchra.qñ
ſtatutum imponit aliam pœnam pro crimine, q̃ ius cõmune, an
6 videatur receſſum a pœna iuris cõis. † Et licèt prædicti Doct. ſ̃m
Dy.teneant ꝙ non videtur receſſum a pœna iuris cõis,& ſic po-
terit iudex imponere quam vult.arg.huius tex.& l.quoties.de act.
& obl.eſt tñ hoc verum,niſi ex aliquib.cõiecturis appareat, ꝙ ſta
tutum voluit recedere a iure cõi,ut dicit Bar.in d.l.j.ui bon.rap.tñ
Bal.in l.data.C.qui accu.non poſ.in viij.col.auth.ſed nouo iure.C.
de ſer.fugi.tenet ꝯrium, ꝙ iudex nõ põt imponere,niſi pœnã ſta-
tuti,qa iurat ſeruare ſtatuta, & quia recipit iuriſdictionem ſecun-
dum

---

A D D I T I O.

a ¶Triennio. Vide quę poſui in l.properandum.C.de iudi.

7 dum formam ſtatutorū, & iſtud ſeruatur in practica. † Sed ſi ſup eodē crimine diſponeretur p diuerſa ſtatuta,& vnū imponeret vnam pęnam, vt ſi dicat ſtatutum pro homicidio,quis puniatur in mille,quæ ſi non ſoluerit intra menſem, capite puniatur, vel ſi ſit ſtatutum in fine ſtatutorum,dicens ꝙ vbi non reperitur proui ſum per ſtatuta,recurratur ad ius cōe, aliud alteram pęnam, tunc dico,ꝙ iudex poſſet imponere quam vult per iſtum text.quia hæ ambæ diſpoſitiones erant de iure cōi,tene menti. facit qđ not.in d.l.quicunque.C.de ſer.fugi.¶In gl.quæ incipit, {ſed opponitur,} ibi {ſed illud qñ extraordinarie ꝯ ius cōe.} dic ꝙ primū dictū procedit de plano per d.l.in cauſæ. ſed hoc ſecūdum debet diſtingui, nam qđ dictū remediū extraordinariū eſt generale,& remedium iuris cōis eſt ſpeciale,& tunc idem, vt ſimul non concurrant, ſed extraordinariū habet locū in caſib. in quib. per ius cōe ſpecialiter non eſt prouiſum, alias ſecus, & hic eſt caſus in l.in prouin.§.j. de ope.no.nun.& l.ſi ædibus.de dam.infec. Tunc.n. dicitur extraordinarium inuentum cauſa ſupplendi ius cōe. Interdum econtra remedium ordinarium eſt generale,ſed extraordinarium ſpeciale,& tunc concurrunt,& dr̄ extraordinarium inuētum cauſa nō ſupplendi,ſed coadiuuandi ius cōe, & iſte eſt caſus huius §. & iſta
8 adde ad ea quæ dixi in d.l.in prouinc.¶†In fi.glo.dic circa iſtū articulū,ꝙ interdum ſunt plures actiones rei perſecutoriæ, & tunc ſi fuit actum vna & exactū, altera tollitur, vt ſ. de dam.infec.l.dam. infec.ſtipu.cōpetit.§.pe.Sed ſi egit,& ſuccubuit,an poſſit alter agere,diſtingue qualiter ſit lata ſn̄ia, ſicut in iuramēto diſtinguitur.ſ. de iureiur.l ſi duo.§.idem iu.& in l.duob.§.colonus.cum ſe.co.tit. Aut vna eſt pęnalis,altera perſecutoria, tunc ſi in pęna non continetur ſimplum,altera per alteram non tollitur,quia competit ad diuerſa,vt l.ſi pro fure.de cond.fur.¶Sed ſi continetur ſimplū,tūc aut fuit actum pęnali,& exactum,& tollitur perſecutoria, cū iam ſit perſecutus rem.Aut ecōuerſo fuit actum perſecutoria,& exactum,& tunc diſtinguitur, aut pęnalis erat a principio pęnalis, & non tollitur inquantum continet pęnam, vt d.l.ſi pro fure.aut a principio nō erat pęnalis,ſed ita demum,ſi res non reſtitueubatur, & tunc poſtq̄ eſt reſtituta,tollitur pœnalis,vt d.l.metū.§. ſed licet, & l.ſi cum exac.§.cū qui.qđ me.cau. Et vide circa iſta bonam glo. in l.idē ait.§.fi.ſ.nau.cau.ſta.¶Interdū vtraque actio eſt pęnalis,& tunc habet locum diſtinctio magiſtralis, quam ponit hic Dyn.q.a interdum oriuntur ex vno facto,& ex vna obligatione, & ſic eſt vnum factū,& vnus titulus criminis, & altera per alteram tollitur ēt in eo qđ excedit,vt d.l.idē ait.§.fi.ēt in caſu huius §. & ſic iſta ſecunda pars glo.eſt verior.licèt glo. videatur tenere primū,& probatur in l.j.§.in tute.de tute. & rati. diſtra. ¶Interdū eſt vnū factū, &,plures obligationes & ſic plures tituli criminis,& habet locum prima pars glo.q.a altera p alteram non tollitur quatenus excepit per leges alleg.& in gl.¶Interdū ſunt plura facta, & plures obligationes,& ſic plures tituli criminis, & tunc altera per alteram nullo modo tollitur,ēt quatenus cōcurrunt, vt l.nunq̄ plura. de priua. delic.& in primo caſu tollitur altera per alteram, ſiue fuit actum, & exactum,ſiue etiam actum,& ſuccubuit,vt no.Bart.j.eo.l.hoc edicto.quinimo etiam nondum lata ſententia, ſed eo ipſo ꝙ vnam elegit, videtur altera ſublata per l.quod in hæredem. §. eligere. de tributoria.quæ verba Dy.examina, vt hic ſubtiliter per Bar.

1 *Poteſtas, an teneatur de facto ſuæ familiæ.& nu.1.*
2 *An teneatur ex contractibus familiæ.*
3 *Quid in familiaribus aliorum priuatorum.*

## §.Familię nomen.

¶ Publicanus tenetur ex facto familiæ deputatæ ad illud manifeſtum,ſi illud fuit factum ſimiliter in exercitio illius miniſterij.h.d.Et debet intelligi hoc,quando familia deliquit non mādato publicani,& ipſo ignorante,vel ſciente, & non valente prohibere,aliàs indiſtinctè teneretur publicanus,etiam ſi non eſſet deputatus ad illud miniſterium, vel etiam ſi deliquiſſet extra miniſterium ſibi deputatum,vt j.ſi fami.fur. feci. dica l.j. §. j. quia teneretur ſuo nomine,non nomine familiæ,vt in prin. huius l.ſm intelle
1 ctum gl.ibi poſitæ.¶†Et iſte §.ſemper alleg.ad q.an poteſtas tenea
a tur de facto ſuæ familiæ,[a] & diſtinguitur prout hic, ꝙ de facto illius,quem deputauit ad aliquod miniſterium ſui officij commiſſo in illo miniſterio tenetur,ſed aliquo iſtorum deficiente,non tenetur.Si ergo habebat aliquem domicilium, qui nihil aliud faciebat,niſi quia ſeruiebat ſibi in camera,vel portabat enſem,ſi ille cōmiſit aliquam ſimoniam,quia recepit pecuniam, vt rogaret poteſtatem,non tenetur poteſtas,quia non erat deputatus ad aliquod officium. Item ſi miles; vel notarius recepit ſimiliter, vt rogaret poteſtatem, non tenetur, quia hoc non fecit in executione eius, quod ſibi erat commiſſum,ſed ſi recepiſſet,vt aliquid faceret,vel non faceret ſuper eo quod erat ſibi commiſſum,tunc tenetur per hunc tex.¶Sed videtur,quòd etiam pro cōmiſſis ab illis,qui non erant deputati ad aliquod miniſterium, vt l.obſeruare.§.j.ſ.de offic.procon.& lega.ſol.ibi,in eo,quem poteſtas non poterat tenere ſecum in officio, vt puta in vxore, ſecus ſi ab alijs quos tenere
2 non prohibetur.¶†Et prædicta in delictis,ſed an ex contractib.familiæ teneatur, communiter dicitur quòd non. ſed tu diſtingue, aut erat talis qui non erat deputatus ſuper cōtractibus,& hoc eſt verum,vt ſunt iudices,notarij,& milites, aut erat ſuper hoc deputatus,vt ſunt expenditores qui habent emere neceſſaria p victu, & tunc ſi cōtraxit in cauſam ad quam eſt deputatus,tenetur,aliàs ſecus, vt l.j.§.non autem.de exer.ſed qualiter probetur quòd contraxit in illam cauſam,diſtingue prout dicit Bart.in l.ciuitas. ſi cert.
3 pet.¶†In familiarib.autem aliorum priuatorum diſtingue,aut delinquunt in re cuius cuſtodia pertinebat ad dominum,& tenetur dominus,ſi fuit in culpa, vt l.videamus ſ.loc. aut delinquunt extra rem talem,& tunc non tenetur dominus, vt in c.cum ad ſedem. de reſt.ſpo.teneretur etiam ſi eſſent deputati ad aliquod miniſterium,licèt non publicum, & eſſet commiſſum in illo miniſterio, vt in l.j.nau.cau.ſta.Prædicta omnia, quando pęna eſt pecuniaria, alias non teneretur poteſtas ſm̄ glo. in d.l.obſeruare.§.proficiſci.

### ADDITIO.

a ¶Suæ familiæ,etiam ſi proteſtetur,& pręconizari faciat quòd non vult teneri,niſi tali proteſta.ciuitas conſentiat ita dicit Soci.ſæpius fuiſſe conſultum eius conſi.107.

1 *Si publicanus non exhibet familiam tenetur ex facto eius ſine noxæ deditione etiam ſi exhibere non poſſit, ſed ſi exhibet liberatur.*
2 *Si aliquis de familia Poteſtatis aufugit, & ſic non poteſt eum exhibere,tenetur Poteſtas de delictis,per illum commiſſis in officio,ſed ſi illum exhibet, liberaretur,& quid ſi mortuus eſt.*
3 *An dominus liberetur exhibendo ſeruum, qui deliquit ſine eius mandato, vel ſcientia.*

## 1 §.Quod nouiſsime.

¶ † Si publicanus non exhibet familiā tenetur ex facto eius ſine noxæ deditione,ēt ſi exhibere non poſſit, ſed ſi
2 exhibet,liberatur.h.d.cum l.ſeq. ¶†Et ſic patet per iſtum text.ꝙ ſi aliquis de familia Poteſtatis aufugit,& ſic nō poteſt eum exhibere,teneatur Poteſtas de delictis per illum commiſſis in officio,ſed
a ſi ipſum exhibet,liberatur, & ita ſeruatur in practica[a] per hūc tex. ¶Sed ſi nō poteſt exhibere,q.a mortuus eſt,adhuc liberaretur,vt hic in glo. quæ incipit. { per accidens, } Et intelligo iſtos text.ſicut dixi in §.præcedenti,quia familia publicani delinquit non mandato ipſius publicani,nec etiam ipſo ſciente, vel prohibere valente. In illis caſibus teneretur ſuo nomine ſine noxæ deditione, etiam ſi vellet eos exhibere,vt l.j.§.j.ſi fa.fur.feci.dica.Quando autē ſine mandato, & ipſo ignorante ſi exhibet eos non tenetur. intellige etiā ſi fuit in culpa tales apponendi ad illud miniſterium,quia non erant idonei, & diligens paterfamilias eos non poſuiſſet, quia l.ſi cum exhibuiſſet. in prin. loquitur indiſtinctè in hoc. actio ex hoc edicto eſt mitior quàm actio fur.vel vi bo.rap. vel aliæ actiones. Nam in alijs,ſi dominus fuit in culpa malæ electionis, vel deputationis,tenetur ſuo nomine ſine noxæ deditione, per l. videamus. circa prin.ſ.loca.& l.ſi vendita.ſ.de peric. & commo. rei vend.& l.ſi ſeruus.§. cum coloni. ad leg. Aquil. ¶ Si autem non exhibet, indiſtinctè tenetur ſine noxæ deditione, intelligo etiam ſi nō fuit in culpa, quia videbatur idoneus, & in hoc iſtud edictum eſt durius,quia regulariter tunc liberatur dando pro noxa, & promittendo quòd ſi ad eius manus peruenìat,exhibebit,& dando licentiam actori, quòd ipſum capiat vbicunque reperiat, ut l.ij.§.j.ſ.ſi ex noxa.cau.aga. ¶Et ex his apparet, ꝙ ſit ſpeciale in hoc edicto. nam Bar.dicit,ꝙ ſpecialiter conſiſtit in primo, quòd liberatur exhibendo, quod regulariter non eſt, glo dicunt quòd conſiſtit in ſecundo, & ita ſonat hic litera.¶Tu diſtingue, quòd aut publicanus fuit in culpa malæ electionis, & verum dicit Bart. Aut nō fuit
3 in culpa, & uerum dicit glo.¶†Quid autem in alijs caſibus,an dominus liberatur exhibendo ſeruum, qui deliquit ſine eius mandato,uel ſcientia, diſtingue aut fuit in culpa, & non liberaretur,vt d.l.videamus.aut non fuit, & tunc aut non erat deputatus ad aliquod officium, & liberatur, etiam ſi delinquat in re commiſſa adminiſtratione a domino, ut d.l.ſi uendita, & d. l. cum coloni. Aut erat deputatus ad aliquod officium,puta a caupone,uel nauta, quòd tunc diſtinguitur inter ſeruum proprium, & liberatur, quia in eo dignus eſt uenia, & ſeruum alienum,uel famulum nouiter adhibitum, & tunc non liberatur, quia debuit eſſe diligentior, hic eſt caſus in l.fin.§. ſeruorum. ſupra nau. caup.ſtab. Sed in hoc edicto non diſtinguitur proprius ab alieno, ut hic in gl.ſuper uerbo, {bonos ſeruos.}

### ADDITIO.

a ¶In pratica. Adde Lud.Roma.conſi.12.& conſi.16.& ibi uide qualiter intelligi debeat ſtatutum, quòd poteſtas teneatur pro familia ſua, & an factum à familia præſumatur factum de conſcientia domini, vide per eundem conſi.3.

### LEX III.

1 *Teſtis interrogatus de facto vnius ex pluribus, ſi dicit ſe non cognoſcere niſi eum videat, poteſt petere ipſum exhiberi, vel etiam omnes, vt recognoſcat illum de quo teſtificatur, & vide nu.1.*
3 *Si contingat aliquem ſtipendiarium dare damnum alicui, poteſt damnum paſſus petere, quòd capitaneus faciat omnes comparere coram ſe.*

Cum

# CVm ſi exhibuiſſent.

1 §.Quod ait. ¶† In dominos. Ex facto familiæ datur actio contra oēs
ſocios publicanos, licèt illa familia ſit in dominio vnius tãtum eorum. Item qui agit cõtra dñm ex facto vnius de familia, debet ante omnia declarare, quis ſit ille, & petere ipſum ſibi exhiberi. Et ſi de noīe non recordatur, poteſt petere oēs exhiberi, vt ipſum recognoſcat. not. hoc vltimum dictum, & propter hoc ſemper al-
2 leg. † ꝙ ſi teſtis interrogatus de facto vnius ex plurib. dicit ſe non cognoſcere, niſi eum videat, põt petere ipſum exhiberi, vel etiam oēs, vt recognoſcat illum de quo teſtificatur, & facit etiã ad mul-
3 ta alia, quia † ſi contingat aliquem ſtipendiarium damnum dare alicui, poteſt damnum paſſus petere, ꝙ capitaneus faciat omnes comparere coram ſe, & boni capitanei hoc faciunt.

§.Si plures ſerui. ¶Ex facto plurium agitur contra dominum, ac ſi vnus feciſſet. h.d. ¶Rationem huius vide ꝟ.ſi fa.fur.fe.dicatur.

## LEX IIII.

1 *Hæc actio pœnalis datur contra hæredem, quatenus locupletior factus eſt. Item de rebus quæ portantur ad vſum proprium, non ſoluitur vectigal, ſeu gabella. Item in vectigalibus ſeruatur conſuetudo.*
2 *Quando credatur literis alicuius officialis publici.*
3 *An poſſit quis præſcribere ius exigendi vectigal.*

1 SI publicanus. ¶† Hæc actio pęnalis datur ꝯ hæredem, quatenus locupletior factus eſt. Item de rebus quæ portantur ad vſum proprium. non ſoluitur vectigal, ſeu gabel-
2 la. Item in vectigalib. ſeruatur conſuetudo. h.d. tota l. ¶† Alleg. iſte §. de reb. ibi {in libello, &c.} ꝙ creditur literis alicuius officialis publici, tamen iſte tex. parum facit, quia iſta ſcriptura non erat facta per modum authenticum, cum iſte præſes nondum eſſet ingreſſus officium, nec hic dicitur ꝙ neceſſario ſit credendum talibus literis, tamen hoc eſt verum in ſe, quando literæ fiunt in modo authentico cum ſigillo conſueto, etiam ſi non fiant per modum publici inſtrumenti. de hoc in c. poſt ceſſionem. de probat. & in Authenti. vt nulli. in §. ſi quis vero comprehenſorum, & not. per
3 Cyn. in l. ſi qua per calum. C. de epiſcop. & cleri. ¶† Item allega. §. fina. ꝙ poteſt quis præſcribere ius exigendi vectigal. Breuiter de hoc eſt caſus in c. ſuper quibuſdam. §. præalleg. de verbo. ſignific. ꝙ non niſi tanto tempore, cuius contrarij memoria non exiſtat, quia eſt hoc ꝓhibitum a iure. C. noua vecti. per totum. Sed vſus tanti temporis habet vim conceſſionis principis, vt l. hoc iure §. ductus aquæ. de aqua quotid. & æſti. Et ſic iſte text. debet intelligi quantum ad res ſubijciendas, vel liberandas a vectigalibus, ſecundum Iaco. de Arena vt in hoc ſtetur conſuetudini.

## LEX V.

1 *Pœna huius edicti euitatur, ſi ante ſententiam latam ſuper pœna huius edicti res ablata reſtituatur, uel offeratur, & ſit abſolutio in pœna.*
2 *Statutum quòd qui emit rem, & non fecit eam allibrari, uel ſi non ſoluit gabellã incidat in aliquam pœnã, & aliquis ſit accuſatus de hoc, an poſſit euitari condemnationem faciendo allibrari, uel ſoluendo gabellam ante latam ſententiam, niſi ſtatutum præfigat certum terminum.*
4 *An per reſtitutionem rei ante latam ſententiam, euitatur etiam pœna furti, uel ui bon. rapto.*

1 HOc edicto. ¶† Pœna huius edicti euitať, ſi ante ſñiam latam ſuper pœna huius edicti, res ablata reſtituatur, vel offeratur, & ſit abſolutio in pęna. h. d. Et ſic loquitur qñ pęna huius edicti erat petita, & poſtea res ablata fuit reſtituta, vel oblata, vt patet in verbo, {abſoluendus.} põt etiam intelligi qñ adhuc non erat petita. In gl. mag. ibi, de ver. obl. l. ſi inſulam. dic ꝙ ibi loquitur in pęnis conuentionalib. quæ cõmittuntur ꝑꝑ non fieri, & in illis non habet locũ purgatio morę poſt litẽ cõteſt. ſuper pœna, licèt aliqñ hoc fallat, vt l. iij. §. fi. ꝟ. iudic. ſol. ibi admittitur uſque ad ſñiam, hic loquitur in pœnis legalib. commiſſis ꝑꝑ male fieri, ſed euitantur per reſtitutionem rei ablatæ, & in iſtis admittitur purgatio, ideſt reſtitutio uſque ad ſententiam, da æquitate, & ad hoc principali-
2 ter alleg. iſta l. ¶† Vnde facit, ſi dicat ſtatutum, ꝙ qui emit rem, immo ſi non facit eam allibrari, uel ſi non ſoluit gabellam incidat in aliquam pœnam, & aliquis eſt accuſatus, quia non facit allibrari, vel non ſoluit gabellam, & petita eſt pęna, ꝙ ipſe poſſit euitare cõdemnationem faciendo allibrari, uel ſoluẽdo gabellã ante latam ſententiam, ſm Ange. qđ no. hoc tamẽ vr̃ uerum niſi ſtatutũ præfigat certum terminum, quia tunc poſtea non admitteretur purgatio. vt l. magnam. C. de cõtrahen. ſtip. ¶In gl. ibi. {item qđ dicit,} iſta gl. voluit opp. ꝙ ẽt poſt ſñiam offerẽdo, euitetur pœna, vt l. ſi cũ exceptione. §. ſaris clemen. ꝟ. qđ me. cauſa. Sol. clarius, ꝙ glo. ibi loquiť in actione arbitraria, quæ ideo dr̃ arbitraria, qa a principio non pœnalis eſt, ſed efficitur pęnalis ſi res per metum ablata non reſtituatũ ad mandatũ iudicis, & ideo ibi primo loco petitur ipſa res, & ſuper ea fit condemnatio, & ſi reſtituatur, euitať pęna, ſi nõ reſtituatur, agitur ad pęnam, & ſic fertur alia ſententia diffinitiua. hic loquitur in actione nõ arbitraria, quia eſt pœnalis ab ipſo principio, quo publicanus illicitè extorſit. & per eam non petitur ei reſtitutio ſolum, ſed duplum, & ſic pœna una cum ſimplo. Vnde non fertur niſi una ſententia. Debet ergo res offerri antequam fe-
3 ratur, ut euitetur condemnatio in pœna. ¶† Sed quæritur, vtrum per reſtitutionem rei ante latam ſententiam euitetur etiam pęna furti, uel ui bo. rap. Dyn. hic tenet ꝙ non, per l. j. §. unde quæritur. ꝟ. eo. & idem Barto. ¶Tu diſtingue, aut reſtituitur ante iudicium cęptum ſuper pœna, ideſt ante lit. conteſt. & tunc verum dicunt, aut poſt, & tunc ſecus, quia per electionem iſtius actionis, quæ fit litem conteſtando ſuper ea, tollitur actio furt. & vi bon. rap. cum oriatur ex eodem facto, & ex eadem obligatione, vt l. quod in hęredem. §. eligere. de tribu. iunctis his quæ ipſi notant. ꝟ. eo. l. j. §. dixerit aliquis, quod etiam patet ex his, quæ no. hic Bart. qui tenet cõtra Dyn quòd ſi feratur ſuper hac actione ſententia abſolutoria qualitercunque, tunc non poteſt agi actione fur. vel vi. bon. rap. per dictam rationem ſicut ſi fuiſſet lata condemnatoria, & facta exactio, vt idem Dyn. tenet in d. §. dixerit aliquis. Sed ſi orietur ex diuerſis obligationibus, eſſet diſtinguendum, vt diſtinguit Dyn. an fuerit lata ſuper facto, an ſu ꝑ actione, vt l. ſi duo. §. idem Iul. de iureiur. Et ego dico, ꝙ ſi ſententia Bart. eſt vera, etiam antequam feratur condemnatoria, vel abſolutoria per ſolam litem conteſt. fuerunt aliæ ſubaltæ per §. eligere, & dixi in d. §. dixerit aliquis.

§.Quærentibus. ¶No. iſtum text. qui ſemper alleg. quòd quoties l. vel ſtatutum dicit aliquem puniri pœna dupli, tripli, vel quadrupli, in dubio in illo computatur ſemper ſimplum, & ſic non eſt in eorum pœna, niſi expreſſe hoc dicatur. Et de hoc eſt caſus clarior quàm hic, licèt Bart. hic non allegat C. de ſpon. l. fina. circa prin. tene menti, & facit C. de pœnis fiſca. l. j. vel ij. lib. x. & quod ibi per Bartol.

## LEX VI.

1 *Delinquentes plures in eodem officio, qualiter teneantur.*
2 *Si familia poteſtatis tota ſimul aliquem torſit indebite, & pro tali tortura imponatur pœna pecuniaria, licèt quilibet teneatur inſolidum, vno tamen ſoluente alij liberantur, & habent inter ſe beneficium diuiſionis etiam poſt latam ſententiam.*

1 SI multi publicani. ¶† Quando plures delinquunt ſimul in eodem officio, quilibet tenetur inſolidum, & condemnatur inſolidum, ſed ſi ſunt ſoluenda quilibet exigitur pro parte, & ſufficit vna ſolutio, & pro eis qui non ſunt ſoluendo alij exiguntur, Sed ſi delinquunt non in communi officio, quilibet tenetur inſolidum, & inſolidũ exigitur, & vno ſoluente alter non liberatur. h.d. iſta l. notabilis, quæ ſemper alleg. Et loquitur quando erant in officio publica authoritate, & vtilitate. Idem ſi erant publica authoritate, ſcilicet utilitate priuata, vt
a eſt caſus ꝟ. de admin. tuto. l. tres tutores.[a] & idem videtur, ſi erat
2 omnino priuata, & ſi officium † valeat, & mitigat maleficium, ad hoc allegatur iſta l. & illa l. tres tuto. per quas patet, quòd ſi familia poteſtatus tota ſimul aliquem torſit indebitè, & pro tali tortura imponatur pœna pecuniaria, licèt quilibet teneatur inſolidũ, vno tñ ſoluente alij liberantur, & habent inter ſe beneficium diuiſionis, etiam poſt latam ſñiam, quod perpetuo tene menti. ¶In tex. ibi, {ſed omnes partes præſtabunt,} intellige, ꝙ quilibet tenetur inſolidum, & condemnatur inſolidum, cum hac modificatione, ꝙ vna ſolutio ſufficiat, & poſt latam ſentẽtiam ſi ſunt omnes ſoluendo, quilibet exigitur pro parte, alias non procederet, quod ſequitur in ſequenti ver. quia ſi quilibet teneretur pro parte, vel condemnaretur pro parte, altero eorum reperto non ſoluẽdo, alter non teneretur pro illo, vt l. legatorum. in prin. de leg. ij. & de ali. leg. l. ſolent. in fi. ¶In tex. ibi, {nam inter} dic ꝙ iuriſconſultus voluit hic opponere de legib. de quibus opponit glo. in fi. ſ. C. de condi. fur. l. fina. & ꝟ. ad l. Aquil. l. item Mela. §. ſi plures. in quib. non ſufficit vna ſolutio, immò vno ſoluente alij non liberantur a pœna, licèt regulariter in indiuiduis vno ſoluente, alter liberetur. l. ij. ꝟ. de duo. re. fallit. hoc tamen in pœnis, vt hic, & l. item illa. §. ſi plures. in fin. ff. ad l. Aqu. (de qua materia videre eſt elegantiſſimum tractatum d. Alcia. de diuid. & indiuiduo,) & reſpondet ſecundum intellectum Iaco. de Are. ꝙ illud eſt in illis, qui ſimul delinquunt, non tamen exiſtentes in eodem officio, qui dicũtur rei criminis, & in illis procedit oppoſitio. Et aliud in illis, qui delinquunt exiſtentes in eodem officio, qui dicuntur fraudis participes, & in illis procedit determinatio ſupradicta. hoc tamen intelligo quãdo ſimul delinquunt, & ſic dicitur vnum delictum. Si autem diuer-
ſis

ADDITIO.

a ¶Tres tutores. Adde Ful. conſi. 178. Fran. de Are. conſi. 66.

ſis temporibus, eſſent diuerſa delicta, vno ſoluente alter non libe
raretur. facit quod no. C. vnde vi. l. j. in fi. magnæ gl. ſed qñ nõ ſunt
in eodem officio, non refert ſil', vel diuerſis tpibus, quantum ad
multiplicationem pœnarum. gl. tamen ij. aliter iſtum text. intelli-
git, & bonus eſt intellectus eius, ſed præcedens notabilior.

LEX VI.

1 *Pro publicis penſionibus ipſæ res ſunt obligatæ, & ideo fiſcus poteſt age*
*re cõtra poſſeſſores etiam pro tempore præterito, antequam res ad eos*
*peruenirent.*
2 *Res uendita non debet remoueri de libro ſeu cataſtro uenditoris, niſi pro-*
*fiteatur quòd emptor eſt idoneus ad ſoluendum onera fiſcalia, ſed tamẽ*
*emptor pro tempore poſt quod ad eum peruenit, tenetur ſoluere ſi res*
*non ſit poſita in allibratu ſuo.*
3 *An bona ſint obligata pro collectis, quæ imponuntur perſonis pro rebus.*

1 IMperatores. ¶ † Pro publicis penſionib ipſæ res ſunt obligatæ, & iõ
fiſcus poteſt agere ꝯ poſſeſſores ẽt pro tempore præ
terito, antequam res ad eos peruenirent. h. d. & ſp al-
legat. ¶ Intellige tamẽ ſane, non ꝙ fiſcus agat de directo ꝯ poſſeſ
ſorem, ut ſoluat pro tempore præterito, quia pro illo non eſt ob
ligatus ipſe poſſeſſor, ſed ipſa res poſſeſſa, ſed agit per indirectum.
ſ. hypo. & ſi poſſeſſor volet euitare, quod ſibi res non auferatur,
cogetur ſoluere fiſco pro tempore præterito, & poſtea recupe-
rabit ab authore ſuo, vt hic in ver. eo. ꝙ exemplo. poteſt ẽt fiſcus
agere actione perſonali contra authorem, qui nunc nõ poſſidet,
quia fuit obligatus pro tempore quo poſſedit, & per alienationẽ
rei non exemit ſe ab obligatione, ut hic colligitur, & in auth. ſed
periculum. C. ſine cenſu uel reliquis, & in corpore unde ſumitur
2 per quam Bar. notabiliter in l. incola. ad muni. † dicit ꝙ non debet
remoueri de libro ſeu cataſtro uenditoris, niſi profiteatur ꝙ em
ptor eſt idoneus ad ſoluendum onera fiſcalia, & ſi nõ reperiatur
a idoneus ipſe ſoluet: tene menti.[a] ¶ Emptor autem pro tempo-
re, poſt quod ad eum peruenit, tenetur ſoluere ẽt ſi res nõ ſit po-
ſita in allibratu ſuo, ſed adhuc ſit in allibratu venditoris, per hanc
l. & per l. fin. illius tit. ſine cenſu, uel reliquis, & ibi per Bal. ¶ Et pro
eo, quod dixi, quod agitur contra poſſeſſorem non directo, ſed
per obliquum. facit quod no. gl. in l. ſi vſusfru. nomine. ſ. vſufruc.
3 quemadm. caue. & in l. in uenditione. de actio. empt. ¶ † Sed quæ
ro iſta l. loquitur in tributis, ut in gl. j. quæ ſunt onera realia, q̃ im-
ponuntur ipſis prædiis. ¶ Quid in collectis, q̃ ẽt imponuntur per
ſonis pro rebus, ut dixi in l. j. §. j. ſ. eo. dic idem, ꝙ ẽt pro illis bona
ſunt obligata, quia fiſcus ſemper habet hypo. ſaluo ꝙ pro dereli-
ctis. ut l. aufertur. §. fiſcus. ꝉ. de iure fiſci. In hoc tñ eſt dñia, quia in
tributis incipit hypotheca prædiorum ab ipſo initio, quo tributa
fuerunt impoſita, nec multiplicantur ſingulis annis, quia illa ſunt
onera ordinaria, & ſemper & uniformiter pręſtantur, ſed in col-
lectis, quæ ſunt onera extraordinaria multiplicatur obligatio ex
qualibet indictione, & antequam ſit indictum onus bona non
ſunt obligata. Pone exemplum in ciuitate Florẽtię, tempore quo
fuerunt in vſu præſtantiæ, nam ſunt onus extraordinarium, quia
non imponitur ſemper, ſed ſm exigentiam caſuum, nec unifor-
miter, quia aliquando minores, aliquando maiores, licet ergo ali
quis in libris cõis reperiatur præſtantiatus in xx. bona tñ ſua non
ſunt obligata cõi quouſque præſtãtia ſit indicta, & ideo ſi alienat,
non tranſeunt bona cũ onere illius præſtantiæ, immo illud onus
remanet apud uenditorem, & pp hoc factum fuit Florentiæ ſta-
tutum, ꝙ omnia bona ſint obligata ex die, quo diſtributio præ-
ſtantiarum fuit obtenta pro omnibus præſtantiis, quæ ſoluentur
durante illa diſtributione, ſed poſtquam præſtantia eſt indicta, in-
cipiunt bona eſſe obligata, & ex tunc tranſeunt cum onere. Eſt ẽt
b alia dñia, quia tributa[b] imponuntur ipſis rebus pro meo uigore,
& ſic tenetur quis ſoluere pro tali prædio tantum, & pro tali tñ,
vt ꝉ. de cenſi. l. forma. ſed in collectis fit æſtimatio oĩum bonorũ
ſimul, & imponitur collecta perſonæ ſm æſtimationẽ bonorũ.

ADDITIONES.

a ¶ Tene menti. Adde Lu. Ro. conſi. 306.
b ¶ Tributa. quid ſit tributum & quid collecta uide per Bal. conſi. 278. ij. li.

§. Item reſcripſerunt. ¶ Pupillus euadit pœ-
nam commiſſi ipſo iu
re ſi intra 30. dies ſoluat. h. d. ſed ſi non ſoluat, non euitat niſi me-
diante reſtitu. in integ. ut d. l. ex cauſa. §. penul. ſupra de mino.

LEX VIII.

FRaudati. ¶ Pœna fraudati uectigalis non
tranſmittitur ad hæredem ante lit.
cont. h. d. intellige (hæredem) contra hæredem, & lo
quitur de pœna dupli, quia ſi fraudatur vectigal, ſol-
uitur poſtea duplicatum, ut ꝉ. e. l. fi. §. diui quoque. Item res incidit
in commiſſum, & de iſta pœna hic non loquitur, quia cum ipſo
iure fiat res fiſci, poteſt fiſcus ab hærede vendicare, ut commiſſa.
ꝉ. eo. l. dotem. §. illicitarum. ¶ Et intellige ut dixi ante lit. cont. trac.
prout eſt tex. no. ſed ſi non eſt illa negatiua, tunc dicit totum op-
poſitum, & tunc intellige ſcilicet poſt litem conteſtatam, vt C. ne
ex delict. de l. prima.

§. Sed ſi vnus. ¶ Si unus ex dominis fraudat vectigal
portio tantum ſua confiſcatur, nõ ſo-
cii ignorantis. h. d. facit l. ij. §. fratris. ſ. ſi quis aliquem teſtari prohi-
buerit, quia factum unius alteri nocere non debet, ut ſupra de o-
per. no. nuncia. l. de pupillo. §. ſi plurium. ¶ In tex. ibi, (cauſa uecti-
galis.) dic ꝙ iſta uerba determinant ſequens uerbum, ſurripuit.
non præcedens uerbum, communem, quia cum unus ex his hæ
redibus portaret rem communem de uno loco ad alium, & de-
beret ſoluere gabellam, occultauit eam, ut nõ ſolueret, certe ſua
tantum portio confiſcatur. facit. ꝉ. eo. l. cotem. ¶ Et inducitur ad
quæſtionem per Oldr. de qua plene per gl. in l. communi diui. in
prin. ſ. commu. diui. & hic per Bar.

LEX IX.

1 *In licitatione, ſiue locatione uectigalis non admittitur plus offerens, niſi*
*præſtet fideiuſſores idoneos.*
2 *Aliqua de materia quando res ponitur ad incantum, ut plus offerenti de-*
*tur, remiſſ. ad Bart.*
3 *Si primo unus decem, & poſtea alius offert quindecim, & iſte reperiatur*
*non ſoluendo, uel recedat de ciuitate inſalutato hoſpite, an commune*
*poſſit aſtringere primum ad recipiendam gabellam.*

1 LOcatio. ¶ † In licitatione, ſiue locatione uecti-
galis non admittitur plus offerens, ni-
ſi præſtet fideiuſſores idoneos. h. d. Et intelligo iſtum
tex. ꝙ non debeat gabella adiudicari plus offerenti,
niſi præſtet idoneos fideiuſſores, ſed tpe quo plus offert, non ex
pedit, ꝙ fideiuſſores det, quia neſcitur, utrum ſit ſibi adiudicanda
2 vel cum nõ poſſit alius venire, qui plus offerat. ¶ † Et in iſto prin.
Bar. ponit aliqua de iſta materia quando res ponitur ad incantũ,
ut plus offerenti detur, & ẽt in l. ſi tempora. C. de fide inſtrum. &
3 iure haſtæ fiſc. li. x. & ibi omnino vide. ¶ † Et inter alia dicit vnum,
ꝙ ſi primo unus decem, & poſtea alius offert quindecim, dein-
de iſte ſecundus reperitur non ſoluendo, uel recedit de ciuitate
inſalutato hoſpite, ꝙ commune poteſt aſtringere primum ad re-
cipiẽdum gabellam per l. Sabinus. ſ. de in diem addic. Ego recor
dor uidiſſe Bal. conſuluiſſe contrarium in ciuitate Arimini, dum
eſſet Papiæ, ꝙ per oblationem ſecundi, cenſetur receſſum ab ob-
latione primi, & ſtatim primus eſt liberatus ab oblatione ſua. arg.
in l. ſtipulatus es opus. ꝉ. de fideiuſ. & locat. l. cum in plures. §. dicta.
& ꝉ. de præto. ſtipula. l. Valerianus. Mihi uidetur diſtinguendum,
aut gabella fuit iam adiudicata ſecundo expreſſe, uel tacite, quia
lapſi ſunt termini appoſiti in bannimentis, & ſic nõ ſperatur quo
dammodo alius ueniat, & per conſequens cenſetur remanere
plus offerenti, quia ita dicit bannimentum, & tunc procedat di-
ctum Bal. ſed iſto caſu officiales communis tenebuntur reipubli
cæ ſi non fecerunt ſibi caueri a plus offerente per iſtum tex. & iõ
cautela eſt, ꝙ non permittant tranſire terminum, niſi caueat per
iſtum text. Aut nondum fuit adiudicata ſecundo, & tunc proce-
dat dictum Bar. quia eſt in poteſtate reipublicæ addicere cui uult,
nam licèt ſecundus plus offerat, poteſt tamen oblatio primi eſſe
a melior,[a] quia facilior efficitur ſolutio per l. iij. §. melior autem. ſu-
pra de in diem addic.

ADDITIO.

a ¶ Melior. Bal. non conſuluit prout hic refert Pau. de Ca. ſi eius cõſilia pro
ſpexeris conſ. 392. & conſ. 194. j. li. uerũ eſt ꝙ in dictis conſiliis conſuluit
Anconæ, & Piſauri, potuiſſet aliter conſulere in ciuitate Arimini.

1 *Ille qui tenuit gabellam anno præcedenti, non admittitur ad offerendum,*
*nec debet ſua oblatio ſcribi, uel admitti, niſi reddiderit rationem anni*
*præcedentis, & eodem modo ſi ex alia cauſa erat debitor communis,*
*niſi det fideiuſſores idoneos de ſoluendo, & officiales publici teneren-*
*tur reipubl. ſi contrarium fecerint.*

§. Ad conducendum. ¶ Nota iſtos textus
quotidianos, ꝙ licèt
nullus offerat illo tpe, quo ponuntur reditus publici ad incantũ,
nullus debet compelli offerre, etiam qui pro tempore præterito
habuit. fallit quando tria concurrunt de quibus. ꝉ. eodem. l. cotẽ.
1 §. fi. ¶ † Item no. in uer. ſeq. ꝙ ille qui tenuit gabellam anno præce
denti, non admittitur ad offerendum, nec debet ſua oblatio ſcri-
bi, uel admitti, niſi reddiderit rationem anni præcedentis, & eodẽ
modo ſi ex alia cauſa erat debitor communis, vt in §. debitores.
niſi det fideiuſſores idoneos de ſoluendo, & officiales publici te-
nerentur reipublicæ, ſi contrarium fecerint. Si autem ſatisfeciſſet
communi de tempore præterito, admitteretur, & præferret cui-
libet alteri, dummodo offerat tantum quantum ille, ut C. de loc.
prædio ciui. l. fi. & pe. & no. Bar. ꝉ. e. l. cotem. §. j. & probatur ſ. de in
diem addic. l. nocere. vbi non admittitur ſecũdus, niſi notum fiat

primo

primo vtrum velit tantum offerre quantum ſecundus.Tene mē
ti,quia iſtum caſum vidi de facto.

**§.Socij vectigalis.** ¶No.hic, ꝙ ſi duo, vel tres emerūt gabellas portarum, &
poſtea diuidunt inter ſe emolumenta, ꝙ talis hēat emolumentū
talis portæ,& talis talis,non poteſt ſocius petere ſibi cōicari illud
plus,& ita intelligo iſtum tex.ſed ſi nō diuidiſſent ius, vel emolu-
mentum,ſed ſimplici adminiſtratione quòd talis adminiſtret ta-
lem portam, & talis talem,tunc deberent omnia communicari.

---

1 *Pro eo quod illicite exigitur ſine uiolentia,imponitur pœna dupli ex hoc edicto,ſed pro eo quod per uiolentiam imponitur etiam pœna quadrupli ex edicto ui bo.rap.*

2 *Licet ex aliquo crimine imponatur pœna ciuilis applicanda parti,imponitur etiam criminalis pecuniaria applicanda fiſco , uel etiam corporalis arbitrio iudicis,& per exactum primæ non tollitur ſecunda.*

3 *Qui alium offendit,uel circa aliquem delinquit,non ſolum offendit illum ſed etiam remp.cuius intereſt pacatos eſſe homines.*

4 *Qui committit furtum alicui dicitur ſibi iniuriam facere.*

*Si duo fecerunt pacem adinuicem,& promiſerunt ſe non offendere,& alter fecit furtum,an alteri videatur rupiſſe pacem.*

*Perſonalis offenſa qualiter dicatur.*

1 **§.Quod illicitè.** ¶†Pro eo quod illicitè exigitur ſi
ne uiolentia,imponitur pęna du-
pli ex hoc edicto , ſed pro eo quod per uiolentiam imponitur ēt
pęna quadrupli,ex edicto ui bon.rap.¶Et vltra dictas pœnas exi
gens punitur extra ordinem criminaliter,nec per exactum pęnę
ciuilis,quæ parti applicatur,tollitur pęna criminalis,quæ fit ad cō
2 modum,vel vindictam fiſcalem,ſeu reipublicæ.h.d.¶†Et ſemper
alleg.ꝙ licèt ex aliquo crimine imponatur pœna ciuilis applican
da parti,imponitur ēt criminalis pecuniaria applicanda fiſco , vel
ēt corporalis arbitrio iudicis,& per exactum primæ non tollitur
ſecunda.Ad hoc ſemper alle. quouſque tamen durat iudicium
ſuper ciuili,non poteſt criminaliter accuſari, ſed illa finita dunta-
xat,vt C.quando ciui.act.cri.præiu.l.j.& l.interdum.de publi.iud.
& an ſententia condemnatoria,vel abſolutoria præiudicet in al-
3 tera,dic per Bar.in l.prætor.§.j.ꝭ.vi bo.rap.¶†No.ergo hic,ꝙ qui
alium offendit,vel circa aliquem delinquit non ſolum offendit il
lum,ſed ēt rempublicam,cuius intereſt pacatos eſſe homines,&
rōne primæ offenſæ punitur pœna ciuili,quæ applicatur parti,&
petitur per actionem ciuilē,vt patet in actione furti.vi bo.rapt.&
iniuriarum.Ratione aūt ſecundi punitur extra ordinem pecunia
riter,uel corporaliter,niſi certa pœna ſit ſtatuta per l. vel ſtatutū,
& iſta applicatur fiſco,& dicitur crīalis , & petitur per accuſatio-
nem,de hoc no.in l.ij.ꝭ.de ſepul.uiola. & de iſta pœna intelligunt
ſtatuta dicentia,ꝙ pro tali crimine, vel delicto quis puniatur tali
pœna etiam pecuniaria,quia applicatur fiſco. Raro enim ſtatutā
4 prouident de pœna applicanda parti.¶†Vltimò alleg. iſte text.in
verbo,{paſſis iniuriam , } ꝙ qui committit furtum alicui, dr̄ ſibi
iniuriam facere,& ſic offenſam,& ideo facit iſte text.ꝙ ſi duo fe-
cerunt pacem inuicem,& promiſerunt ſe non offendere, ſi alter
a alteri facit furtum,[a] vr̄ rupiſſe pacem,de qua cōſueuit apponi ma
gna pœna ex forma ſtatutorum.Sed ꝯrium eſt, quia uerum eſt ,
ꝙ committens furtum dr̄ facere iniuriam realem, ita intelligitur
hic,non perſonalem,ut no. infra. Præterea non dicitur rumpere
pacem,niſi qui offendit ex cauſa præcedente,propter quam fuit
facta pax,ſecus ſi ex cauſa noua,vt not.Bart.in l.aut damna.§.ex
cauſa.ꝭ.de pœ.& in l.verum.ꝭ.de fur. in quibus omnino uide.ꝑ-
ſonalis autem offenſa dr̄ duobus modis, ſcilicet quādo mere eſt
in perſonam,ut offenſa verbalis,uel percuſſio.Item quando non
merè,ſed propter rem,vt violentia ablatiua , vel expulſiua quæ
committitur in perſonam,occaſione tn̄ rei, & uerba pacis intelli
guntur de prima,quæ merè eſt in perſonam,quod.dic,vt ibi per
Bar.& vide quod idem no.in l.j.s̄.de his quibus,vt indig. qui vide
tur contrariari in eo,quod hic dicit,ꝙ non dicitur offenſa , niſi id
quod iniuſtè fit,& ibi dicit contrarium.

ADDITIO.

a ¶Furtum.Adde Lud.Ro.conſi.183.& 254.Bald.infra eo.§.fi.de pac.tenē.
& eius uiola.

---

1 *Exactio uectigalis quamuis non poſſit præſcribi,liberatio tamen a uectigalib.bene poteſt præſcribi.*

2 *Gratia facta ab uno officiali publico non eſt neceſſario fienda ab eius ſucceſſore.*

1 **§.Earum rerum.** ¶†No. ꝙ licet exactio uectiga-
lis non poſſit præſcribi,niſi tan-
to tp̄e,cuius ꝯrij memoria non exiſtat ab eo,cui non eſt conceſ-
ſum per habentem poteſtatem,ut in c.ſuper quibuſdam.§.præte-
rea.de ver.ſig.liberatio tn̄ a vectigalibus bene poteſt præſcribi , ſi
ſunt tales res,quæ debent de iure ſoluere, tamen non fuit ſolutū
a per xl.annos , [a] quia præſcribitur ꝯ fiſcum , & ſi exactio uectiga-
lis pertineret ad priuationem,præſcriberet longo tp̄e,ita intelligit
2 Bar.iſtum tex.¶†No.etiam in ver.quòd ſi pręſtari.quòd gratia fa
cta ab uno officiali publico,non eſt neceſſario fienda ab eius ſuc
ceſſore.

ADDITIO.

a ¶Per xl.annos.Adde Bar.conſi.59.circa ſi.

---

1 *Priuilegium perſonale non tranſit in emptorem.*

**§.Fiſcus ab omnium.** ¶Per iſtum text.deter
minat Dy. quæſtionē
de facto,ſi cōitas,vel aliquis dn̄s uendit gabellam ſalis,uel uini,po
ſtea emit ſal,vel vinum,de qua emptione deberet ſolui gabella, ſi
fieret per priuatum,ꝙ ipſa cōitas non teneatur ſoluere illis gabel
larijs,quia non poteſt dici,ꝙ uendiderit niſi ius,quod habebat, ut
l.traditio.de acqu.rer.dom.ſed non habebat ius exigendi gabellā
a a ſemet.[a] ergo non intelligitur illud vendidiſſe. ¶ Item per §.mer
catores.dicit Dy.ſe conſuluiſſe,cum quidam emiſſent ab eccle-
ſia Romana ſalinas Romandiolæ. poſtea ibi emptores portabāt
ſal ad ciuitatem Bononiæ,vel Fauentiæ,in quibus exigebatur ga
bella de his quæ probantur,& illi recuſabant ſoluere gabellas di-
centes,ꝙ ipſi emerant ab eccleſia,& ipſa non deberet ſoluere,er
go nec ipſi qui ſuccedunt loco eius.Contrarium dicit Dy.ſe con
1 ſuluiſſe per iſtum tex.quia iſtud eſt priuilegiū † perſonale, [b] quod
non tranſit in emptorem,vt s̄.de col.bo.l.j.§.quod ſi an.& de ac-
qui.hære.l.prima.

ADDITIONES.

a ¶A ſemet.Et adde Bal.conſi.114.lib.ubi idem tenet.

b ¶Perſonale.Adde Bar.conſi.76.facit qđ uoluit Fed.cōſ.111. ꝙ coloni cle
ricorum tenentur ad gabellas fructuum eis prouenientium ꝓ parte ſua.

---

## LEX X.

1 *Gabellas fraudans non tenetur Deo,nec mundo,& quare.*

2 *Gabellæ an poſſint induci in præiudicium forenſium.*

1 **VEctigalia.** ¶†Per iſtā l.dicit Bart. ꝙ qui frau-
dat gabellas non tenetur Deo ,
nec mundo,quia exactio gabellarum quæ fit ab iſtis
cōitatibus,eſt a iure reprobata,ſi non interuenit con
2 ſenſus principis,ut hic, & in C.noua vectigalia. ꝑ totum.†Et hoc
eſt uerum in forenſibus ad quorum præiudicium non poſſunt
gabellæ induci,ſecus in illis qui ſunt ſubiecti inducentibus eas.Et
de hoc uide Bal.in l.2.C.de iur.an.aure.& de cad.tol.in princ.ſi ta-
men exactio gabellarum ſit præſcripta tanto tempore,cuius cō
trarij memoria non exiſtat,etiam forenſes nō poſſunt licitè frau
dare,quia tantum tempus habet vim conceſſionis principis , ut l.
hoc iure.§.ductus aquæ.de aqua.quoti.& æſti.

**§.Nondum ſolutis.** ¶ Not. hic ꝙ ſi emptores
gabellarum deficiunt ſol-
uere in aliquo termino,ſtatim poteſt ſibi auferri gabella,ſi ita pla
cet cōitati,& alteri dare,quod no.perpetuo,non ſic in alijs, puta
emphyteuta vel conductore,quia expectantur per biēnium, vel
triennium,vt in glo.

---

## LEX XI.

**DOtem in.**

**§.Agri publici.** ¶No.ꝙ contractus fa-
cti per officiales publi-
cos ſunt ſeruandi per ſequentes officiales,nec poſſunt per eos re
tractari ſine authoritate ſuperioris. innuit ergo ꝙ ſuperior , puta
communitas,quæ non recognoſcit ſuperiorem,vel princeps bn̄
poſſit,ſed ꝯ,quia iſta ꝯctus cēſentur facti per ſuperiorem,ex quo
per eius officiales,ego tenetur ſuperior illos ſeruare,ut in ca.j. de
prob So.fateor,& dico quòd ſuperior nō poteſt niſi ex cauſa pu
blicæ utilitatis,& neceſſaria,& ita intelligo iſtum tex.

---

1 *Res prohibitæ portari ſi portantur in naui, uel ſuper animali , non ſolum confiſcantur ipſe res , ſed & nauis & animal.*

2 *Statutum ſi prohibet aſportari frumentum extra comitatū, ſub certa pœna,& aliquis fuit repertus portare in itinere,non tamē exiuerat comitatum an incidat in pœnam.*

3 *Ignorans non debet puniri.*

1 **§.Dominus nauis.** ¶†Not.hic ꝙ ſi quis in naue
ſua,uel ſuꝑ ſuo animali por-
tat res prohibitas portari,non ſolum confiſcantur ipſæ res, ſed ēt
ipſa nauis,vel animal,quia coadiuuant ad res illicitas tranſuehen
das.Et eodem modo vr̄,ſi portant res licitas,tamen fraudant ga-
bellam non ſoluendo,vt non ſolum illæ res confiſcentur,ſed etiā
ipſum animal,vel nauis,& ſi frumentum portaretur, confiſcare-
tur etiam ſaccus.Sed ſi eſſent aliæ res , quæ non coadiuuarent ad
res illicitas,& pro quibus non fraudaretur gabella, illæ non confi
ſcarentur propter illicitas,ut colligitur ſupra eodem. l. ſi publica-
nus.in fine.ib { ut ſi quid amplius , &c. } de hoc dic per Cyn. &
Bald.C.de nauti.fœno.l.cum proponas. ¶ Si vero nauis, uel ani-

mal

mal eſſet alterius ignorantis,non deberet confiſcari, vt in ver. ꝙ ſi
abſente.niſi ſtatutum, vel conſuetudo eſſet in contrarium, & tũc
2 ille recuperaret dãnum a conductore nauis,vel animalis. ¶†Item
no.in verbo,{impoſuerint,} quòd ſi ſtatutum prohibet aſportari
frumentum ex comitatu ſub certa pęna, ſi aliquis fuit repertus
portare in itinere,non tamen exiuerat comitatum, incidit in pœ-
a nam. [a] facit l iij.C.de ſer.fugi. & de hoc etiam per Cyn. in d.l.cum
proponas,in fi.Bald.autem diſtinguit,an ſtatutũ dicat, ſi quis portauerit
extra comitatum,& incidit in pœnam,quia illud verbũ cũ
ſit præteriti perfecti, requirit actum conſummatum, vt ĵ.de manu.teſta.
l. Stichus ſeruus meus. Aut dicit, ſi quis repertus fuerit
portare,vel dicit ꝙ portantes bladũ,&c.& tunc ſufficit ꝙ in itinere
ſit deprehenſus per gl.in l.arboribus.§.de illo.š. de vſufru.dũ di-
3 cit,lupus exit ſyluam,ſed nondum exiuit,&c.¶† Vlt.no.in ver. ꝙ
ſi habuit, ꝙ ignorans non debet puniri, & ad hoc alle. facit. C. de
tab.l.generali.& ĵ.de ac.& ob.l.ex maleficijs.§. longe minus.

ADDITIO.

a ¶In pœnam.Adde,vt per Bal.conſi.61.j.lib.per Io.And. in rub. iu additio. ad Spe.de conſtitu.

---

1 *Tribus concurrentibus compellitur quis emere reditus fiſcales, ſi per tempus præteritum emerat, & maximos fructus recepit, & pro futuro non reperitur emptor.*

2 *Sicut propter ſterilitatem fit remiſſio mercedis, an ita propter magnam fertilitatem fiat augmentatio mercedis.*

3 *Sicut publicanus grauatur propter maximos fructus, quos recepit, ut teneatur conducere pro ſequenti tempore, an ita exoneretur ſi nullos vel paucos fructus, vel reditus recepit.*

4 *Quomodo cognoſcatur an iſta ſit locatio, an emptio.*

5 *Quando dicitur venditum ius, vel commoditas, vt ſic non fiat tremiſſio.*

1 §.Qui maximos. ¶†Tribus concurrentibus cõ-
pellitur quis emere reditus fi-
ſcales, ſi per tempus præteritum emerat, & maximos fructus re-
ceperit,& pro futuro non reperitur emptor.h.d. & ſemper alleg.
quodcunque iſtorum deficiat, non cõpellitur, ita loqtur l.licita-
tio.§.j.š.eo.& ĵ.de iure fiſ.l.iij.§.cum quinquennium. alleg.in gl. p
contraria.¶In text.ibi,{ſi poſtea tanto} glo.dicit ſicut priori,& ſic
patet hic,ꝙ licèt receperit maximos reditus, non tamen fuit aug-
mentata penſio.Vnde facit contra determinationem glo.l.ſi mer
2 ces.§.vis maior.š.loca. quæ plenè diſputãdo determinat,†ꝙ ſicut
propter ſterilitatẽ fit remiſſio mercedis, ita propter magnam fer-
tilitatem fit augmentatio mercedis, niſi prouenerit ex labore, &
magna cultura conductoris. Ego puto, ꝙ ſiue proueniat ex cul-
tura ſiue ex natura, non fiat augmẽtatio mercedis. argumen.hic
quia merces eſt certa,& determinata, & quia iſtum caſum vtraq;
pars potuit cogitare,ad quod š.loc.l.ſi quis domum.§.j ſed ſi pro
ueniret ex caſu quem veriſimiliter non poterat cogitare,puta,lo-
caui tibi molendinum pro decem, ex quo communiter conſue-
uerunt recipi viginti, poſtea molendina vicina fuerunt omnia de
ſtructa, & propter hoc fuerunt recepta ſexaginta, certè conue-
niens eſt,ꝙ augmentetur penſio, quia de iſto caſu non potuerũt
cogitare,ad hoc ſupra de contrahen. empt. l.fiſtulas. §. frumenta.
Vel pone propter guerram Romandiolæ fuerunt augmentatæ
gabellæ Bonon.vltra ſolitum propter cõfluenriam gentium, vel
quia ſtudia vicina fuerunt deſtructa, tunc propter confluentiam
ſcholarium procedit determinatio illius glo. & iſtam puto deter-
3 minationem illius glo. ¶ † Item facit iſte text. quòd ſicut publica-
nus grauatus propter maximos fructus, quos recepit, vt tenea-
tur conducere pro ſequenti tempore,ita exoneretur ſi nullos,vel
paucos fructus,vel reditus recepit, vt non teneatur ſoluere pen-
ſionem ſeu pretiũ, & iſta quæſtio fuit hoc anno præterito in iſtis
gabellarijs portarum,qui conducebantur, ꝙ propter nimiam, &
inſolitam ſiccitatem gabellæ non valuerunt more ſolito,& ſic pe
a tebant de gabellis,& petebant remeſſionem [a] mercedis, & multi
conſuluerunt pro eis.¶Barto. diſputauit iſtam quæſtionem,& in
cipit, quæſtio publicanus,&c.& hic etiam plures quæſtiones for-
mat notabiles,& quotidianas. Sed quia multa verba effundit, re-
colligendo tam ex illa quæſtione,quàm ex his quæ hic dicit,dicas
ſunt tres caſus, nam aut habuit per viam conductionis, & loca-
tionis, & tunc debet fieri remiſſio ex natura contractus,dummo
do damnum ſit intolerabile, vt l.ſi merces.§. vis, & l. ſi ex condu-
cto.ſupra locati.Et qualiter dicatur intolerabile, dic vt ibi not.Aut
habuit per viam emptionis,& tunc aut fuit venditum ius,ſeu cõ-
moditas percipiendi gabellas,& tunc non fit remiſſio, etiám ſi ni-
hil percepiſſet, tamen quia de natura iſtius contractus eſt,ꝙ peri-
culum poſt emptionem perfectam pertineat ad emptorem, vt l.
neceſſario.de peric.& commo.rei ven.quia emendo ius,vel com
moditatem percipiendi cenſetur emiſſe aleam, ſeu fortunam, er-
go &c. vt l. ſi iactum retis. š. de actio. empt. in vltimo caſu. Aut
emit ipſos reditus, vel fructus percipiendos, & tunc fit remiſſio
quatenus non percepit de eo, quod non conſueuit percipi, non
ex tit.locati,ſed ex eo,quia videtur emptio conditionalis, de cor-
poribus quæ non erant,ſcilicet ſi naſcerentur,vel perciperẽtur,&
ideo inquantum non percipiuntur, emptio non contrahitur, vt
d.l.nec emptio.in prin.de contrahen.emp. vide de iſta materia per
4 Bal.in l.ſi ea lege.de vſufruct.¶ † Sed reſtat videre quomodo co-
gnoſcatur, an ſit locatio, an autem emptio: nam tex.iſtius titu.vt
plurimum loquuntur de locatione, & conductione, vt infra eo-
dem l.Cæſar.ſed communis vſus ſe habet in contrarium, quia di-
cuntur emptores gabellarum,& ſic conficitur inſtrumentum de
empt.& ven.præterea non videtur fieri debere differẽtia, q̃a qui
conducit,videtur emere fructus, ideo merces dicitur pretiũ fru-
ctuum,vt probatur ĵ.de acq poſſ.l.ſi quis ante. in fin.ideo text.in
l.venditione.§.j.de bon.aut. iud.poſſ.videtur iſta ponere, vti ſimi-
lia,quòd locetur res,vel ꝙ vendantur fructus, quia locando rem
videntur fructus vendi. Breuiter ſi emptio facta eſt pro pluribus
annis, & conſtitutum eſſet pretium pro ſingulis annis,pro rata di
citur locatio,& conductio, licèt ſub nomine emptionis facta fue
rit per glo.not.quæ eſt in l.j.C.de iure emphyteutico.quia iſtis vo
cabulis interdum partes abutuntur.ar.in l.veteres.de actio. emp.
Si vero fuit conſtitutum vnum pretium pro tempore toto non
ſoluendum ſingulis annis,ſed vel totum a principio, vel totum in
fine,vel fuit facta venditio pro vno tantum anno,vt fieri conſue-
uit,tunc debemus inſpicere verba contrahentium, quia ſi verbo
locationis,& cõductionis vſi ſunt, erit locatio, ſi venditionis, erit
5 venditio,quia ex alio non poteſt colligi mens eorum. ¶ † Secun-
do eſt videndum,q̃n dicatur vẽditum ius,vel commoditas,vt ſic
non fiat remiſſio,ſeu ipſe reditus,vt ſic fiat.Et breuiter dic, ꝙ qua
tuor ſunt caſus,in quibus cenſetur uenditum ius ſeu commodi-
tas: primus quando continetur in inſtrumento, ꝙ vendita ſit ga-
bella,vel paſſagium,ſeu vectigal. hoc enim vocabulum, vectigal,
non ſolum poteſt ſumi pro eo quod ſoluitur,vt no.š.eo.l.j.§.j.ſed
etiam pro iure,vel cõmoditate exigendi, vt patet š. eod.l.licitatio.
in prin.& iſto modo ſumitur hic, q̃n cõmunitas vendit vectigal,
vel gabellam,non intelligitur idem ius, vel commoditas percipiẽ-
di,& hoc vltimum magis placet Bart. ꝙ videatur vendi commo-
ditas,non ius, quia illud eſt perſonale, & non poteſt ſeparari a cõ-
munitate,vt Inſtit.de vſufr.§.finitur. aut reale tanquam cohęrens
territorio,& non poteſt transferri ad tempus,vt l.iiij.š.de ſerui.cõ
moditas autem bene poteſt ſeparari,ut patet in eo,qui hẽt vſum-
fru.quia poteſt transferre commoditatem in alterum, vt l.neceſ-
ſario.§.fi.de per.& commo.rei vend. & quia etiam ius non vide-
tur permittere ꝙ poſſint transferre ius, ſed commoditatem, vt l.
fina.C.eod.Et hæc vera,etiam ſi poſt dicta verba, ꝙ vendidit ga-
bellam, vel paſſagium ſubijciantur alia uerba, & omnes reditus
percipiendos ex ea, quia videntur adiungi in conſequentiã prio-
ri. ¶Secundus caſus eſt, quia non continetur in inſtrumento, ꝙ
vendidit gabellam,vel paſſagium, ſed ſolum, quòd vendidit redi-
tus percipiendos, ſi tamen apparet ꝙ emptor habeat per ſeipſum
percipere,ſiue ſint venditi in totũ, ſiue pro parte per l.fundi Tre-
batiani.de vſufruct.leg.¶Tertius caſus eſt,quando hoc non appa
ret, tamen in venditione continentur iſta verba, quòd vendidit
reditus,ſi qui percipientur, nam videtur vendita alea,ſeu fortuna,
per l.quòd ſi venditione.de hæredi.vel ac. vend. ¶Quartus caſus
eſt,quando non continentur illa verba, ſed ſunt uenditi omnes
reditus, qui percipientur ex tali gabella, uel paſſagio, qui uidetur
actum ꝙ ipſe emptor percipiat,& ſic ipſum ius,uel commoditas,
uel facultas percipiendi uidetur uendita,non autem corpus redi-
tuum per id quod not. gloſſ. notabilis. in l. ſi quis ita. de uſufruct.
¶Extra iſtos caſus ſi conſtaret fuiſſe actum,quod ipſa communi
tat percipiat,& tradat emptori,uel non conſtat, tamen præſumi-
tur,quòd eſt quando uenditur pars quota, uel quantum ex fructi
bus percipietur,puta centum corbes frumenti ex tali fundo,tunc
uidetur uenditum ipſum corpus fructuum, & eis non natis fit re
miſſio pro rata,ut l.ſi debitor.§.ueriſimile. š. de contrahen. empt.
Et in iſtis membris ſi bene inſpicitur,conſiſtunt omnia uerba Bar
tol.licèt ex prolixitate uerborum difficulter colligantur, & adde
glo.in l.in ędibus. ĵ.titu.j.

ADDITIO.

a ¶Remiſſionem.Adde Ancha.conſi.215.& 404.Soci.conſi.87.

---

## LEX XIIII.

1 *Vectigal vbi non eſt ſolutum, eo ipſo res ſiue mobilis, ſiue immobilis incidit in commiſſum.*

2 *Poſſeſſio an aliquando transferatur ipſo iure ſine aliquo actu corporali, ſicut dominium:*

3 *Ementes gabellas, vel reditus, an debeant habere res quæ incidunt in commiſſum, & poſſint eas vendere ad eorum vtilitatem, an debeant venire ad communitatem vendentem.*

1 Commiſſa. ¶†Not. iſtud, ad quod ſem-
per alleg.iſta l. quòd eo ipſo, ꝙ
res incidit in commiſſum propter uectigal, non ſo-
lutum, ſiue ſit res mobilis, ſiue immobilis, domi-
nium quæritur fiſco ſine alia traditione,uel poſſeſſione, & eſt ca-
ſus

ſus ſpecialis, in quo transfertur dominium ſine traditione, vel poſ
2 ſeſſione. ¶ †Item not.in ti. quòd licèt transferatur dominium, nō
ſic transfertur poſſeſſio. Vnde dicit gl.no. ſupra pro ſo. l. cū duo-
bus.§.idem reſpondis. quod licèt in aliquibus caſibus reperiatur
quòd dominium transferatur ſine traditione, non tamen repe-
ritur, quòd poſſeſſio transferatur ipſo iure, ſine actu corporali.
hoc tamen fallit in c. iij. de conſue. Et prædicta procedunt quan-
do delinquitur circa rem, ſed ſi aliter dominium transfertur, eſt
conſilium Iaco. de Arena ſecundo groſſo fol.xxxiij.& ſi propter
delictum bona veniunt confiſcanda, requiritur ſententia, quod
3 dic, vt no Bart.in l.Imperator. ).de iure fiſci. ¶ † Quæro vtrum iſti,
qui emunt gabellas, vel reditus debeant habere res quæ incidunt
a in commiſſum,[a] & poſſint eas vendere ad eorum vtilitatem, an
vero debeant venire ante communitatem vendentem. Cyn.te-
nuit primam partem, & ita conſuluit, per l.creditor. in principio.
ſupra de action.empt.ibi, a conductore ſaltem, &c.

ADDITIO.

a ¶In cōmiſſum. Adde Bal.conſi.154.iiij.lib.[& pro ipſo quod voluit. Signo.
conſi.22.& ibi vide quomodo cognoſcatur, an ſit emptio, an conductio.

---

## LEX XV.

1 *Illud quod quis facit non ſponte, ſed coactus, non facit ipſum in pœnam incidere.*

2 *Verbum auellito, poteſt poni pro aſportato, & quòd idem ſit in verbo, excidere.*

3 *Statuta recipiunt interpretationem reſtrictiuam, ne quis indebitè dānum patiatur.*

*Qui eſt in portu, vel exit de portu, licèt ſit in aqua vel exeat de aqua, tamen videtur eſſe, vel exire de inſula, vel territorio cuius eſt ille portus.*

4 *Si fiat præceptum, vel preconium quòd nullus de cætero poſſit extrahere frumentum de territorio ſub certa pœna, & alius ante hoc preconium onerauerat quandam nauim, quæ adhuc erat in portu, quòd non poſſit poſtea de portu exire, aliàs incidit in pœnam.*

5 *Delinquens in portu, an poſſit puniri ab illo, qui habet iuriſdictionem in territorio.*

6 *Pacta appoſita in contractu principis, vel alterius habentis poteſtatem legis condendæ, an habeant vim legis non ſolum quo ad ipſos contrahentes, ſed etiam quo ad alios ſubditos.*

1 DAeſar cum inſulæ. ¶ † Illud quod
qs facit nō ſpon
tè, ſed coactus, non facit ipſum in pœnam incidere.
h.d.in effectu.facit ).l.proxi.§. ſi ꝓpter neceſſitatem.
¶In text.ibi, { neue auellito. } id eſt aſportato ſecundum Iaco.de
Ra.& ſic prohibuit nō ſolum fodere, vel eximere poſt idus Mar-
tias, ſed etiam aſportare de inſula, aliàs ſi tantum primum prohi-
buiſſet, etiam ſi voluntariè poſt idus aſportaſſet, non incidiſſet in
2 pęnam, cuius contrarium ).patet a contrario ſenſu. † Et ſic no. ꝙ
verbum auellito, poteſt poni pro aſportato, & idē in verbo exci-
dere, vt poſſit poni pro aſportare, vt patet ).in ver. conſulebatur.
3 in verb, {exciſæ videntur, &c.} q͂a exponitur, ideſt aſportatę. ¶ †Et
iſta lex alleg.ad plura, primo, ꝙ ſtatuta recipiunt interpretationem
reſtrictiuam, ne quis indebite damnum patiatur, nam eſſet iniu-
ſtum, ꝙ quis incideret in pęnā propter aſportationem non ſpon
te factam, & ideo iſta verba, neue auellito, exponuntur, ideſt ſpō-
te, & ſic fit reſtrictio generalium verborum.facit l.ij. C.de noxali.
¶ Item allegatur text.ibi, (tametſi portus, ) ꝙ qui eſt in portu, vel
exit de portu, licèt ſit in aqua, uel exeat de aqua, tamen uidetur
4 eſſe, uel exire de inſula, uel territorio, cuius eſt ille portus.† Et per
hoc determinatur, ſi fiat præceptum, uel preconium, ꝙ nullus de
cætero poſſit extrahere frumentum de territorio ſub certa pœ-
na, & alius ante hoc preconium onerauerat quandā nauim, quæ
adhuc erat in portu, ꝙ non poſſit poſtea de portu exire, alias in-
cidat in pœnam, quia extrahendo uidetur extrahere de territo-
5 rio, ut hic in tex.cum glo. ¶ †Facit etiam ꝙ delinquentes in portu
poſſint puniri ab illo, qui habet iuriſdictionem in territorio, ſicut
ſi deliquiſſent in ipſo territorio, licèt delinquant in aqua ſibi cohę-
rente, facit l.j.C.de claſſicis.lib.xj.plus dicit Bar. in tractatu de inſu
la, ꝙ qui habet iuriſdictionem in territorio, uel portu, habet etiā
in mari ſibi propinquo per cētū miliaria, quæ faciunt per aquam
duas dietas, ar.l.inſulę.ſ.de iudi.& ita dicit ſe feciſſe practicari Piſis
in quibuſdam piratis captis in mari Piſano. ¶ Vlt.allegatur iſta l.ꝑ
6 Bart.dū in princ.dicit. (legem) glo.exponit. ideſt pactum. † quòd
pacta appoſita in contractu principis, uel alterius habentis pote-
ſtatem legis condendę habent uim legis non ſolum quo ad ipſos
contrahētes, ſed etiam quo ad alios ſubditos, nam iſtud pactum
hic ligabat alios etiam facientes contra ſponte, ut hic colligitur a
contrario ſenſu. ¶ Quantum autem ad ipſos contrahentes, habet
uim legis, quia ubi alias non ualeret contractus, illo caſu ualet, q͂a
cenſetur princeps diſpenſare cum defectu, ſi ſit talis, ſuper quo po
teſt diſpenſari, ut l.donatio.C.de dona.inter ui. & uxo. & per hoc
dicit Bar.in l.iiij.§.actor.de re iudi.& l.ciuitas.ſi cer.pet. ꝙ ſi comu-
nitas, quæ poteſt facere ſtatuta, facit ſyndicū cum poteſtate obli-
gandi quemlibet de communitate pro debito communi, pote-
rit quemlibet obligare, ſicut ſi de hoc fuiſſet factum ſpeciale ſtatu
tum, & ſic quilibet poterit capi pro debito uniuerſitatis. ſed Bald.
in l.j.C.ne fil.pro pa.reprehendit ipſum eo caſu, quo ſtatuta dent
certam formam ſeruandam in condendis ſtatutis, quia tunc non
ſeruatur. Tu dic ꝙ aut ſyndicus ſit a toto populo, uel ab adunan-
tia generali, & tunc procedit dictum Bart. quia potuit diſpenſare
circa formam datam a ſtatutis, & uidetur diſpenſare eo ipſo, ꝙ ta-
lem poteſtatem dat, nam & Imperator tradit certā formam ſer-
uandam in legib.condendis, ut C.de leg.l.pen.ſeu l.humanum, &
tamen multas leges facit illa forma non ſeruata, quæ tamē ualēt,
quia cenſetur illi formæ derogaſſe, nam quod princ. placuit, legis
habet uigorem, ut l.j.de conſtitutio.princip. Aut ſit ſyndicus a cō
ſilio generali, cui populus dedit poteſtatem legis condendæ, aut
alia faciendi, & ſic repreſentat totum populum, ut not. in l.iij.C.
quæ ſit longa conſue.& ſupra de dolo.l.ſi ex dolo, & tunc proce-
dit dictum Bald. quia conſilium generale non poteſt uenire con-
tra determinata per adunantiam generalem, ſeu populum virtu-
te talis generalis poteſtatis.argu.in l.ſi hominem.ſ.mand.& quod
not.Bart.in l.ambitioſa.de decre. ab ordi. faci. & ſic debet ſeruare
formam traditam in condendis ſtatutis, ergo pacta facta ſine illa
forma non habent uim legis, & ſic cautela eſt, quòd prius faciat
ſtatutum ſeruata forma, ut l. ꝓhibere.§. planè, quòd ui aut clam,
& poſtea faciant ſyndicum, & ita intelligo dictum Bald.

---

## LEX XVI.

1 *Caſus duo, in quibus ſeruus, qui incidit in commiſſum, non debet vendi per officiales fiſcales, ſeu gabellarios alteri, inuito priore domino, ſed e reddi præſtita cautione, ſi geſſit negotia domini.*

2 *Si aliquis qui geſſit negotia mea ſit condemnatus ad mortem, non debet fieri executio quouſque reddiderit mihi rationem.*

3 *An poſſit alicui grauius delictum committi, vel grauior offenſa, quàm corrumpere vxorem.*

4 *Quando vnus iudex petit ab alio iudice, quòd ſibi remittat malefactorē, quia deliquit in territorio ſuo, quòd ille non teneatur remittere, niſi primo habita cognitione, an illud ſit verum quod allegat petens remitti.*

5 *Confeſſio, & proceſſus factus coram iudice remittente, an faciat fidem coram iudice ad quem ſit remiſſio.*

1 INterdum. ¶ †Nota in iſto principio, & in
§.j.duos caſus, in q̃bus ſeruus
qui incidit in commiſſum, non debet uendi per offi-
ciales fiſcales, ſeu gabellarios alteri inuito priore do-
mino, ſed debet illi reddi præſtita cautione, ſcilicet quando geſſe-
2 rat negotia domini. † Et iſtud facit ꝙ ſi aliquis qui geſſit negotia
mea, ſit condemnatus ad mortem, non debeat fieri executio,
a quouſque mihi reddiderit rationem[a] ne remaneam in damno, de
hoc per Cyn.in l.j.uel ij.C.de bonis proſcrip. ¶ Alius caſus eſt, qn̄
deliquerat contra dominum ſi dominus uolebat de ipſo uindictā
ſumere. Et ſic not. ꝙ lex aſſentit domino uolenti ſe uendicare de
3 ſeruo ſuo. ¶ † No.etiam quòd poteſt alicui grauius delictū com-
mitti, uel grauior offenſa quam corrumpere uxorem, puta inter
ficiendo filium. Alibi uidetur dicere totum contrarium, ut no.in
l.codicillis.§.matre.de legat.ij. Breuiter iſtud puto exiſtimandum
ſecundum qualitatem perſonarum, quia quidam de primo non
curant, ut uiles homines, quidam econuerſo. facit l.iſti quidem.in
4 fin.quod metus cau. ſupra. ¶ † Allegatur etiam iſte §. primus ibi,
(ut cognoſcat procurator, &c.) quòd quando unus iudex petit
ab alio iudice, quòd ſibi remittat malefactorem, quia deliquit in
territorio ſuo per text.in auth. ſi uero.C.de adulte. quòd ille non
teneatur remittere, niſi primo habita cognitione, utrum illud ſit
5 uerum quod allegat, petens remitti. † Et an confeſſio, & proceſ-
ſus factus coram iudice remittente, faciat fidem coram iudice ad
quē ſit remiſſio, uide Bart.in l.magiſtratibus.ſupra de iuriſd.omn.
iudi.& in l.diuus.de cuſto.reorum.

ADDITIO.

a ¶Rationem. Adde ꝙ hoc tanquam ſingulare ponit Lud. Rom.ſing.ſuis.

---

1 *Confiſcata domo, an cenſeantur confiſcata inſtrumènta, quæ poſſunt inde ſeparari.*

2 *Si quis habebat bona in diuerſis territorijs, & in vno fuit decapitatus cū confiſcatione bonorum, quòd bona exiſtentia in alio territorio non propterea confiſcentur fiſco illius loci vbi decapitatus eſt.*

1 §.Idem diuus. ¶ †Allegatur iſte §. qđ confiſcata do
mo uel fundo non cenſeantur con-
fiſcata inſtrumenta, quæ poſſunt inde ſeparari, & quæ non ueniūt
in uenditione domus, uel fundi, & quæ ſint illa, dic ut l.Iul.in fi.cū
2 ll.ſequen.ſupra de actio.empt. ¶ † Allegatur etiā ꝙ ſi quis habebat
bona in diuerſis territorijs, & in uno fuit decapitatus cū confiſca
tione bonorum, ꝙ bona exiſtētia in alio territorio non ꝑꝑ ea cō-
fiſcentur fiſco illius loci, ubi decapitatus eſt, de iſta q. uide ꝑ Bart.
planè in l.cunctos populos.in ult.quæſt.de ſumma Trinita.C.

1 *Vectigal*

1 *Vectigal eſt ſoluendum pro mancipijs nouitijs non pro ueteranis.*
2 *Si quis ſoluit gabellam pro promiſſione de uẽdendo aliquam rem, quia ſtatutum ita diſponit, quòd non debeat iterum ſolui cum poſtea fit inſtrumentum uenditionis.*
3 *Ingreſſus religionẽ aĩo probandi, & ſtetit ꝑ ſex menſes, & poſtea exiuit, deinde reingreſſus ſtetit per alios ſex menſes ꝙ non uideatur tacitè profeſſus per lapſum anni, licèt portauerit habitum extra locum.*
4 *In alijs rebus quàm mancipijs non refert utrum portentur ad uſum ſuæ perſonæ, vel fundi ſui, ut neutro caſu ſoluatur vectigal.*

1 **§.Quoties quis.** ¶†Not. hic ꝙ vectigal eſt ſoluendũ pro mancipiis nouitiis, nõ pro
veteranis, & eſt ratio ſm glo. quia pro ueteranis alias fuit ſolutũ
vectigal. Vnde amplius non eſt ſoluendũ, & hoc facit ad multa,
ꝙ ſi quis ſoluit gabellã pro uino, uel frumento tpe quo portauit
2 in ciuitate, ſi poſtea vendat, nõ debeat iterũ ſoluere. ¶†Item ſi qs
ſoluit gabellam pro promiſſione de uendẽdo ſibi aliquam rem,
prout eſt hic, quia ſtatutũ diſponit, ꝙ pro tali promiſſione ſoluat
gabella, ac ſi fieret inſtrumentum venditionis propter fraudes q̃
committebant, nõ debeat iterum ſolui, cum poſtea fit inſtrumẽ-
a tum uenditionis.[a] ¶†Item allegatur iſte tex. ibi {anno continuo.}
3 ꝙ ſi aliquis ingreſſus eſt religionem aĩo probandi, & ſtetit per ſex
menſes, poſtea exiuit, & ſtetit extra ꝑ aliquos menſes, deinde rein
greſſus eſt, & ſtetit ꝑ alios ſex mẽſes, ꝙ nõ videatur tacite profeſ.
ſus per lapſum anni, ſicut dicunt iura canonica, qa debuit ſtetiſſe
per annũ ꝯtinuũ. vide Pet. de Anch. in c.j. de regu. lib. vj. in vij. not.
¶Itẽ ꝙ licèt portauerit habitũ extra locũ, non dr̃ ſtetiſſe per annũ
in probatione, qa debet ſtare in ipſo loco, vt hic in verbo { in or-
4 be.} ¶†Vlt. not. glo. ſuper verbo {vſualia.} ꝙ in alijs reb. q̃ mancipijs nõ refert vtrũ portentur ad vſum ſuæ perſonæ, vel fundi ſui,
quia neutro caſu ſoluitur vectigal, ſed in mãcipijs ita demũ non
ſoluitur, ſi dicuntur ad uſum perſonæ, ſecus ſi ad uſum prædij, vt
hic, & iſta eſt magna limitatio ad l. ſi publicanus. §. j. ſ. eo. adde infra ea. l. §. ſi quis profeſſus.

ADDITIO.

a ¶Venditionis. Adde Bald. conſi. 237.

---

1 *Si quis ducat ſeruos per territorium Mutinenſe, nec intẽdebat ingredi territoriũ Bononien. & illi ſerui aufugiant, & ueniant Bononiã, ubi eſt ſtatutum, ꝙ pro ſeruis ſoluatur tãta gabella, cum introducuntur in ciuitate, licèt non fuerit ſolutum, non incidunt in commiſſum.*
2 *Statutum ꝙ ſi quis ruperit confinia cum ſuis animalibus, quia inducat in territorium ſine licentia, perdat animalia, an habeat locum ſi animalia ab aliquo aufugerunt, & ingreſſa ſunt alienum territorium, & ruperunt confinia.*

1 **§.Serui, qui in fuga.** ¶†Not. hic ꝙ ſi quis ducat ſeruos per territoriũ
Mutinenſe, nec intendebat ingredi territoriũ Bononien. & illi ſerui aufugiant, & veniant Bononiã, vbi eſt ſtatutũ, ꝙ ꝓ ſeruis ſoluatur tãta gabella, cũ introducunt in ciuitate, licet nõ fuerit ſolutũ,
non incidunt in commiſſum per rõnem, quæ hic ponitur in tex.
2 †& hoc facit ad qõnem quotidianã, qa cõmunitates habẽt eorũ
diſtricta, & habent ſtatuta, ꝙ ſi quis ruperit confinia cum ſuis aĩalibus, ideſt quia inducat in territoriũ ſine licẽtia, perdat animalia,
ꝙ ſi ab aliquo aufugerunt animalia, & ingreſſa ſunt alienũ territoriũ, nõ dicantur rupta confinia, nec ſint perdita. Hoc puto verũ,
niſi ex defectu domini male cuſtodientis hoc accidat, uel paſtoris cuius negligentia domino imputatur, quaſi mala electio fuerit in culpa, vt l. fi. C. de acqui. poſ. & l. videamus. in prin. ſ. loc. tñ de
facto vidi ſeruari indiſtincte ꝙ animalia perduntur.

---

1 *An propter ignorantiam minus puniatur quis, ut non incidat res in commiſſum, ſed duplicatur uectigal.*

1
a **§.Licèt quis.** ¶†Not. hic caſum, in quo non licet forenſib. ignorare[a] ſtatutũ ꝯſuetudinis loci de gabellis ſoluendis: regulariter ſecus, vt l. fi. j. de decre. ab ordi.
fac. Et hoc ideo eſt, qa iſtæ gabellæ, vbiq; quaſi ſoluunt, iõ fuit in
culpa in non inueſtigando, & ſic errauit in iure quaſi naturali. ita
intelligit Bar. iſtũ tex. in l. oẽs populi. & per hoc ceſſat ꝯrium gl. in
quo multum laborat. Aduertendũ tñ, ꝙ ꝑꝑ ignorantiam minus
punitur, qa non incidit res in cõmiſſum, ſed duplicatur vectigal,
ut j. ea. l. §. diui quoque. ſm lect. ſecundam, licet de facto aliquando fiat contrarium, ſed de iure non debet fieri.

ADDITIO.

a ¶Ignorare, dicit tamen Pet. de Anch. conſi. 165. ꝙ ſi in ciuitate eſt cõſuetudo, ꝙ gabella ſoluatur de equis, qui introducuntur cã uſufru. cauſa equitandi, ꝙ forenſis tranſiens non teneretur ad pœnam conſuetudinis.

---

1 *Licèt aliquis forenſis exeat, ut intret portam cum ſalma uidẽtibus gabellarijs, & nihil ſibi dicentibus, poſſint ire poſt eum, & capere ſalmam, & auferre pœnam, nec ille poteſt dicere, quare a me non petebas gabellam, quia libenter ſoluiſſem.*
2 *Si petijt à gabellarijs, an ſit gabella ſoluenda, & illi reſponderunt ꝙ non, & poſtea auferunt ſibi ſalmã propter gabellam non ſolutam, an teneantur reſtituere ſalmam cum altero duplo.*

1 **§.Diui quoq; Marcus.** ¶†Nota iſtum caſum quotidianũ, ꝙ
licet aliqs forenſis exeat, uel intret portã cũ ſalma uidentib. gabellariis, & nihil ſibi dicentib. poſſint ire poſt eũ, & capere ſalmam, &
auferre pœnã, nec ille põt dicere, quare a me nõ petebas gabellã,
2 qa libenter ſoluiſſem. ¶†Item not. ꝙ ſi petit an ſit gabella ſoluenda: illi reſponderunt quòd non, & poſtea auferunt ſibi ſalmã ꝑꝑ
gabellã non ſolutã hoc facere non poſſunt, certe imo tenent reſtituere ſalmã cũ altero duplo, vt infra eo. §. diui quoque. ſm primã
lecturam, quę declarat finem huius §.

**§.Si propter.** ¶†No. hic ar. ſi aliqs vecturalis trãſibat cũ ſalmis ꝑ unũ territoriũ, & audito ꝙ ĩ
illo itinere erãt latrones intrauit aliud territoriũ ubi erat ſoluẽda
gabella, & nõ ſoluit, nõ tñ debeat ſalma ꝯfiſcari. ¶Itẽ ſi erat ſtatutũ ꝙ ꝓ animalib. q̃ introducunt in ciuitatem, uel caſtrũ, dẽat ſolui
gabella, & aliqs timore latronũ introduxit, nõ debet ſoluere.

---

1 *Nunciatio etiam de rebus liberis a gabella fieri debet, alias confiſcantur, ſicut ſi de eis ſolui debuiſſet, niſi dominus ipſarum ſit minor, quia tunc reſtituitur.*
2 *Si ex forma ſtatuti, ſyndicus communitatis tenetur denũciare maleficia, & aliquis occidit bannitum licèt iſtud ſit impunibile, an tamẽ ſindicus debeat denunciare ne puniatur.*
3 *An tunc teneatur denunciare ſeipſum, ſi commiſit maleficium.*

1 **§.Diui quoque.** ¶†Not. hic ſingulariter, ꝙ licèt d̃ reb. quę portantur non debeat
a ſolui gabella, debet tñ annunciari[a] gabellarijs, & recipi apodiſſa,
al's confiſcantur ſicut ſi ſolui debuiſſet, ſi tñ eſt minor, reſtituitur
in integrum, nam pro iſtis mancipiis non erat ſoluenda, qa ducebantur ſui uſus cauſa, & ſic in ſola profeſſione errauit. Bar. dicit verum eſſe qñ erat incertum, an ueniret ſoluenda, uel non, ut quia
ſui uſus cã ducebat, de quo erat aliquid dandũ, al's ſi eſſet certũ ꝙ
non ueniret ſoluenda deberet annũciari, nec recipi apodiſſa per §.
quoties. ſ. e. in uerbo, {profeſſus non fuerit,} ubi hic non nocet, ſi
mancipia ſint ueterana, & ſic erat certum, ꝙ non ueniebat ſoluẽda, & iſtud accidit anno præterito in quodam ſcholari, qui extraxit libros ſine apodiſſa, de quib. non erat ſoluenda gabella, & erat
certum quia erant deſcripti tpe introitus in gabella, & ego defendi ipſum per id, quod no. hic Bar. & euaſit pœnam, licèt dictum
Bar. ſit dubiũ, quia ẽt in §. quoties. erat dubiũ, vtrũ eſſent ueterana,
2 uel nouitia. ¶†Allegatur etiam iſte tex. ꝙ ſi ex forma ſtatuti
ſindicus communitatis tenetur denunciare maleficia, & aliquis
occidit bannitum (qđ potuit ex forma ſtatuti) licèt iſtud ſi impunibile, tñ ſubditus debet denũciare, al's punitur, quia nõ pertinet ad
3 eum, utrum ſit punibile, uel non, de quo uide hic per Bar. ¶†Sed
an teneatur denunciare ſeipſum, ſi commiſit maleficium? iſta qõ
fuit hic diſputata per dominum Machagnanum, & nullum bonũ
uerbum inuenio in illa diſputatione, ideo dicas ꝙ non, quia ſtatutum non intelligitur ſibi imponere legẽ, ut ſeipſum perdat, ar ij. q.
j. c. ſi peccauerit. & quod no. Inno. in c. dudum. de elect. & Bal. in
l. Marcellus. ff. rer. amot. & Bal. in l. j. C. quomodo, & qñ iudex. in
fi. iij. col. ¶Item qa debet eſſe differentia inter denunciantem, &
denunciatum, quæ eſt in l. prætor. de tuto. & cura. da. ab his. & in
l. pen. ſupra de arb. & c. fi. extra de inſtitu.

ADDITIO.

a ¶Annunciari. Adde Bald. conſil. 240. ſeptimo libro.

---

**§.Diui quoque fratres.** ¶Secundum primam lect. gl. declaratur §. diui quoque. in fi. ſ. ea. l. qualiter puniatur publicanus, qui decipit tranſeuntem. ¶Secundum aliam lect. limitat tit. vt §. licet. ſupra ead. l. ut ibi dixi.

**§.Magnus autem.** ¶Ex delicto ſerui non poſiti ad exigendum uectigal publicanus non tenetur pęna edicti. hoc dicit ſecundum gloſſ.

---

1 *Qui non ſoluit uectigal, concedente publicano, non incidit in pœnam commiſſi.*
2 *Si quis ſcienter delinquat in non ſoluendo uectigal, uel in non denunciando res publicano, an res incidunt in commiſſum.*

1 **§.Si quis profeſſus.** ¶†Qui non ſoluit uectigal, concedente publica-
a no,[a] non incidit in pœnam commiſſi. hoc dicit. †Et not. tres
caſus, nam aliquando quis delinquit in duobus, ſcilicet in non
ſoluendo

ADDITIO.

a ¶Publicano. Sed quid ſi nõ publicanus, ſed alius vt famulus, uel ſalariatus a publicano, uide Bald. conſil. 11. & conſil. 411. quarto libro.

ſoluendo uectigal,& etiam in non denunciando res publicano,
& tunc ſi hoc fecit ſcienter, incidunt res in commiſſum ita loqui
tur l.cōmiſſa.ſ.eo.§.diui quoque.ſm lect. iuncto §.licet. ¶ Item
non deliquit in non ſoluendo,q̄a erant res, de q̄b. non debebat
ſolui,ſed deliquit in non denunciando publicano, & tunc diſtin-
gue vt ſ.e.l.§.diui quoq;. Aut econuerſo non deliquit in non de-
nunciando,q̄a denunciauit,ſed in ſoluendo.Et tunc hoc fecit per
mittente publicano,& nullo modo punit̄,vt hic.Aut ipſo non ꝑ-
mittente,& tunc publicatur octaua pars ſm Dyn.ſed neſcio vbi
hoc colligat. Poſſet dici ꝙ duplicatur vectigal, vt ſ.e.§.diui.¶ Itē
Iac.de Arena.intelligit iſtum textū,qñ publicanus cōduxerat a fiſ-
co,& ſic exigebat pro ſe.Vnde potuit remittere, vel terminū fa-
cere in ſui preiudiciū,ſecus ſi exigebat pro fiſco,vt ꝫ.de verb.obl.
l.qui Romæ.§.Calimachus.Sed Bar.dicit,ꝙ ibi loquitur in eo,qui
habebat mandatū ſpeciale ad vnam exactionem fiendam, vt nō
poſſit terminum facere,ſecus ſi ad oēs, vt hic.Et hoc uidetur mi
rabile dictum,& eſſet multū notandum ſi eſſet verum.tñ ratio fa-
cit in contrarium,quia fortius videtur mandatum ſpeciale, q̃ ge
nerale,quia ī multis caſibus nō ſufficit generale,ſed requiritur ſpe
ciale,q̄ not.in c.ad agendum.de procur.lib.vj.ſed ſaltē tñ operat̄
generale in omnibus,quantum ſpeciale in quibuſdā,vt l.ſi duos.
de admi.tut.iō pōt dici,(& hoc plus placet) quia qui habet man-
datum ad recipiendum ſolutionē non pōt facere terminum in
p̄iudicium mandantis,quominus mandans poſſit ēt pendēte ter
mino petere,& quominus debitor incidat in pœnam connuen-
tionalē,ſi nō ſoluit cū debet,& ita loquitur ꝯtrium. Sed bene pōt,
quominus incidat in pœnam legalē,vt hic,quia mitius agitur cū
lege,q̃ cum homine.vt l.Celſus.ſupra de arbit.

---

## De donationibus. Rubrica.

### LEX PRIMA.

1 *Donatio proprie quando dicatur.*
2 *Tria requiſitt, ut dicatur proprie donatio, & nu.3.*
3 *Quatuor ſpecies donationis impropriæ.*
4 *Donatio proprie ſumpta requirit inſinuationem, quando excedit ſummā quingentorum aureorum & quid in donatione præſumpta.*
5 *Si debitorem meum per pactum liberaui gratis, uel per acceptilationem, an dicatur proprie donatio, & requiratur inſinuatio.*
6 *Qualiter dicatur pactū legis cōmiſſoriæ, uel addictionis in diem, an ex eo transferatur dominium ipſo iure in uenditorem ſine noua traditione.*

1 DOnationes. ¶ † Propriè donatio eſt, qñ eſt ſimplex, & fit cum intentione
ꝙ res ad donantem nunquam reuertatur, & ad ip-
ſam faciendam mouetur donans ex mera liberalita-
te,non contemplatione alicuius rei faciendæ,vel non fiendæ per
donatarium, al's non dicitur donatio proprie, quia non eſt ſim-
plex,ſed ob cauſam,ſiue illa cauſa apponatur conditionaliter, &
tunc non perficitur antequam conditio exiſtat,ſiue modaliter,&
tunc perficitur,ſed cauſa non ſecuta reſoluitur. ¶ Item donatio
inter ſponſum & ſponſam dicitur proprie donatio, nec reſolui-
tur,licèt matrimonium non ſequatur,niſi expreſſe fuerit actum
contrarium,hoc dicit tota lex. ¶ Et iſtud de donatione inter ſpon
ſos hodie corrigitur,quia tacite cenſetur ineſſe conditio, ſeu cau-
ſa,ſi matrimonium ſequatur,uel vt ſequatur,& ideo diſtinguitur
an ſteterit per donantem,& non reuocatur,an per donatarium,
& tunc ſecus,vt l.cum uterum.C.de don.ante nup.an per caſum,
quia alter ex eis moriatur, & tunc diſtinguitur an fuerit facta a
ſponſo ſponſę,uel econuerſo,& primo caſu aut non interuenit
oſculum,& reuocatur in totum,ut l.ſi a ſponſo. eo. tit. Et iſta lex
primo loquitur de uera donatione vſque ibi{dat aliquis.}Secun-
dò,de illa quæ non dicitur proprie donatio uſque ibi{ agitur. }
2 Tertiò,ex prædictis ſoluit quandam contrarietatem. ¶ † In prima
parte Iuriſconſultus videtur requirere tria, vt dicatur proprie do
natio.Prima,vt agatur quòd ſtatim res fiat donatarij, & hoc in-
tellige quando incipit a traditione. Si autem a promiſſione requi
ritur quòd agatur,ut ſtatim acquiratur ius,& actio ipſi donata-
rio.Si ergo fiat ſub conditione cum non acquiratur ſtatim ius,
nec dominium,non uidetur proprie donatio.vt ꝫ.in uer.dat.Sed
contra,de l.donatio.C.eo.& ꝫ.in l.proxi.§.ſi pecuniam. Sol.quod
ſ.dixi procedit quando eſt talis conditio quæ dependet ex facto
donatarii,ut ſi aliquid dederit,quia tunc cenſetur moueri non ex
liberalitate,ſed propter illud quod ſperat,& ita debet intelligi ver,
dat.Si autem pendentes mero caſu fortuito,hoc non facit quo-
minus dicatur proprie donatio,ita ut etiam ſi pendente conditio
ne res tradatur dominium transferatur.l.ſi ſub conditione de ſo-
lu.l.dotis fructus.ſupra de iure dot.quia non cenſetur moueri ad
donandum contemplatione illius caſus, ſed ex ſua liberalitate,
non tamen uult donare,niſi caſus eueniat,& hoc eſt quod voluit
gl.j.in illo ver,dat aliquis.quæ incipit{cuius intuitu &c.} ¶ Scđm

eſt,ꝙ det ea intentione,ut non reuertatur ad ſe unq̃.h.d.ꝓp id qđ
hr̄ in uer.itē cū ipſe.q̄a ſi fiat pure,tñ ob cām de futuro implendā
ꝑ donatariū,uel implēdā in ꝑſonā donātis,ut puta, ob cām mor-
tis eius,q̃ ſperabat,ſimiliter non dr̄ proprie donatio, q̄a non eſt
ſimplex,ſed ob cauſam,& ideo in tali donatione habet locū con
dō ob cauſam cā nō ſecuta,& habet ēt locum p̄ſcriptis uerbis,ut
impleatur,q̄a habita relatione donationis ob cauſam: reſultat ꝯ-
ctus innominatus,in quo habet locū ꝯdō ob cauſam,& ſimiliter
ſi in donatione agetur,vt res reuertatur ad donatorē,nō eſſet ꝓ-
prie donatio,& ex tali pacto iuxta ꝯctum appoſito ageretur prę
ſcriptis uerbis,ſed in donatione ſimplici nō habet locū q̄a eſt ꝯ-
ctus noīatus,qđ dic,vt plene no.in l.fi.ſupra đ ꝯdi. ob.cau. ¶ † Ter
tio req̄ritur,ꝙ moueatur ad donandū ex mera liberalitate,ſecus
ſi ob ſeruitia recepta,nam tunc non eſſet proprie donatio,ſed re-
muneratio vt ꝫ.eo.l.Aq̄lius regulus.& l.ſi pater.Et ſic no.tres ſpe-
cies donationis improprie ſumptas.Adde quartam ſpeciem, de
3 qua hic.in §.iij.in fi.ibi,{qñcunque tñ &c.} ¶ † Et notandū ꝙ dona
tio proprie ſumpta req̄rit inſinautitonē,qñ excedit ſummam q̄n
gētorū aureorū.vt l.ſcimus.& l.fi.C.eo.tit.ſed improprie ſumpta
inſinuationē non req̄rit,vt not. ī l.Aquili.& l.ſi pater.ideo hæc in
ueſtigatio eſt utilis. ¶ In gl.iij.ibi{ab auaritia &c.}dic melius,ꝙ hoc
verbū{liberatione}fuit hic poſitū ꝓꝑ tria, nā interdum quis non
Mouetur vt exerceat liberalitatem,ſed vt remuneret donatariū
de ſeruitiis impenſis,ut d.l.Aquilius.interdū, quia ſe obligat natu-
ral r ad illū ſoluendū,& licèt nō poſſit cōpelli, tñ ſi ſponte ſoluit,
hoc non facit ex mera liberalitate,ſed ſtimulo obligationis natu-
ralis,unde nō ē proprie donatio,ut ꝫ.eo.l.donari.& C. ad leg.Fal.
l.j.interdū q̄a ſperat in futurū aliquid fieri,uel dari a donatario. ut
in hac l.& idē. ¶ In fi.gl.ibi.§.ſi oliua. ex illo §. & iſta gl. collige, ꝙ
qñ quis non facit aīo donandi, ſed lex pręſumit, ꝙ ita faciat eius
odio,ut qñ impendit in re aliena ſcienter tanq̃ in ſua nō neceſſa-
rio,ſed aliquid de nouo faciēdo,vt in illo §.& ꝫ. đ acqui.rer.dom.
& l.adeo.§.ex diuerſo.talis non dicitur proprie donatio,& ſic va
let quātuncunque magnæ quantitatis ſit,etiā ſine inſinuatione.
¶ Idem ſi ſoluit indebitū ſcienter.ut l.cuius per errorē.de reg.iur.
a ſm gl.ſed Doct.hoc reprehendunt.[a] nam aīus donandi non præ-
ſumitur tunc in odiū donantis,quia nihil facit quod mereatur pę
nam,nec vllum delictū cōmittit, nō ſic in eo qui impendit in re
aliena tanq̃ ſua,nā deliquit eam detinendo ꝯ voluntatem domi-
ni,& ideo iſto caſu diſtinguitur,aut ille qui recipit, ſciebat debitū
non ſubſiſtere,& tunc quia ꝯcurrunt ambę uoluntates in dona-
tiōe,reſultat uera & propria donatio. Aut credebat debitum ſub
ſiſtere,& tunc non reſultat donatio,q̄a non concurrunt volun-
tates,licet dicitur quędam irreuocabilis datio.vt l.ſi ego.ſi cer. pe.
4 & ꝫ.eod.ſi tibi dederim. & iō non requiritur inſinuatio. ¶ † Quid
b autem ſi debitorem meum per pactum[b] liberaui gratis, vel per
acceptllationem,an dicatur proprie donatio, & requiratur inſi-
nuatio? de hoc habetur in l. ſi quis obligat.de regulis iuris.dic ꝙ ſi
erat debitum liquidum,& pecunia erat parata ſolutioni, dicitur
donatio proprie ipſius pecuniæ.Si aūt debitum vel pecunia non
erat ſolutioni parata,non dicitur donatio pecuniæ per id, quod
habetur in l.ſi ſponſalibus.§.j.de iure do. & l. ſingularia. ſi cer. pet.
& de hoc etiam habetur in l.j.quib.mo.pig.vel hyp. ſol. & tangit̄
in addi.Spe.de inſtru.edi.§.porrò. ¶ In glo. mag. ibi{ & ex his pa-
ctis erat actio perſonalis &c.}dic ꝙ ſi do tibi ob cauſam de futu-
ro,& non fuit actum expreſſe,ꝙ ea non ſecuta reſtituas,tunc da-
tur tantum condictio ob cauſam ad repetendum.item præſcrip.
verb.ad implendum,quæ oritur ex contractu innominato, qui
reſultat habita relatione donationis ad cām,vt ſ dixi. non aūt da-
tur præſcrip.verb.ad repetendū.vt in toto tit.de ꝯdi.ob cau.ſi ve
ro fuit actum expreſſe,tunc ſi non interuenit ſtipulatio,datur cō
dictio ob cauſam,quæ oritur qñ ex defectu cauſæ,& ēt actio prę
ſcriptis verbis,q̄ oritur ex illo pacto incontinenti appoſito iuxta
traditionem,a qua ueſtitur vt l.in traditionibus.ſupra de pact.& l.
ſi dominus.ſupra de pręſcri.verb.ſiue fuerit actum expreſſe,& re
ſtituatur cauſa non impleta,ſiue nō fuerit actum,ſemper dat̄ con
dictio ob cām non impletam,vt patet ex ſuperioribus, & hoc vr̄
verum, ſi donatio fuerit facta priuato: ſed ſi eccleſię tunc bene
refert,q̄a ſi nō fuerit actū ꝙ deficiente cā res reſtituat,nō reſtitue
retur,nec cōpeteret cōdictio ob cām,quia prælatus hoc caſu nō
c ampliando cauſam, non poſſet præiudicare[c] eccleſię.Sed ſi fuiſ-
ſet

---

### ADDITIONES.

a ¶ Reprehendunt. Vide Bal.in l.ii.C.de fideiuſſ.Fulg.in l.cum falſa.ad finem.C.de iure & fact.ignoran.& in l.ſi pacto quo pœnam. C.de pac.& an ſciens indebitum & ſoluens videatur donare, uide Alexand. conſil. 78.iij.lib.& vide text.in l.j.C.de plus pet.an talis donatio requirat inſinuationem.

b ¶ Per pactum. Adde Ang.conſi.278.

c ¶ Pręiudicare.Sed ſi præiudicat,vt ipſo viuente non habeat emolumentū donationis ſm Ludo.Rom.conſi.284,& quando delictum prælati noceat eccleſiæ,vide per Oldr.conſil.93.

ſet expreſſe actũ, ꝙ cauſa non ſecuta reſtituatur, quia hoc caſu
conditio naſceretur ex hoc pacto expreſſo, prelato nõ imp'ente
cauſam cõmitteretur hoc pactum contra eccleſiam, & daret con-
dictio ob cauſam ad rẽ reperendã, & etiã præſcri. verb. hic videt̃
caſus ſm verum intellectũ in c. verũ. de condi. appe ſi dic, vt ibi di
ctum eſt. ¶ Si vero interuenit ſtipulatio, agitur ex ea, non autem
pręſcrip. verbis. quia illa datur in ſubſidiũ, vt l. quoties. de pręſcrip.
verb. agitur ẽt condi. ob cau. ſed rei vendica. non, vt in gloſſ. quã
no. niſi in caſu ſpeciali. l. j C. de dona que ſub modo. Nos poſſu-
mus dicere, ſi fuit actum, ꝙ cauſa non ſecuta habeatur datio pro
non facta, ꝙ tunc poſſit agi rei vẽ. ſicut ex pacto legis ꝯmiſſoriæ,
& addictionis in diẽ cũ videatur eadem ratio, licet illa pacta con-
ſueuerint apponi ſolum in contractu emptionis, & vendi. Et vtili
tas eſt magna, quia ſi competit rei vendicatio, dabitur cõtra quẽ
libet poſſeſſorem, ſed actio perſonalis ſolum cõtra illũ cum quo
6 fuit factum pactũ, vt l. fi. §. ſi. de cõtrahen. emp. ¶ † Vlt. not. ſingula-
riter iſtam glo. quę ſemper alle. quia nõ eſt melior in iure, qualiter
dicatur pactum l. commiſſorię & addict. in diem. vt ex eo transfe
ratur dominium ipſo iure in venditorẽ ſine noua traditione, ut
qñ agitur vt res ſit inẽpta, ſi pretium non ſoluetur intra certũ tem
pus, vel ſi melior conditio afferatur. ¶ Item ſi dicat̃, ꝙ venditio
habeatur pro non facta, vel datio habeat̃ ꝓ nõ facta, ſi loquimur
ex contractu emptionis & venditionis vt ſ. dixi. adde aliud, ꝙ re-
quiritur, ꝙ hoc agatur ab ipſo principio, cũ ſit vẽditio, ſecus ſi ex
poſt facto, ita ſingulariter no. per gl. & Do. in l. ab emptione. ſ. de
pact. Si autẽ pactũ nõ ſonat in reſolutione cõtractus ipſo iure, q̃a
nõ dicitur ꝙ habeat̃ pro non facto, vel ꝙ res ſit inempta, ſed ꝙ re-
uertatur, uel pertineat ad venditorem, non trãsferatur ipſo iure,
quia hoc pactum non facit videri venditionem factam non fuiſ-
ſe, ſecus in præcedenti.

LEX II.

1 *Si uolentẽ mihi donare, delegauero ei, cui donare uolo, duplex reſultat do*
*natio, una, quã ipſe facit mihi, altera, quam ego facio illi tertio.*
2 *Filiusfamil. põt ſe obligare ciuiliter, & naturaliter ex omni cauſa præter*
*quã ex mutuo, & uoto, de quo poſſit ſoluere ſine uoluntate patris.*

SI cum filius. ¶ Si filius ꝓmittit animo do-
nandi iuſſu patris perficit̃ do-
natio, & cenſetur facta ab ipſo filio ſi ipſe donare vo
luit. Si uerò voluit donare pater, cenſet̃ facta a patre,
1 ſi filius erat debitor prĩ. ¶ Itẽ ſi volentẽ mihi † donare, delegauero
ei cui donare volo, duplex reſultat donatio, una, quã ipſe facit mi
hi, altera, quã ego facio illi tertio. hoc dicit vſque ad ver. {aliud iu-
2 ris.} ¶ † Et notandum in iſta lege, quòd quantum ad hoc, vt filius
promittendo per ſtipulationem obligetur ciuiliter, & naturaliter
nõ expedit, ꝙ interueniat iuſſus patris, cum poſſit obligari ex om
ni cauſa, ꝑterq̃ ex mutuo, & voto, vt infra de act & oblig. l. filiuſ-
famil. de uerbo. obliga. l. fi. §. j. nec propter hoc iſta lex dicit, ꝙ pro-
miſit iuſſu patris, quantum uero ad hoc, ut ſoluere poſſit, ſi quidẽ
habet peculiũ caſtrenſe, uel quaſi, poteſt de illo ſoluere, etiam ſi-
ne iuſſu patris, ut infra eodem. l. filiusfa. §. ſi. idem hodie ſi habet ad
uentitiũ, in quo pater non habet vſumfru. Si uerò habet, & uult
ſoluere de peculio profectitio, uel de pecunia paterna non pecu-
liari, nõ põt ſoluere ſi ne uoluntate patris, ut dicta l. filiusfa. ʃ. eo-
dem. & l. fi. §. filius aũt. C. de bonis quæ liberis. & propter hoc di-
cit iſte tex. ꝙ promiſit iuſſu patris, tunc enim poterit ſoluere, nec
expedit iterum interuenire uoluntatem patris, quia eoipſo quòd
conſenſit ut promitteret, videtur cõſenſiſſe ut ſoluat. ¶ In primo
uero caſu huius legis, reſultat duplex donatio, una quã pater vr
feciſſe ipſi filio dum ſibi conſenſit, ꝙ de pecunia ipſius patris do-
a naret, altera, quam facit ipſe filius donatario.[a] ¶ Nec obſtat pri-
mo dicto, ꝙ pater non poteſt donare filio, quem habet in pote-
ſtate, ut l. ij. C. de inoffi. don. quia hoc eſt uerum, qñ res donata eſ
ſet remanſura penes filium, quia hoc nõ poſſet fieri, ſed ne acqui-
reretur ipſi patri, cum ſit profectitium, etiã hodie, quia in profecti
tiis huiuſmodi nil eſt immutatum, & ſic eſſet perinde ac ſi ipſe prĩ
ſibi ipſi donaſſet. ſed quia non eſt remanſura apud ipſum, ſed ad
alium, quia donat filio, ut alteri filius donet, tunc ualet etiã prima
dona. ar. ad hoc ſupra ad Tre. l. cogi §. hoc ſolidum. & ita uidet̃ur
Do. intelligere iſtum tex. ¶ In ſecundo uero caſu, quando pater
uolebat donare, & delegauit donatario filium ſuum debitorem,
non reſultat niſi una donatio, ſcilicet, quam pater facit donatario
filius autem ipſe nil donat, ſed debitor ſoluit, ut infra eodem. l. do
nari. & dixi in l. præcedenti, in prin. Si autẽ filius non eſſet debitor
patris, innuit iſte tex. ꝙ non fieret donatio. gloſſ. hic ſuper uerbo
{promittere.} ſuper hoc laborat. Tu dic, quòd immo reſultat du
plex donatio iſto caſu, vna quam filius facit patri cum ſe obligat
pro ipſo, quod facere poteſt, ut ſupra de in rem uerſo. l. & ideo. pri
mo, & ſecundo reſponſo. & l. ſi pro patre. §. primo, & tenetur ſol-
uere de ſuo, ſi aliquid habet, puta caſtrenſe, uel quaſi caſtrenſe pe
culium, uel hodie aduentitium, uel poſtquam erit ſui iuris factus.
Altera eſt, quam ipſe pater facit illi tertio. ¶ In tertio uero caſu in
uer. cum uero, reſultat duplex donatio, & ideo ponitur aduerſã-
tiua {uero} ſcilicet ad caſum præcedentem ubi non eſt niſi una,
quando filius erat debitor, & uide quod not. Cyn. in l. ſi fratris.
C. de do. cau. mor.

ADDITIO.

a ¶ Donatario. Adde hic omnino, quæ uoluit Anchar. conſi. 75.

§. Aliud iuris. ¶ Exceptio q̃ obſtat deleganti, obſtat
ei cui facta eſt delegatio ex cauſa lu-
cratiua, & ẽt ei cui ex cauſa oneroſa putatiua, & tñ nõ uera. h. d.
uſque ad §. ſi pecuniam. ¶ Item ſi erat uera, & pecunia erat reuer
ſa ad delegantẽ, vt ʃ. de ꝯd. ob. cau. l. ſi donaturus. §. fin. in fi. uel in-
cipit l. ſi pecuniã. ¶ Cætera de iſto arti. dic plene per Dy. & Bar. in
l. doli mali. ſ. de noua. ¶ In tex. ibi {aliud iuris} q̃a in caſu præceden
ti reſultãt duæ donationes, ſed in iſto cum ſeq. nulla reſultat. ¶ In
tex. ibi {quem creditorem tuum putabas} ſupple, ẽt ex cauſa one-
roſa, ut differat a caſu præcedenti.

1 *Licet poſt mortem donatoris conditio exiſtat, donatio tamen perficitur.*
2 *Tradens ex cauſa matrimonij, licet poſſit re integra pœnitere, tamen hæ-*
*res eius non po eſt.*
*Alius caſus in quo eſt deterioris conditionis, quàm defunctus remiſſiue.*

1 §. Si pecuniam. ¶ † Licet poſt mortẽ donatoris cõ
dõ exiſtat, donõ tñ ꝑficit̃. h. d. ¶ In
gl. q̃ incipit {põt ergo} ibi. ʃ. de ſol. l. ſub ꝯdõne. dic, ꝙ ibi tradit ſim
plr, quo caſu uĩ tradere aĩo trãsferendi dñium, & trãsfert, ſi ꝓceſ-
ſit ꝯtus habilis ad trãſlationẽ dñii, licet ſit condõnalis. ut l. dotis
fructus. in fi. cũ l. ſeq. ſ. de iure dot. hic appoſuit exꝑſſe ꝯdõnem, ꝙ
nõ transfert̃ dñium, niſi condõne impleta. ¶ In gl. ibi. in §. quas ue
ro. dic ꝙ hic ipſe dñs tradiderat, & ſic ꝯtus donationis erat ꝑfe-
ctus quãtũ ad eũ, ut non poſſet reuocare, licet ꝯditio adhuc pẽde
ret, ſed in ꝯriũ mandauerat tradi, & anteq̃ fieret traditio, mortuꝰ
erat mandans, & ſic mandatũ reuocatũ anteq̃ ꝯtus eſſet perfe-
ctus. Vnde poſtea mandatarius tradere non põt, ut ʃ. proxi. §.
2 ¶ † In gl. ibi. §. ſi res. dic ꝙ fuit donatio ſimplex, in qua nõ hẽt locũ
pœnitentia. ut ʃ. eo. l. Ariſto. ſed ibi fuit datio ob cauſam, ex qua
reſultat ꝯtus innoĩatus, in quo habet locũ pęnitentia re integra.
ut l. ſi pecunia. de cõd. ob cau. & ſic põt pœnitere ipſe dans, ita &
hæres eius, ut ibi inducit̃ per locum a ſpeciali, fallit qñ fuit facta
traditio ex cauſa matrimonij, in qua licet ipſe tradens poſſit pœ-
nitere re integra, nõ tñ hæres eius: quod eſt ualde ſingulare, & ſic
eſt caſus, in quo eſt deterioris cõditionis hęres, quàm defunctus.
Eſt & alius ſupra de ſer. expor. l. ii. uel iii. contra eſt regulariter. ut l.
hæredes. de reg. iur.

1 *Mandatũ re integra morte mandantis expirat & ſi poſt factũ mandatum*
*donatario tradatur, dominium non transfertur, nec donatio perficitur.*
2 *Licet procurator ignoret reuocationem mandati, non tamen transfert do*
*minium rei domini ſui.*
*Quid in actu qui dependet ex uoluntate procuratoris.*

1 §. Sed ſi quis donaturus. ¶ † Mandatum re
itegra morte mã
dantis expirat & ſi poſt factum mandatum donatario tradatur
dominiũ non transfert̃, nec donatio perficit̃. h. d. Et in iſto §. Bar.
tractat mãm, qualr morte mandantis finiat̃ mandatũ, q̃ tãgit hic
gl. magna. & Cy. in l. mandatũ. C. mã. & dixi ego multo plenius. in
l. fi. ʃ. de ſol. q̃ repetii. ¶ In tex. ibi, {dederit} ideſt tradiderit, nõ enim
tranſtulit in ipſum dñium. ut in gl. i. ¶ In tex. ibi {nõ fieri pecuniã
2 dñi mei ꝯſtat} ſupple, & per ꝯñs donatio non perficitur. ¶ † Not. er
go hic, ꝙ licet procurator ignoret reuocationem mãdati, non tñ
transfert dñium rei dñi ſui. Ratio eſt, quia tranſlatio dñii non po-
terat fieri inuito dño, uel ſine eius uoluntate, ut l. id, qđ noſtrum
de reg. iur & ſic non dependebat ex poteſtate procuratoris reuo
cati, uolũtas aũt domini ueteris finita eſt per mortẽ, ut l. iiii. ſupra
depoſiti. & uoluntas noui domini, ideſt hæredis non adeſt, meri-
to non transfertur, ſecus in actu, qui dependet ex poteſtate ꝓcu
ratoris, & ſi quis mandauit Titio, ꝙ mihi uenderet, uel a me eme
a ret, nã ꝯtus iſte perficit̃[a] ex conſenſu ipſius procuratoris, & iõ ſi
ignorat reuocationẽ mandati ꝯhendo, ualet ꝯtus, quo ad hoc
ut ipſe ꝓcurator obliget̃, & dñs uel hęres eius teneat̃ ipſum indẽ-
ne conſeruare, licet non poſſit transferre dñium, ut l. ſi mandaſſẽ.
ſupra man. de renun. in glo. mag.

ADDITIO.

a ¶ Perficitur. Adde quod uoluit Ioann. And. in addi. ad Specu. in titu. de em-
ptio. & vend. §. j. uerſicu. quòd ſi res.

1 *Defectus cauſa concernentis fauorem donatarij tantum facit reſolui do-*
*nationem. ſi donans non erat aliàs donaturus, alias ſecus.*
1 *Cauſa finalis, & impulſiua quomodo cognoſcatur, & quod in quatuor ca*
*ſibus cenſeatur finalis, & nu. 3.*
3 *Defectus cauſæ impulſiuæ non facit reſolui contractum.*
*Quid in cauſa finali.*

2 §.Si Titio decem.¶†Defectus cauſæ ɔcernentis fauorẽ donatarij tm̃ facit
reſoluit donõnẽ,ſi donans non erat al's donaturus,al s ſecus. h.d.
2 cum l.ſeq.†& ſemper alleg.de cauſa finali & impulſiua qũo cognoſcantur de hoc tãgit hic Bar.¶Et notandũ, ꝙ in quatuor ca-
a ſib.cenſetur cauſa finalis,[a]& ſic eius defectus inducit repetitionẽ.
Primus,qñ conſtat ꝙ donator,vel teſtator non erat al's donaturus,vel relicturus,ẽt ſi concernat merum fauorem legatarii, vel
donatarij,non tñ ipſo iure,vt hic,& tũc habet vim ɔdõnis, vt ex
iſto tex.colligitur,non ꝙ impediat acqſitionem dominij ſtatim
fieri,ſed quia eius defectus facit reſolui acqſitionem. Ita intelligit
iſtum tex.vide ſcribentes in c.verum.de cond.& demõ.¶Secun
dus caſus eſt,qñ cauſa fuiſſet appoſita condõnalr, non modaliter,vt do tibi centũ,vel lego ſi Stichum emeris: & tunc transfert
dñium,antequam ſit impleta ɔditio,facit l. cedere diem. de verb.
ſig.& l.demonſtratio.§.qđ aũt iure.de cond.& dem.¶Tertius ca
ſus eſt,qñ non concernit fauorem legatarij, vel donatarij' tantũ,
ſed teſtatoris,vel donatoris,vel cuiuſdam tertii,uel mixtim donatarii,& tertii,ſeu donatoris,vt not,in l.Titio centũ.in prin.de ɔd.&
dem.¶Quartus caſus eſt,qñ concernit tantum fauorem legatarij uel donatarii,ſed erat cauſa pia,vt dotis.l. cum is. §.ſi mulier.de
condi.inde.& probatur in l.profectitia.§. ſi quis certam. vbi is qui
donat c.vt illa in dote dentur,repetit,ſi non dentur, & ſic illa cauſa præſumitur finalis,vt l.ſi ego.§.fi.eo.tit.de iure dot.&l.pen.§.fi.
3 C.eo.de qua glo.mag.in fi.opponit.&l.ſi ego.in prin.de do.† Alias dicitur cauſa impulſiua,cuius defectus non facit reſolui contractum,ut in iſta glo.& d.l.Titio centum.in princip.¶Prædicta in
cauſa de futuro,quæ non eſt proprie cauſa,vt not. in l.damus.de
condi.indeb.In cauſa aũt de præterito quod iure ſit,dic plene per
Bar.in d.l.demonſtratio.§.quid aũt iure.¶An aũt defectus cauſæ
finalis faciat generaliter ceſſare effectum,iuxta illud ceſſante cauſa &c vide pleniſſime per Cy.& Bar.in l.generaliter. C.de epiſ. &
cle.¶Quero vtrum in caſu huius l.an primo fuerit donatio ſimplex & vera?videtur ꝙ non,quia fuit ob cauſam.vt s.l. proxi.ver.
item cuius contrarium puto verius, quia non reſpicit fauorem
dãtis,& ſic fuit motus ex mera liberalitate,non ſub ſpe p̃mii,& effectus eſt magnus,qa non poſſet reuocare,ſi ille uellet emere,ſecus ſi non eſſet propria donatio,ſed ob cauſam datio;& ſic eſt cõ
tractus innominatus,quia haberet locum pœnitentia, & de hoc
videtur caſus ſupra de pac. l.ſi cum fundum.

ADDITIO.

a ¶Cauſa finalis. An in dubio p̃ſumat cã finalis,uel impulſiua,uide Bal. ĩ l.id, qđ pauperib.de epiſ.& cle.Bal.in l.ſi repetẽdi.C.de cõdi.ob cãm. & in l.legẽ.eo.tit.& in l.j.in j.col.C.de confeſ.& in auth.ex teſtõ. C.de coll. & in l.j.C.de fal.cã adie.lega.Ioann.And.& Ioann.de Imo.in c. poſt tranſlationem §.cæterum.de renun.glo.in c.his omnibus.61.diſt.

LEX V.

1 *Si reperitur in inſtrumento ꝙ Titius motus affectione quam habebat ad Seium,quia erat ſuus conſanguineus,uel amicus,uel propter eius benemerita donauit ſibi centum &c.quòd iſta eſt donatio ſimplex , & ideo requiritur inſinuatio,ſi eſt ultra quingentos aureos.*
2 *Si in donatione apponuntur hæc uerba,quòd propter benemerita,& ſeruitia q̃ impendit,& in futurum ſperat impendi,an hęc erit pura donatio, & an indigeat inſinuatione,ſi merita non probantur æquiualentia.*
3 *Quando fit ceſſio ex cã donationis & dicitur propter eius benemerita, et ſeruitia,an ualeat ceſſio ſi merita non probantur.*

1 AFfectionis gratia.¶†Not.in iſta l.ꝙ ſi reperitur in inſtro,
ꝙ Titius motus affectione q̃ habebant ad Seiũ, quia
erat ſuus ɔſanguineus uel amicus,uel p̄p eius benemerita donauit ſibi centum &c. ꝙ iſta eſt donatio ſimplex,& iõ
requirit̃ inſinuatio,ſi eſt vltra qngentos aureos. Videbatur ɔ̃riũ,
qa non mouet̃ ex mera liberalitate,vt eã exerceat, ſed affectione,
& ex benemeritis.ergo &c.vt s.eo.l.i.& qđ ibi no. in gl. q̃ incipit
{eius intuitu,}ſed illa gl.loqtur,qñ quis mouetur ex affectione,q̃
quis habet ad illud qđ ſperat fieri p̄ donatariũ.vt l.hoc iure. in fi.
j.eo.hic ex affectione quam habet ad perſonã donatarij,q̃ eſt cã,
2 ut exerceat liberalitatẽ.¶†Item vr̃ ɔ,dum dicit benemeritis. j. eo.
l.Aquilius.& l.ſi pater.Sol.ibi,qñ deſcẽdit ad ſpeciẽ meritorum,&
ẽt probant̃ eſſe uera,& tunc dicitur remuneratio,& non indiget
inſinuatione.Hic uero locutus fuit in genere,nec aliter benemerita probantur,& hoc no.quia quaſi in omnib.donationib. continentur hęc uerba,ꝙ p̄p eius benemerita,& ſeruitia quę impen
dit,& in futurum ſperat impendi &c.nam iſta uerba non faciunt
quo minus ſit pura donatio,& ſic indigeat inſinuatione, ſi meri-
3 ta non probantur æquiualentia ¶†Et p̄p hoc his diebus ɔſulẽdo
dixi ɔ Bar.qui in l.per diuerſas.C. man. dubitat qñ fit ceſſio ex cã
donationis,& dicitur propter eius benemerita & ſeruitia,utrum
ualeat ceſſio ſi merita non probantur?& dicit ſe dubitare, quia iſta uerba mutant titulũ i.dicere,quia apparet ex eis, ꝙ noluit facere purã & ſimplicẽ donationẽ,ſed remunerationẽ,ſi ergo non p̄bantur merita,non eſt ſimplex donatio, quia noluit,nec remuneratio, qa non potuit, & ſic remaneat ceſſio ſine titulo, & per
ɔñs nulla,ut ibi,iſtud uoluit dicere Bar.licet loquatur obſcure,&
ideo dicit ſe feciſſe illa uerba de plurib.inſtrumẽtis remoueri. Bal.
dicit ibi,ꝙ non debuit dubitare,qa imo valet,& idem tenet in l.ſi.
contra Bar.C.ne lic.pot.rõnes tñ ſuę nõ tollunt dubitõnem.Bar.
¶Ego dixi,& dico,ꝙ valet,& reputat̃ ſimplex, & pura donatio,
a ex quo merita non probantur[a] per iſtam, & hoc idem uidetur ipſe uoluiſſe in l.donatione.C.de colla.

ADDITIO.

a ¶Non probant̃.Idẽ tenent dñi de Rota deciſ.j.in ordine de alie. iud.mut. cau.fac.in antiquis.in ultimis uerbis referentes Bar.tenere ɔ̃rium, Old. conſi.5.dicit ꝙ non dr̃ donatio ob cãm niſi deſcẽderetur ad ſpeciem meritorum,ſed remanet ſimplex & pura donatio.

LEX VI.

1 *Qui uolente domino de fundo ipſius aliquid eximit ex cauſa habili ad transferendum dominium,ſtatim efficitur dominus, nec ex pęnitentia domini reuocatur dominium,uel aſportare prohibetur: ſed ſi pœnitentia ſuperueniat,antequam eximat non efficitur dominus poſtea eximẽdo,nec aſportare poteſt.*
2 *Quando in locatione miſcetur factum cum translatione dominij,ſi illud factum uenit principaliter in contractu,dicitur locatio,& ſi principaliter uenit dominij translatio diceretur emptio & uenditio.*

1 QVi ſaxum.¶†Qui uolente dño de fundo ipſius aliqd eximit ex cauſa habili
ad trãsferẽdũ dñium,ſtatim efficit̃ dñs, nec ex pœnitẽtia dñi reuocat̃ dñiũ,uel aſportare p̄hibet̃,ſed ſi pęnitẽtia ſupueniat,anteq̃ eximat nõ efficit̃ dñs poſtea eximendo,
nec aſportare põt.h.d.Et primo loqt̃ qñ p̄miſit ex cã donõnis vſque ibi,{ſed ſi is.}¶Scđo,qñ ex cã emptionis & ɔductionis.Dubi
tatio primi dicti erat,qa dñiũ nõ trãsfert̃ ſine traditione, ſed certe
hic cẽſet̃ interuenire ficta traditio, eo ipſo ꝙ exemit dño volẽte,
vt hic in uer.qa quodãmodo.ſimile. j.e.l.abſenti.in ij.rñſo.ubi interuenit ficta traditio.¶Sed in ſcđo caſu erat dubitatio, qa q ſemel p̄miſit mihi,vt eximã de fundo ſuo,vr̃ nõ poſſe poſtea pęnitere,ẽt anteq̃ eximã,vt s.de aqua plu.arc.l.in diẽ.cũ his q̃ ibi dixi,ſʒ
certe verũ eſt,ꝙ nõ põt,quominus mihi teneat̃ ad intereſſe, ut s.
de dolo.l.ſi.cũ mihi.ſed bñ põt quo ad hoc,ut nõ efficiat̃ dñs,p̄ l.
id,qđ nr̃m. j.de reg.iu.& p̄ id,qđ dixi s.e.l.ij.§.ſed ſi qs donaturus:
nã & ſi qs uẽdat mihi rẽ ſuã,nõ põt pœnitere, quominus mihi
teneat̃ tradere,& ẽt ad intereſſe,ſi nõ tradat,& tñ ſine ſua uolun
a tate nõ poſſum effici dñs rei,[a]ut j.de acq.poſ.l.ex ſtipulatiõe.¶In
gl.q̃ incipit{ſi p̄diũ.}ibi,ideſt nõ ſolet.uult dicere gl. ꝙ titulus loca
tionis nõ eſt ſufficiẽs ad tranſlationẽ dñij rei principaliter locatæ,
2 ſed alterius rei ſibi cohærẽtis ſic.¶†In glo.ibi.{uel dic locat opus,}
Bar.multũ not.iſtã gl.ꝙ qñ in locatione miſcet̃ factũ cũ tranſlatione dñii,illud factum uenit principaliter in ɔ̃ctu, & dr̃ locatio, ſed
econuerſe ſi principaliter ueniret dñii tranſlatio, diceret̃ emptio
& uenditio,iſtud melius ipſe declarat qõne ſua q̃ incipit,publicanus.Et de primo dicto ponit exẽplum p̄ l.itẽ ſi pretio.§. ij. s. loca.
ubi ſi locaſti mihi operas tuas ad faciendũ ædificiũ in fundo meo
tuis ſumptib.& lapidib.licèt faciẽdo transferas in me dominiũ,&
lapidũ,& ædificij,quia cedunt ſolo,dr̃ tñ locatio, quia principaliter uenit factũ.ſ.opera,& tranſlatio dominii uenit in conſequentiã,qa cedit ſolo meo,de ſecũdo ponit exemplum in l.ii. eo. ti.ubi
ſi aurifex locat operas ſuas ad faciendũ alicui opus de argẽto,uel
auro ſuo,dr̃ potius venditio,quia non transfert̃ dñium, niſi ipſo
tradente,& ſic non uenit in conſequentiam rei meæ,ſcilicet principaliter,opera uero in conſequentiam.

ADDITIO.

a ¶Non poſſum effici,&c.Hinc pʒ uenditorẽ p̄ciſe ad tradendũ non cogi,cõtra cõem opinionẽ,qđ probatur ẽt per l.ſi factũ retis.ff.de act.empt.

LEX VII.

1 *Filiusfamilias peculium profectitium ſine conſenſu patris donare non poteſt,ſed caſtrenſe ſic.*
2 *Donare eſt perdere.*
*Donatio non dicitur eſſe de adminiſtratione,& ſic habens liberam adminiſtrationem non poteſt donare.*
3 *Si conceſſum eſt poteſtati liberum arbitrium,non põt tamen ius alterius lædere,uel tollere,& quid ueniat ſub iſtis uerbis.*
4 *Ad hoc,ut filiusfam.poſſit donare rem peculij profectitij cum requiratur ſpecialis conceſſio,ſatis dicitur ſpecialis,ſi cõcedit ſibi quòd donet,licet non dicatur cui.*
*Vbi requiritur mandatum ad petendum reſti.in integrum,ſufficit quòd hoc dicatur in inſtrumento,licèt non dicatur in qua cã,uel contra quẽ.*
5 *Verbum,donare,uel donatio,ſimpliciter,an intelligatur inter uiuos.*

1 FIliusfamilias donare.¶†Filiusfamilias etiã ſi
habeat liberam adminiſtrationem peculii profectitii,
non poteſt rem peculiarem donare,niſi habeat ſpãlem & expreſſam promiſſionem patris,uel ẽt tacitã,quæ reſultat,
ſi ſubeſt iuſta cauſa donandi, uel ex qualitate donantis, & donatarii.¶Item conceſſio de donando intelligit̃ de donatione inter
uiuos,non de donatione cauſa mortis. Res uero caſtrenſis peculij,

lij, vel quaſi benè poteſt donari ſine permiſſu patris. h. d. tota l.
2 notabilis & magiſtra.¶†No.j.in princ.ꝙ donare eſt ꝑdere, & ad
hoc alle.¶Item donatio nō dr̄ eſſe de adminiſtratione, & ideo li-
cet quis habeat liberā adminiſtrationem ab hoīe,vel a lege, vt tu-
a tor,vel curator,non poſſet donare,[a] qa donando non dr̄ admini
ſtrare,ad hoc s̈.de cura.furio.l.ab agnato.cum concor. ibi not. Et
3 iſtum tex.inducunt Doct.†ꝙ ſi ſit conceſſum Poteſtati liberum
b arbitrium,[b] non poſſit propterea ius alterius lædere, vel tollere:
circa quod Bart.hic plura dicit quid ueniat ſub illis uerbis.Et adde
ꝙ tunc ipſe Poteſtas nō teneť niſi de ſolo dolo,vt idē Bar.not.in l.
in venditione.† j. ). de bon.autho.iudi. poſ. ¶ Itē ꝙ debet ſeruare
iura,& ēt ſtatuta in caſibus ab eis deciſis, & ſic non debet uti arbi
trio in illis,ſed in non deciſis. vt no. Dyn. in l. ex imperfecto. s̈.de
lega.iij.& Bar.in l.j.C.de leg.Inno.in c.i.de conſti.Nec pōt prolon
gare tēpus inſtantiæ,& poſt tēpus lata ſententia non valet,vt not.
Bart. in l. ſi in lega. in prin. s̈. loca. vbi vr̄ tex. nec pōt præferre ini-
quum ęquo,ſi hoc tendat in ꝑiudicium alterius, alias ſecus, ſi ibi
bonum videtur ex aliqua cauſa.arg.in l.cum quidam.de leg.ij. &
no.Bald.in l.ſi quis maior.C.de tranſa.& vide quod not. per eun-
dem in l.milites.C.de teſt.mili.¶Et non pōt facere aliquid, quod
ſit lege ciuili,vel pretoria prohibitum,vel bonis moribus, vt s̈.de
teſt.mil.l. ſi a milite. §. edictum. & ideo non poteſt aliquem con-
demnare ad perpetuum carcerem uirtute talis arbitrij, quia hoc
4 eſt prohibitum,vt l.incredibile.C.de pęnis.¶†Item no.in verſicu.
nonnunq̃.cum requiratur ſpecialis conceſſio, vt poſſit donare,
ſatis dicitur ſpecialis ſi conceditur ſibi,ꝙ donet, licet non dicatur
cui.Et ideo vbi requiritur ſpeciale mandatum,vt ad petendum re
ſtitutionem in integ. ſufficit ꝙ hoc dicatur in inſtrumento, licet
non dicatur in qua cauſa vel contra quem, hic & multis in locis
5 idem tenetur.¶†Vltimò no.diligenter in ver.ſed enim quòd uer
bum donare, vel donatio, ſimpliciter intelligitur donatio inter
viuos,non cauſa mortis,quia in dubio verba intelliguntur ſecun
dum propriam ſignificationem.vt l.j.§.qui in perpetuum. ſi ager
vect.vel emphyteu.pet.Sed propriè donatio eſt inter viuos, vt
in l.i.s̈.eo.& hoc ſiue ab homine, ſiue a lege proferatur ſecundū
Doct.licèt glo.ſuper verbo{donare}dicat contrarium,per l.ſi alie
natum.§.donationis.de verb.ſignific. ſed non obſt. quia verbum
donatio,poteſt ſumi in genere,& tunc comprehēdit omnes ſpe-
cies donationis. Ita intelligitur ibi. item in ſpecie, & tunc locum
habet quod s̈.dixi.

ADDITIONES.

a ¶Donare.Qn̄ habēs adminiſtrationem poſſit donare,uide Signo. con.26.
b ¶Arbitriū.Et qd poſſit Poteſtas ꝑ tale arbitriū,Pet.de Ancha.ɔſ. 166. Lud.
Ro.ɔſ.142.Ab.cōſ.94.ij.lib.ꝑ Sign.cōſ.120.& 267.per Soc.conſil.105.

LEX IX.

1 *Donatio poteſt conſiſtere in quolibet emolumento etiam incorporeo.*
2 *Si quis inhabitauit domum meam nō præcedente locatione, tenetur mihi ad penſionem conſuetam,ac ſi locatio præceſſiſſet.*
3 *Si loco tibi fundum,licet reſpectu fundi dicatur locatio,ipſi tamē fructus videntur uenditi,& merces dicitur pretium fructuum*
4 *Cum emuntur gabellæ uel paſſagia ſeu conducūtur,an debeat fieri remiſſio mercedis ſi nihil fuit perceptum.*

1 IN ædibus alie. ¶†Donatio poteſt conſi
ſtere, in quolibet emolu
mento etiam incorporeo.h. d. ¶ Videbatur contra-
rium,quia donatio eſt doni datio,vt s̈.ti.i.l.ſenatus.§.
donatio.& datio eſt dominij tranſlatio.vt l.fi.s̈. de cond. ob cau-
ſam.quæ non uadit in iſtis emolumentis corporeis, & iſta potuit
eſſe ratio dubitandi.Sed rn̄detur,ꝙ cenſetur donari æſtimatio il
lius emolumenti,q̃ in reb.corporalibus conſiſtit, & hoc vult iſte
2 tex.¶†Et facit iſte tex.pro eo quod no.Cyn.in l. excep. C. loca.ꝙ
ſi quis inhabitauit domum meā non præcedente locatione, te-
neatur mihi ad penſionem conſuetam,ac ſi locatio præceſſiſſet,
quia cenſetur ad ipſum peruenire de meo tm̄ quantum emolu-
mentum habitationis,& ꝙ conuentus rei vendicatione ſicut te-
netur reſtituere fruct.perceptos,ita & penſionem domus, quæ
3 loco fructuū habetur arg.hic.¶†Vltimo not.glo.j. pro eo quod
dixi in l.cotem.§.qui maximos.s̈.tit.i.ꝙ ſi loco tibi fundum, licèt
reſpectu fundi dicatur locatio,ipſi tamen fructus videntur vendi
ti,& merces dicitur pretium fructuum. Sicut hic domus dicitur
commodari vel precario concedi,qn̄ gratis cōceditur habitatio.
ut in gloſſ.ſed emolumentum habitationis dicitur donari, & ſic
4 eſt ɔ̈ctus mixtus,vt etiam dicitur infra eodem.l.Ariſto.†quod eſt
utile ad illam q.cum emuntur gabellę uel paſſagia, ſeu conducun
tur,vtrum debeat fieri remiſſio mercedis,ſi nihil fuit perceptum?
quia de contractu locationis natura eſt,ꝙ fiat,non ſic de natura
contractus emptionis,dic ut ibi dixi,& iſtam glo. adde ad ibi no.
& s̈.eo.l.qui ſaxum.

§.Ex rebus donatis. ¶Cum donatur fundus
quantum ad effectum in
ſinuationis inſpicitur ęſtimatio fundi,non fructuum qui poſtea
recipiuntur.Sed ſi donantur fructus, fit æſtimatio ipſorum fru-
ctuum.h.d.ſecundum primam lect.notabilem.Et adde bonam l.
ad iſtam diſtinctionem.s̈.de pact.dota l.iiij.quæ incipit{ſi conue-
nerit.}¶Secundum aliam lect.dicit,ꝙ debitor ex cauſa donatio-
nis non tenetur propter moram ad fructus rei donatæ ante lit.
conteſta.Secus ſi ſunt donati ipſi fructus.Ratio primi dicti eſt,qa
iſte eſt contractus ſtricti iuris.vt ). eo.l. cum qui. in quo non ve-
niunt fructus ante lit.conteſt.vt l.cum fundus.s̈.ſi cer. pet.& ).eo.
l.de donatione.niſi petam id,quod meum eſt, vel aliquando fuit
meum.vt l.videamus.§.ſi actio.cum ibi not.ſupra de vſur.

§.Quod filius. ¶Si quis donat rem meam me vo-
lente,ego videor donare.h.d.Intelli-
ge,ꝙ ſi donat meo nomine, ego ſolus videor donare. Si verò
ſuo,& ego in hoc conſentio,videor ego donare ſibi & ipſe alte-
ri,quod dic vt ſupra eo.l.ij.in prin.

§.Donari non. ¶Donatio non dicitur niſi cū tranſ-
fertur dominium actu,uel habitu.h.
d.in effectu, vt quia fit de re, cuius eſt commercium, nam ſi eſt
donantis,transfertur,ſi non eſt eius actu,transfertur habitu, quia
transfertur vſucapiendi conditio,& habet locum titulus pro do-
nato.Sed ſi facit de re,cuius non eſt commercium, non valet,qa
non transfertur dominium actu,uel habitu, ut ſi fiat donatio de
re ſacra uel religioſa.

LEX X.

1 *Donatio qualiter perficitur inter abſentes.*
2 *Si quis fuit electus ad aliquod officium,uel dignitatē,an ſtatim ſit ſibi ius acquiſitū,& non adminiſtratio,quouſque ingrediatur officium.*
3 *Si quis fuit delegatus iudex inter aliquos,utrum ſtatim ſit ſibi quæſita iuriſdictio,antequam reſcriptum,uel literæ præſententur.*
4 *Si conſtituo procuratorem aliquem abſentem, an ſtatim ſit procurator antequam ſuſcipiat inſtrumentum mandati.*
5 *An poſſit mandatum reuocari antequam ad abſentem perueniat.*
6 *Si nuncius fuit conſtitutus ad contrahendum,& antequam cōtrahat,dominus reuocat,an contractus poſtea factus ualeat.*

1 ABſenti,ſiue ¶†Donatio perficitur inter ab-
ſentes interueniente traditione
uera,uel ficta, & concurrente uoluntate donatarii,
aliter non,niſi traditio fuerit facta ſeruo eius,cum in
tentione ut ſtatim domino acquiratur.hoc dicit.¶In tex. ibi. {ſed
ſi non.}ꝙ in donatione non ſufficit voluntas donantis, ſed requi
ritur etiam donatarij,& hoc facit ꝓ eo,quod dixi s̈.e.l.i. ſuper gl.
ꝙ licèt quis ſoluit indebite,ſi tamen ille qui recipit,credit ſe recipe
re debitum,non perficitur donatio,licet datum repeti nō poſſit,
& ſic dicitur irreuocabilis datio,ita debet intelligi l. cuius per erro
rem.de reg.iur. Sed cōtra,[f] de fine huius l.Sol.ibi aderat uoluntas
ſerui ipſius donatarij,quæ reputatur voluntas dn̄i, & etiam volū
tas donantis.¶Item contra de eo, qd̄ not. in c. ad apoſtolicæ. de
cler.excō.miniſtrante.per gl.qn̄ abſens & ignorans excōicatur,
& ſtatim ligatur,& in c.quod ob gratiam.de regu.iur.in mercur.
ꝙ abſens & ignorans priuatur beneficio, & quod not. Inn. in c.
quia cunctis.de conceſſ.præb.lib.vj.ꝙ abſenti & ignoranti aufer-
tur iuriſdictio.Sol.illa iura loquuntur in actib. tendentibus in prę
iudicium abſentis,& factis ab illo qui poteſt preiudicium inferre
etiam inuito,unde non requiritur eius ſcientia. Hic loquitur in
actu tendente ad fauorem,uel commodum abſentis, in quo re-
quiritur uoluntas eius,qa beneficium non confertur in inuitum.
2 ¶†Et hoc inducitur ad q. ſi qs fuit electus ad aliquod officiū, vel
a dignitatem,vtrum ſtatim ſit ſibi ius acquiſitū,ēt ignoranti,[a] quod
examinat hic Bar.q diſtinguit utrū erat officiū ad quod inuitus
poteſt compelli,& ſtatim eſt ſibi acqſitum ius, ſed adminiſtratio
nō,quouſque ingrediatur officium.facit l.obſeruare.§. fi. de offi.
procon.& quod not.in l.Publius.in prin.de condi. & demon.vi
de in l.priuatorum de iuriſ.om.iud. ſed ſi non poterat compelli,
non eſt q̃ſitum ius niſi a tempore acceptationis,ut hic. Et aduer-
tendū,qa non ſufficit hic ad notitiam abſentis peruenire,niſi per-
ueniat mediāte nūcio,uel epiſtola donantis per gl. ſing. in l. con-
ſenſu. ).de act.& obli.q̃ tenet,ꝙ ubicunque pōt contractus fieri
inter abſentes,requirit nuncius uel epiſtola ad coniungendas uo
luntates,& ēt gl.in l.illud.de ſac.ſan.eccle.¶†Induco ēt ad aliam q.
ſi qs fuit delegatus iudex inter aliquos,utrū ſtatim ſit ſibi q̃ſita iu
riſdictio anteq̃ reſcriptū uel literæ ꝑſententur? & iſte tex. facit ꝙ
nō,& hoc vr̄ uelle Inn.in c.ex ɔqueſtione.de reſti. ſpol. Cy. in l.
mandatū.C.mād.in fi.ij.q.dicit hoc uerū de iure canonico, ſed d̄
iure ciuili ſtatim eſt q̃ſita iuriſdictio ēt ignorāti,ꝑ l. cū furioſus.s̈.d̄
iudi.quia munus iudicandi eſt neceſſarium,& nō poteſt recuſa-
ri,

ADDITIO.

a ¶Ignorāti.Adde qd̄ uoluit Old.conſi.57.an collatio bn̄ficii facta abſenti ſibi opituleť anteq̄ notitiā habeat,& uide qd̄ uoluit Ro.conſ.285.ubi ponit,an donatio facta abſenti ualeat,ſi non eſt nuncius, uel epiſtola,&c.

ri qñ fit a ſuperiore in ſubiectum.vt l.munerum.§.iudicandi.ff.de
mun e.& ho.not.in l.i.C.qui pro ſua iuriſdi. non tamen acquirit
exercitium anteq̃ literæ præſentetur,quia ignorat ſe iudicem.ar.
in l.quæro.ꝭ.de eo qui pro tuto.Certe Canoniſtæ dicunt,ꝙ ēt de
a iure canonico eſt hoc verum,ª quicquid dicat Innoc per c.cum
ſuper eo.de appel.vbi appellatur iudex ante receptionem reſcripti
per gl.in c.cum olim eſſemus.de priuil.quæ dicit ꝙ ſi reſcriptū
vel literæ perdantur,anteq̃ præſententur facta fide delegato de
tenore ipſarum poterit procedere,& ita debet intelligi gl.quæ eſt
4 in cle.j.de proc.¶† Induco ēt ad qõnem de qua ibi per gl.ſi ɔſtitui
procuratorem aliquē abſentem,vtrum ſtatim ſit procurator
anteq̃ recipiat inſtrumentum mandati? & glo. ibi uidetur tenere
ꝙ ſic,tñ non habet exercitium,& ſic non valet actus per eum factus,
niſi per dominum ratificetur.Bar.conſuluit,ꝙ nullo modo
ſit procurator,quia hoc officium non confertur in inuitum,ut l.
inuitus.C.de proc.& in hoc differt a iudice delegato,niſi recipiat
inſtrumentum mandati,vel niſi ſibi ſit notificatum per conſtituē
tem mediante nuncio,vel epiſtola,etiā ſi aliunde perueniſſet ad
eius notitiā,per prædicta.licet Dy.quem ipſe reprehendit,conſuluerit
contrariū,ꝙ imo ſit ſtatim ꝓcurator,& illud qđ tenet Bar.
nor.etiā in Spe.de proc.§.i.ver.quid ſi inſtrumentum. Et ꝑ Arch.
in c.ij.de procu.lib.vj.& ēt in nouella.Et Federic.de Sen.in conſi.
xxiiij de iſta q.tangitur per Bal.in l.licet.C.de procu. & l. de furtis.
C.de fal.vbi videtur diſtinguere,an ɔſtituens voluerit ꝙ ſtatim ſit
procuratot,& tunc ſtatim erit abſque nuncio,uel epiſtola,uel
tranſmiſſione inſtrumenti,an de hoc non conſtet,& videtur velle
ꝙ tunc ſit,cū inſtrumentum receptum eſt,vel per nunciū,aut
5 epiſtolā per l.qui abſenti.ꝭ.de acqui.poſ.in prin.¶† Et ex prædictis
patet,vtrū poſſit reuocari anteq̃ ad abſentē perueniat in caſu huius
l.& certū eſt,ꝙ ſic,quia donatio nō eſt perfecta,vt ſ. eo.l.ii.§.
ſed ſi quis donaturus.in ɔtrium.c.ſi abſenti.de præben. lib. vj.Sol.
ibi,epiſcopus ex quadā neceſſitate habet beneficium vacans conferre,
ur no.in c.relatum.de prę̄b.in antiq.ideo poſtq̃ contulit abſenti
non poteſt pœnitere quouſq; ille pōt acceptare,ſed hic donator
volūtarie donat,ideo poteſt requocare anteq̃ donatarius
6 acceptaret,& non fit donatarius dñs.¶† Quid autem ſi nuncius
fuit cōſtitutus ad ɔhendum,& anteq̃ contrahat dñs reuocat? de
hoc eſt gl.in l.i.in fi.ſ.de ɔhen.emp.ꝙ ɔtractus poſtea factus valet.
Tu dic,ſi quæritur,an poſſit transferre dominium poſt reuocationē,
& clarū eſt ꝙ non,etiā ſi ignoret reuocationem,vt l.ij.§.
7 ſed ſi quis.ſupra eo.¶† Sed ſi quæritur,an poſſit contractum perficere
quo ad obligationem,diſtingue,aut fuit conſtitutus,vt nūcius,
& ſic habet concipere verba in perſonam domini,& ex cōſenſu
dñi perficitur ɔtus,vt l.multū.C.ſi qs alteri vel ſibi.& tunc
non perficitur,quia deſinit voluntas.Aut fuit conſtitutus vt procurator,
& ſic habet concipere verba in ſuam perſonā,& ex ſuo
conſenſu ꝑficitur,& tūc valet cōtractus,vt l.ſi mandaſſem.ſupra
mād.& ita pōt ꝓcedere gl.in d.l.i.in fi.¶ Effectus eſt,quia ex quo
valet contractus ſi tradat rem,licet non transferat dominium,vt
ſupra dixi,transfert tamen vſuca.conditionem,de hoc eſt caſus
in l mandatum diſtrahendum.ſupra mand.

ADDITIO.

a ¶ Hoc eſt uerū.Firmat Rota deci.ſuis 208.de ꝑb.ubi dñt,ꝙ bñficia ſubcollectarū añ receptionē literarū officii ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruata,&c.

LEX XIII.

1 *Cum res traditur illi qui poteſt mihi acquirere,acquiritur mihi ſi tradens hoc intendat,licèt recipiens non intendat.*

2 *Quòd tribus concurrentibus,id,quod traditur procuratori falſo,ſtatim acquiratur domino.*

3 *Quid in procuratore nō falſo,ſi nō hēbat mādatū generale,ſiue ſpeciale.*

1 QVi mihi dona.¶† Cum res traditur illi q
poteſt mihi acquirere,acquiritur
mihi,ſi tradens hoc intendat,licet recipiens
non intendat.h.d.& ſemper alleg.ꝑ gl.quæ eſt hic,
de cuius materia plene per Cy.in l.i.C.de acquirē.poſſ.Et intelligo
iſtam l.qñ tradens expreſſe dixit,ꝙ tradebat,vt mihi acquiratur,
& recipiens expreſſe dixit ꝙ illo animo non recipiebat,ſed ut acquiratur
ſibi uel alteri,uel mihi & alteri,potius enim inſpicitur voluntas
tradētis,qui potuit apponere rei ſuæ legem,quam uoluit,
ut l.legem.C.de pact.iuncta l.habentis ſupra eo.Si autem ſimpliciter
reciperet,videtur recipere eo animo,quo ſibi traditur fictione
iuris.arg.in l.ſi defenſor.§.i.de interro.actio.licet ipſe aliud in animo
gerat,quia non inſpicitur animus in mente retentus,vt l.ſi
repetendi.C.de condi.ob cauſam.& perinde eſt,ac ſi talis non eſſet.
¶ In glo.magna quæ format quatuor contraria,ſciendum
eſt,ꝙ prima tria loquuntur in procuratore falſo,de quo non loquitur
iſta l.quātum vero ad l.res ex mādato.de acquir.rer.dom.
2 loquitur de procuratore uero.¶† Circa primum eſt ſciendum,ꝙ
tribus concurrentibus id,quod traditur procuratori falſo,ſtatim
acquiritur domino.ſ.quando ſemel habuit mandatum,licet fuerit
reuocatum,quia non dicitur omnino falſus,cum iuuetur
primordio ueritatis.ut l.cum filius.§.hæres meus.de leg.ii.¶ Secundum
eſt ſi concurrat fauor liberationis.¶ Tertium eſt,ꝙ ipſe
recipiat bona mente,vt mihi acquirat,iſtis concurrentibus perinde
eſt ac ſi eſſet verus procur.& acquiritur mihi ſtatim,& cōtingit
liberatio ipſo iure,& iſte eſt caſus l cū quis.§.i.ꝭ.de ſol.de quo
gl.opponit ſecundo loco.¶ Altero vero iſtorum deficiente non
acquirit mihi ſtatim,ſed ſi recipit animo,ut mihi acquirat,mihi acquiritur
ſecuta ratihabitione,& iſte eſt caſus in l.ſi ego.ſ.de nego.geſt.
ſed ſi alio animo,non acquiritur mihi,ſed ipſe furtum cōmittit
tradenti,a quo dominiū non recepit,ut l.falſus.§.j.ꝭ.de fur.
3 de qua opponit gl.primo loco.¶† Sed circa procuratorem verū,
ſi non habeat mandatum generale,ſiue ſpeciale,ſerua diſtinctionem
gl.ſaluo ꝙ in ſecundo membro,dum dicit,ꝙ ſi alter ipſorū
gerat in animo,vt mihi acquiratur,acquiritur,nam hoc eſt verū,
quando ipſe tradens gerit in animo ut hic,ſecus econuerſo,ſi ipſe
non gereret,ſed procurator gereret,quia debet inſpici uoluntas
tradentis in non acquirendō,ſicut in acquirendo,cum ſit ratio
contrariorum,& per l.id quod noſtrum.de reg.iur.& per l.
abſenti.in fi.ſ.eo.ſ'm Cy.& omnes.in dubio autem dic,ut ibi not.
ꝑ Bar.nā in iſto caſu ita pōt loqui l.res ex mandato.ꝭ.de acq.rer.
do.uel dic,ꝙ ibi conſtitui te procuratorem ad emendum,tu emi
a ſti,ª & non oſtendiſti mandatum,nec dixiſti te emere procuratorio
nomine meo,& ſic nec uendens videtur fuiſſe huius propoſiti,
ſed credebat ꝙ emeres pro te,iſto caſu acquiritur tibi dominium,
ſed actione mandati teneris mihi tradere,ut ibi,& l.ſi ita qs.
§.Seia.ꝭ.de uerb.obl.ſed ſi procuratorio nomine emiſſes,ſtatim
b recta uia acquireretur mihi dominium,& poſſeſſio.ᵇ ut l.procuratorem.
C.de acqui.poſſ.non ſic,quando procurator ſtipulatur
procuratorio nomine domini,quia actio & obligatio quæritur
ſibi,& tenetur dño cedere,ut l.poſſeſſio quoque.§.& ſi poſſeſſio.
de acq.poſ.ratio diuerſitatis colligitur ex l.ea quę ciuiliter.ꝭ.
de acqui.rer.do.quia facilius acquiritur nobis per actum naturalem,
ut eſt traditio per quam acquiritur dominium,& poſſeſſio,
quam per actum ciuilem,puta ſtipulando,& ideo ſi eſſet dare caſum,
in quo dominiū quæreretur ſine traditione,ut per pactum
legis commiſſoriæ,& addictionis in diem.iuxta no.in l.i.ſ.eo.per
tale pactum nō acquireretur domino,vt eſt caſus l.j.C.per quas
perſonas nobis acquiritur.ſecundum lect.Pet.

ADDITIONES.

a ¶ Tu emiſti.Sed quid ſi emiſti fundū ꝓ medietate nomine dñi aliam medietatem tuo nomine & totum poſſediſti,qualiter domino ſuccurratꝰ,uide Io.And.in addi.ad Spe.de empti.§.j.uer.nonnunquam.

b ¶ Et poſſeſſio.Adde quòd tunc poſſeſſio acquiritur per procuratorem,ſi transferatur per actum naturalem,ſecus ſi per ciuilem.Ideo poſſeſſio ꝑcarij non acquiritur per procuratorem.ut fin.dicit Bar.in l.i.C.de acqui.poſ.& in l.per procuratorem,eo.ti.&c.

LEX XIIII.

QVi alienum.¶ Qui colit fundū alienū animo donandi,non repetit expē
ſas.h.d.¶ No.ꝙ eo ipſo,ꝙ quis colit fundum tanquā
ſuum,cū ſciat alienum,vr̄ facere animo donādi.Sed
aduerte,ꝙ tūc pōt deducere expenſas culturę de fructibus,per l.
fundū.in prin.ſ.fami.erciſ.ſed qñ tanq̃ alienum,& animo illi donandi,
non pōt ēt de fructib.expenſas deducere,per hanc l.

LEX XV.

1 *Donatio facta per crimino ſum cuius bona ueniebant confiſcanda,ualet ſi condemnatio non erat ſecuta.*

2 *Donatio quando cenſeatur facta in fraudem fiſci,& an tunc ſit neceſſaria reuocatio.*

3 *Quid in donatione cā mortis,& quid in donatione facta inter coniuges.*

1 POſt contractum.† Donatio facta per criminoſum cuius
bona ueniebant,confiſcanda,ualet ſi condēnatio nō
erat ſecuta.h.d.Sed ſecuta poſtea condemnatione,reuocatur,
ſi facta fuit in fraudem fiſci,vt ꝭ.de iure fiſci.l.in fraudē.
& ꝭ.ti.i.l.ſi aliquis.† Et cēſeꝰ facta in fraudē,ſi tunc iā erat accuſa-
2 tus,vel in crimine deprehenſus,vt l.fi.in prin.infra de his qui ſibi
mortem conſci.ſecundum Dy.ſed ſi maleficium erat occultum,
uel nondum erat cōmiſſum,non vr̄ facta in fraudem,niſi ex aliq
bus coniecturis,quas Bar.hic multum bene,& notabiliter proſequitur,
& ſemper remittitur ad eius dicta.Et uide bonam gl.in l.
res.C.de dona.inter vir.& vxo.¶ Et notandum pro ſummario
huius materię,ꝙ quatuor ſunt caſus in quibus iſta l.procedit ſine
dubio,in eo qđ principaliter dicit,ſ.ꝙ donationes factę a criminoſo
valēt ēt irreuocabiliter.Primus eſt,qñ de crimine nunq̃ fuit
accuſatus in eius vita,quia crimen morte extinguitur,& hr̄ pro
non commiſſo,niſi ſit tale,de quo poſſit eius memoria accuſari
poſt mortem,ut leſæ maieſtatis,vel hęreſis,vt infra eodem.l.donationes.
§.fina.& l.ex iudiciorum.de publi.iudic.¶ Secundus,
quando fuit accuſatus,& fuit abſolutus,& ſententia tranſi-

uit

nit in rem iudicatam.nam amplius cognoſci nõ poteſt, vt l.licèt. in fi.nau.cau.ſtab.niſi doceatur de præuaricatione primi accuſatoris,vt l.ſicut.§.idem.de accuſa.ȷ̃.¶Tertius eſt, quando crimen eſt tale,ꝙ ex eo non veniebat fienda confiſcatio bonorum,quia tunc non eſt, ꝙ poſſit reuocare fiſcus nec etiam hæredes, quia non poſſunt venire contra factum defuncti,ut l.cum a matre. de rei vend.C.¶Quartus eſt,quando donatio nõ fuit facta in fraudem fiſci,quod quando ſit,infrà apparebit. Et ex his duobus vltimis caſibus valet irreuocabiliter,ſi condẽnatio ſit ſecuta. ¶Sunt & alii quatuor caſus,in quibus procedit iſta l.a contrario ſenſu,ꝙ ſi ſecuta ſit condemnatio,non valet etiam ipſo iure,& a principio non eſt neceſſaria reuocatio.Primus quando eſſet facta poſt cõdemnationem,quæ tranſit in rem iudicatam, & eſſet crimen de quo veniret fienda confiſcatio bonorum, quia tunc deſiit eſſe iã dñs bonorum,vñ non poteſt donare,& ita intelligit gl.fi.huius legis. ¶ Secundus, quando eſſet tale crimen, ex quo ſtatim eſſent bona confiſcata,ẽt ante ſententiam,vt leſæ maieſtatis,vel hereſis, qđ dic ut l.Imperator.infra de iure fiſci.per Dy.& Bar.& in caſu l. commiſſa.ſupra titu.j.& tunc ſententia condemnatoria requiritur ad declarationem,quia declarat retro fuiſſe donationem nullam.ſed ſi non ſequeretur ſententia,nõ apparet de crimine.¶Tertius caſus eſt,qñ poſt accuſationem propoſitam, & adnotationem bonorum propter contumaciam,facta eſſet donatio, vt l. fi. š.de requi.re.in fi.¶Quartus eſt,quando eſſet donatio de ſui natura irreuocabilis,vt manumiſſio ſerui, quia fortius prohibetur vt ȷ̃.de manu.l.qui pęnæ. & in iſtis caſibus ſecuta condemnatoria per quam declaratur donationes pręcedentes eſſe nullas, poterit fieri executio ꝯ donatarium abſque alia ſententia reſciſſoria donationis per executores fiſci ad hoc deputatos. ¶ Eſt & alius caſus in quo iſta l. procedit cum limitatione, dum dicit ꝙ donationes valent, vt intelligatur,ſ.ipſo iure,tñ non in effectu, quia reuocantur,& hoc qñ ſumus extra caſus prædictos, & apparet ꝙ ſint factę in fraudem fiſci timore condemnationis criminis, vt ȷ̃. tit.j.l.ſi aliquis.in fi.de iure fiſci.l.in fraudem. & hoc contingit,quãdo ſecuta eſt condemnatio, & ex crimine facta erat confiſcatio bonorum,& donatio erat facta ante condemnationem, præſumitur autem facta in fraudem,qando fuit facta poſt accuſationẽ inſtitutam,uel quando ante,ſed erat deprehenſus in crimine, uel crimen erat notorium,ut š.dixi ſecundum Dy. vel quando erat occultum,temen donatio fuit facta clam, nam ex hoc reſultat p̃ſumptio fraudis, ar.in l. fi. š. de ritu nu. vel fuit facta de omnibus bonis.arg.in l.oẽs.§.Lucius.quæ in frau.cred.vel fuit facta coniunctæ perſonæ.ar.in auth.quibuſcunque modis. C. de ſacroſan.eccl.& hoc qñ fuit facta poſt delictum commiſſum. Si vero ante, tunc adhuc Bar.dicit,ſi extant prędictæ coniecturæ videri fuiſſe, factam in fraudem,& cogitatione futuri delicti. ¶ Mihi videtur
a hoc uerum,niſi delictum fuerit ſecutum ſtatim [a] poſt donationẽ factam.ar.in l.ventri.in fi.de priuil.cred.& l. concubinam. §. res amotas.š.rer.amo.& qđ not.in c.officij.extra de elec. vel niſi tempore donationis ſubſiſteret inimicitia capitalis, al s licèt fuerit facta donatio de omnibus bonis,vel coniunctæ perſonę, non puto videri factam contemplatione futuri delicti, de quo erat ſpes, & his caſibus ſecuta ſententia non reuocatur donatio ipſo iure, nec poteſt fieri executio contra donatarium,ſed oportet, ꝙ per procuratorem fiſci agatur ciuiliter reuocatoria,& feratur ſententia reſciſſoria donationis,vt Inſti.de act.§.item ſi quis in fraudem.
3 Prædicta in donatione inter uiuos.†Donatio vero cauſa mortis ſiue ſit facta ante crimen commiſſum, ſiue poſt. Item ſiue ſit facta in fraudem,ſiue non. Item ſiue ex crimine fuit facta bonorum confiſcatio,ſiue non,ſi tamen erat capitale,per qđ perdebatur vita naturalis, libertas,vel ciuitas,reſcinditur,ſicut quælibet alia ultima voluntas,vt l.eius qui.š.de teſta.& iſte eſt caſus in d. l.ſi aliquis.ȷ̃.tit.j.cum habeat vim ultimę uoluntatis. Donatio uero inter coniuges,quæ illi ſimilatur in aliquo,quia poteſt reuocari,ſi illa fuit in fraudem,dic in omnibus & per omnia idem quod dixi š.in alijs donationibus nec tunc habet locum l.res quæ.C. de do. int.vir.& uxo.nam ſi alię retractãtur,fortius illa, quæ a principio non habet ſubſiſtentiam.ſed ſi fuit facta ante crimẽ commiſſum, & ceſſante ſuſpicione fraudis,tunc habet locum illa l.notab. quia per condemnationem ſubſecutam non irritatur,imo aliquando confirmatur ſicut per mortem naturalem,quando ex condemnatione maritus factus eſt ſeruus poenæ.Si autem non eſt factus ſeruus,ſed perdit ciuitatem, tunc nec irritatur, nec confirmatur, ſed eſt in pendenti quouſque maritus uiuat naturaliter, & poteſt per eundem reuocari,ut eſt caſus ſingularis in l.ſed ſi mors. š. de do.int.vir.& vxo.& ſi reuocatur, bona non pertinebunt ad fiſcum,ad quem tranſiuerunt alia per confiſcationem, ſed pertinebunt ad condemnatum,qui poteſt acquirere de nouo,vt l.ſi tibi. §.is cui bona.ſupra mandati.& ita ſingulariter not.Bal.C.de exceptio.rei iudicatæ.in l.executor.xiiij.col.

ADDITIO.

a ¶Statim. Adde Pet.de Anch.conſi.158.

LEX XVI.

1 *Verba enunciatiua emiſſa in ultima uoluntate in præiudiciũ hæredis principaliter propter ſe diſpoſitiones inducunt.*
2 *Verba enunciatiue emiſſa in ultima uoluntate,quando non inducant diſpoſitionem, & nu.4.*
3 *Quid in contractibus.*
4 *Si duo fratres diuiſerunt bona paterna,pacto appoſito quòd nullus alienaret partem ſuam, ad hoc ut ſi decederet ſine liberis, ad ſuperſtitẽ perueniret,an ex iſtis uerbis poſſit ſuperſtes petere bona, ſi alius deceſſit ſine liberis relicto hærede extraneo.*

1
a EX hac ſcriptura.†Verba enũciatiua emiſſa in ultima uoluntate in preiudicium heredis principaliter ꝓꝓ ſe diſpoſitiones inducunt.h.d.Dy.¶In tex.ibi.{mecum habui.}i.hr̃e me contigerit, & ſic ponitur præteritum pro futuro, alias uideretur loqui poſt mortem.¶In tex.ibi,{donaſſe.}ꝓꝓ illud uerbum iſta l. fuit poſita in hoc titu.quia teſtator fuit uſus hoc verb.nõ tñ qa ex hoc inducatur donatio cã mortis,uel inter uiuos,licet quidam dixerint,vt no.in prin.gl.mag.quia in illis requiritur præſentia,uel conſenſus utriuſque partis,ut ȷ̃.ti.j.l.inter mortis.& š.tit.l. abſenti. & ex hoc non apparet,ꝙ iſti liberti fuerint pręſentes, uel ꝙ conſenſerint,& ideo ſolum inducitur legatum, vel fideicommiſſum, in quibus non requiritur præſentia legatarii,vt l.cum pater.§.donationis.de leg.ij.& cui legato conuenit hoc uerbum,donatio,vt l. legatum. de do. eo. ti. & fuerunt iſta uerba prolata in ultima voluntate, nec ẽt inducitur probatio donationis inter uiuos, quod quidam dixerunt,ut hic in gl.poſt prin.ibi,{uel quia.}nam tunc non ageretur ex hac ſcriptura,ſed ex donatione præcedente probatione ꝑ hanc ſcripturam,cuius contrarium uult litera, nec dominium ꝑtinere ad iſtos libertos ex ſola donatione,uel ex his uerbis non ſecuta traditione.ut ȷ̃.e.l.nuda.perinde ergo eſt, acſi ꝑ iſta uerba teſtator legaſſet iſtas ueſtes,quia ſunt uerba enunciatiua propter ſe
2 principaliter prolata,& ad hoc allegat iſtam l. ¶ †Hoc recipit plures limitationes,quia primum eſt uerum, niſi poſſint reſtringi ad aliquid aliud,ꝗ quod ſuperius dixiſſet,ut l.Lucius. §. filiã.ad Treb. ¶Secunda eſt, ꝙ inducunt diſpoſitiones quatenus ſignificationes uerborum patiuntur, non ultra.ut l. Titia. §. Caius.de leg ij. ¶Tertia eſt,quia tunc inducunt diſpoſitiones,qñ ſunt directa ad hæredem grauatum,hic ſecus, ſi ad legatarium oneratum,quia uidentur prolata gratia adulationis, ut l. generali. de uſufr. leg. in princ.¶Quarta eſt,quia tunc inducunt diſpoſitiones,quando ex certa ſcientia ſunt prolatæ,ſecus ſi per errorem,ut l.j.C. đ fal.cau. adie.leg.¶Quinta,quia tunc inducunt,quando tendunt in præiudicium eius,quia tunc teſtator poteſt grauare,alias ſecus,ut C.de teſta.l.uerba.& arbitrium.tut.l.j.¶Sexta eſt,ꝙ inducunt,quando ſunt expreſſa ut hic,ſecus ſi tacitè ſubintellecta, niſi interuenerit iur̃m,ut l.omnes.cum auth.ibi poſita. C.de prob. ¶ Septima & ult.quia inducunt,qñ exprimitur certa res,uel quantitas,alias ẽt ſi eſſent uerba diſpoſitiua,non ualerent,ut l.cum poſt. §. gener. de iure dot.& iſte eſt caſus ſ̃m unam ſol.quam hic ponit gl. in l. Titia.in prin š.de leg.ij.de qua gl. hic oppo. ſecundo loco. ¶ Si aũt verba enunciatiua non proferuntur principaliter ꝓꝓ ſe,ſed ꝓꝓ aliud,tunc loquuntur leges allegatæ in gl.pro ꝯrijs, qđ põt contingere pluribus modis.Primo qñ per modũ conditionis, & tũc nõ inducunt diſpoſitiones,ſiue ſit conditio expreſſa,ut l. ex pacto.l a piccola š.de hær.inſt.ſiue tacita,ut l.Titia.de le.ii.in prin. ſecũdum aliam ſol.& ita loquitur primum,& ſ̃m ꝯrium gl.niſi in aliquo antecedenti ſine quo uerba ſtare non poſſunt,ut l.Proculus.de uſu fr. Aliquando emittuntur per modum cauſę de præterito,& tũc inducunt diſpoſitiones, quo ad effectum excludendi illum ad quem ſunt directa,ſi eius odio prolata ſunt, ut l. qui uolebat. š.de hær.inſti.uel alterius per illum,ad quem directa ſunt,ſi eius fauore fuerunt prolata,quia pariunt ſibi exceptionem, ut l. emptor.§. fi.cum gl.ibi poſita.de rei uendi.actionem autem nõ pariunt ſ̃m gl.ibi poſitã,ſed ꝯrium tenet gl.& melius in l.ſi ſocer §.Lucius.ſol. ma.dic vt ibi per Bar.& reprobatur in c.fi. de ſucceſ. ab inteſt. & ibi hoc tenet Inn.Interdum emittũtur per modũ cãæ de futuro, aut per uiam modi,& tunc ẽt inducunt diſpoſitiones tam in legatis,ut l.ij.de his q̃ ſub modo.ꝗ ẽt in ꝯctu donationis,ut l.quoties. C.de don.q̃ ſub modo.Interdũ per modum demonſtrationis,& tũc nõ inducũt diſpoſitiones,niſi ſint prolata a milite,ut l.ex uerbis.C.de teſt.mi.l.cũ tale.§.fi.de ꝯd.& dem.¶†In ꝯctib.aũt,ſi ſunt emiſſa principaliter ꝓꝓ ſe,& ad effectũ liberationis,nõ inducunt diſpoſitiones,ut l.tale pactum.in prin.š.de pac.alias inducunt diſpoſitiones,

ADDITIO.

a ¶Voluntate. Adde ultra loca vulgaria Ab.cõſi.11.eundẽ Pa.conſi.189.per Sig.ꝯſ.166.ꝑ Car.cõſi.130.ꝑ Alex.cõſi.82.iij.li.& conſi.6.& 46 & 79.j.l. Ful.conſi.196.Lu.ſing.ſuis fol.4.& fol.xvj.Fran.de Are.cõſi.23.& cõſi.30. ꝑ Lu.Ro.conſi.180.& 258.& conſi.191.ubi dicit uerba enunciatiua l.diſpoſitionem non inducere allegat Fed.conſi.21.

ſpoſitiones,ſed probationes ſi ſunt emiſſa propter ſe,vt l.optimã.
C.de contrahen.& cõmit.ſtip. ſecus ſi propter aliud,vt l. non nu-
dis.& l.non epiſtolis.C.de proba. ¶†Et ex hoc anno preterito cõ
ſului in ciuitate Paduæ cũ duo fratres diuiſiſſent bona paterna,pa
cto appoſito,ꝙ nullus alienaret partem ſuã, ad hoc, vt ſi decede-
ret ſine liberis,ad ſuperſtitem perueniret, quærebatur vtrum ex
iſtis verbis poſſet ſuperſtes petere bona,ſi alius deceſſit ſine libe-
ris relicto hærede extraneo:& dixi ꝙ ſunt verba enunciatiua,q̃
in contractibus non inducunt diſpoſitiones ad effectum agen-
di,niſi in contractibus donationis.vt ſupra dixi. Adde vnũ aliud,
ꝙ interdum in vltima voluntate emittuntur propter aliud ſigni-
ficatiuum cuiuſdam futuri euentus,& tunc an inducant diſpoſi-
tiones,dic,vt l.pater filium.§.fundum.& l.Iulianus. §. ex his. & ẽt
l.Pamphilo.in prin.de leg.iij.per Bar.

## LEX XVII.

1 *Donatio põteſt fieri liberando debitorem.*
2 *Licèt obligatio & actio ex ſententia uideantur de iure ciuili,(quia omne iudicium eſt de iure ciuili,)tamẽ talis obligatio non poteſt tolli per acceptilationem,niſi primo deducatur in Aquilianam ſtipulationem.*

1 SI in ſtipulatum. †Donatio põt fieri liberando debitorẽ.h.d. Et
an tunc requiratur inſinuatio,& quid ſit in donatio-
ne,an pecunia debita,an verò ipſa liberatio, tetigi ſu-
pra in l.j.& Bar.ẽt tangit infra eo.l. Modeſtinus. licèt nòn ita ple-
2 ne.¶†Not.ꝙ licèt obligatio & actio ex ſententia videantur de iu
re ciuili,quia omne iudicium eſt de iure ciuili, tamen talis obliga-
tio non poteſt tolli per acceptilationem,niſi primo deducatur ad
aquilianam ſtipl onem,& hoc ideo,quia per acceptilationem nõ
tollitur niſi obligatio verborum,ſicut ipſa acceptilatio eſt libera-
tio verborum,vt Inſti.quibus mod.tol.obl.§.ij. aliꝫ vero non, li-
cet ſint de iure ciuili,vt hic patet.Bar.tamen in l.Iulianus. de con-
di.indeb.dicit,ꝙ ex ſententia oritur obligatio naturalis de iure gẽ
tium ex illa æquitate,ſeu præcepto iuris gentium, ꝙ maioribus
pareamus.vt š.de iuſti.& iure.l.veluti.& l.vt uim.licet quidam di-
cant,ꝙ non oritur obligatio naturalis,ſed tantum ciuilis, cũ ſint
iudicia de iure ciuili,vt l.ij.de ori.iur.poſt prin.¶In gl.ij.ibi,{reſpõ
deo,}remanet actio ex ſententia, iſta glo. communiter reproba-
tur,quia cum acceptilatio habeat vim ſolutionis, vt infra de no-
ua.l.qui rem.§.fi.ſicut per ueram ſolutionem ambæ obligatio-
nes tolluntur,vt d.l.ſi rem.§.j.ita & per acceptilationem. vt l.non
ſolum.§.j.de libe.leg.

## LEX XVIII.

1 *Quatenus contractus innominatus continet donationem,non habet locũ in ipſo pęnitentia.*
2 *Donatio an ſit contractus innominatus.*
3 *Quòd poſſit eſſe unus contractus partim nominatus,& partim innominatus,& cuius naturæ ſit.*
4 *Si dedi tibi librum meum pro tuo,& etiam pro decem quæ mihi dediſti, an ſit contractus permutationis tantum,uel uenditionis, uel mixtus.*
5 *Quid ſi expreſſè dixerim quòd uendidi librum pro libro tuo, & pro decem,& nu.6.*
6 *Emphyteuta an poſſit permutare ius ſuum utile,irrequiſito domino directi dominij.*

1 ARiſto ait cum. †Quatenus ↄctus inno-
minatus cõtinet donatio-
2 nẽ, non habet locũ in ipſo pœnitẽtia, ad hoc alleg.†
Et per iſtam l.tenet Bar.in multis locis, ꝙ donatio ſit
contractus noĩatus,quia ſi eſſet ĩnoĩatus, haberet locũ penitẽtia
re integra,vt l.ſi pecuniam. de condi. ob cau. cuius ↄ̃rium hic pa-
tet.¶Erat aũt dubitatio, quia ſi tradidi tibi ſeruum transferendo
in te dñium ob hanc cauſam, ut ipſum manumittas,dr̃ ↄctus in-
noĩatus, do, ut facias,in quo habet locũ pęnitẽtia de toto.ſ.ut nul
lo modo manumittas,ſed mihi reddas,vt ibi. Similiter videat̃ ha-
bere locũ in parte, quia ſi appoſui tp̃s quinquennij ad manumit-
tendũ,videbatur, ꝙ poſſem pœnitere de illo tp̃e,& agere,ut ſta-
tim manumitteres, ſed ↄ̃rium hic determinatur, quia per appoſi-
tionẽ illius tp̃is videor ibi donaſſe operas illius ſerui vſq; ad quin-
quennium,quam donõnem nõ poſſum reuocare.Et hoc niſi ap
pareat, ꝙ illud quinquennium non appoſui gratia tui, vt illas ope
ras lucrareris,ut ibi,{ ſed in ſuperiori caſu &c.}& in ↄ̃rijs hic ſigna
3 tis ꝑ gl.de l.iij.§.j de cõd.ob cau. & de l. ſi quis alicui.š.mã.¶†No.
ergo ex iſta l.ꝙ põt eſſe unus ↄctus mixtus partim nominatus,&
partim innoĩatus, nam inquantum uoluit donare operas quin-
quennales eſt noĩatus,ſed inquãtum dedit,ut manumittatur, eſt
innoĩatus, do ut facias: & ideo ſi uendidi tibi fundum pro decẽ,
cũ pacto,ꝙ ſcribas mihi librum, uel uadas pro me Romam,dici-
tur contractus mixtus nominatus cum innominato. Aduerte
tñ,quia iſtud eſt uerũ,ſi pretium eſt iuſtum ad ualorem rei, quia
non plus ualet, tñ hoc non obſtante non fuiſſem motus ad uen-
dendum,niſi ires pro me Romam. Sed ſi pretium non eſſet iu-
de pac.quia ibi nõ cõtulit pactum in caſum ſucceſſionis,ſed in ca-
ſum quo eſſet ſui iuris,quæ ſpes non erat improbabilis. ¶Item ibi
paciſcẽs filia habebat aliquod ius tpe pacti, hic nullũ,licèt ſperaret
hr̃e.Si autẽ donaſſet tanq̃ bona propria, tunc licèt non valeret in
præiudiciũ cognatæ quæ erat dña, valeret tñ in præiudiciũ ſui,vt
teneatur de euictione,vel de dolo,vt ſ.eo.l.Ariſt.§.fi.vel ut repel-
latur a vendicando,& vt teneatur donõnẽ implere, ſi poſtea ſuc-
cedat illi cognatæ,per ea quæ not.in l.necnon.C.de capt.quã iſto
modo intelligo,quia ex iure ſuperueniente donatori confirma-
tur ius donatarij,vt l.cũ vir prędiũ.de vſuca. nec priuatur ſucceſ-
ſione,quia nõ fundauit ſe in morte alterius,vel in ſucceſſione ſpe-
2 rata.†Quid autẽ ſi filius liberat debitores paternos viuente patre,
& poſtea ſuccedit patri,an poſſit venire contra liberationẽ?dic vt
per Dyn.& Barto.in l. filiusfamilias infra de ſolu. & l. cum domi-
3 nus.de pec. leg. ¶†Item quid econtra ſi pater conſentiente filio
donauit bona ſua,vtrum poſſit filius mortuo patre reuocare do
nationem vſque ad legitimam? vide Cynum in l 2. in fi.C.ſi quid
in fraudem patro.& not.in d.§.filia.

LEX XXXII.

1 *Poteſt quis donare ſuæ concubinæ nec reſcinditur donatio, licèt poſt ea cũ ea matrimonium contrahat.Et an ſit concubina, vel vxor, ex qualitate perſonarum, & conditione uitæ perpenditur.*
2 *Miles non poteſt aliquid donare uel relinquere concubinæ.*
3 *Quid in clerico.*
*Caſus in quo concubina eſt melioris conditionis quàm vxor.*
*Habens filios ex concubina, an poſſit ipſi concubinæ aliquid legare, uel eam hæredem inſtituere.*
4 *Quando res peruenit ad caſum a quo incipere non poteſt, ſi iam eſt perfecta, non irritatur.*
5 *Quãdo aliquis tanq̃ filius legitimus, & naturalis petijt bona paterna, & ſic hẽt neceſſe probare matrimonium interueniſſe inter patrẽ & matrem, & non põt probare matrimonium per inſtrumentũ, uel ꝑ teſtes, qui fuerint præſentes: ſed probat quòd ſtabant adinuicem, ſicut ſtat vir & uxor, quid debeat tunc aduerſarius probare in contrarium.*

1 DOnationes. †Poteſt quis donare ſuæ cõcu
binæ,nec reſcinditur donatio,
licèt poſtea cũ ea matrimonium ꝯhat.Et an ſit cõcu-
bina,vel uxor,ex qualitate perſonarũ,& cõditione ui
2 tæ perpenditur.h.d.†Fallit in milite,[a] qui non põt donare, uel re-
a linquere concubinæ.l.ij.C.de do.inter virum & no. Bar.ſ.eo.l.af-
fectionis.& in l.miles ita.§.mulier.de teſt.mil. & in l. mulierem.de
his quib.vt indi.& idem in clerico, vt ſuæ concubinæ nõ poſſit do
nare,ſicut nec miles armatæ militiæ põt,vt no. Bart.in dictis iurib.
& in l.miles.de re iu.Et relictũ cõcubinæ a milite factũ, applicatur
fiſco.d.l.mulierẽ.& idem vř in relicto cõcubinę a clerico facto,cũ
miles,& clericus ęquiparentur, ſm̃ Bart.in dictis iurib. ẽt clericus
donare põt cõcubinæ vſq; ad cõcurrentẽ quãtitatẽ meritorum,
vt no.Pet.de Anch.conſi.257.maxime ſi deſierit eſſe concubina,
3 vt vult gl.in l.miles.§.mulier.de teſta.mil.¶†Not. concubinã eſſe
melioris ꝯdõnis q̃ uxor in hoc,quia donõ facta uxori non ualet,
ſed facta cõcubinæ,ſic ut hic.Et eſt rõ, quia nõ tantus amor pſu-
mitur in concubina,ſicut in uxore,& ſic ceſſat ratio,ne ſe mutuo
amore ſpolient,ut l.j.cũ ſeq.de don.inter uirũ.Põt ẽt cõcubinæ le-
gari,& hr̃s põt inſtitui,ut l.qui concubinã.de leg.iij.& hoc no.pro
illis qui hñt filios ex cõcubina, & nõ pñt filijs relinquere quãtum
uolunt extantib.legitimis,quia uř,ꝙ poſſint relinquere cõcubinæ,
quæ poſtea tradet filijs uerisimiliter. ¶In ꝯrium ne fiat fraus,ut l.
j.C.de natu.libe.unde poteſt diſtingui,an habeat filios,uel non,co
gita ſuper hoc.¶Item diſtingui põt,an ſint propriè concubinę an
impropriè,ut adultera, quia tunc conſtat ꝙ maiorem affectionẽ
habet ad illam,quàm ad uxorem,ex qua pro illa derelinquit uxo-
4 rem.¶†Item no.ꝙ qñ res peruenit ad caſum,a quo non poſſet in
cipere,ſi eſſet iam perfecta,non irritetur,qđ dic per Dyn.in l.regu
la.fac.legitime,de reg.iur.& per Bart. in l. ſi plurib.§.& ſi placet. de
5 uerb.obl.¶†Vltimò no.in fi.qñ aliquis tanquam filius legitimus,
& naturalis petijt bona paterna,& ſic habet neceſſe probare ma-
trimonium interueniſſe inter pr̃em,& matrẽ,& non põt probare
matrimonium ꝑ inſtr̃m,uel per teſtes, qui fuerunt præſentes,ſed
b probat,ꝙ ſtabant ad inuicem[b] ſicut ſtat uir & uxor, aduerſarius
ad elidendum hanc probationem præſumptiuam põt articulare,
ꝙ uir erat homo magnæ conditionis, & illa uilis cõditionis, & ꝙ
non eſt præſumendũ,ꝙ cum illa ꝯxerit matrimoniũ, ſed ꝙ ipſam
habuerit pro concubina,ꝙ non mittebat eã honorifice, ſicut ſo-
lent mitti uxores,ad hoc quod hr̃ ſ.de ritu nuptia.l.ut liberæ.

ADDITIONES.

a ¶Milite.Adde Bal.conſi.236.j.lib.& dicit Bellamera deciſ.ſuis 126.de do. ꝙ non valet donatio facta concubinario ſi per fraudem fuit concubina inducta ad donandum, & ꝙ ſi iurauerit non reuocare, ꝙ debet relaxari iuramentum,& tenet Roma.conſil.43. ꝙ donatio militi in concubinam iuramento delato teneat,ſicut donatio inter virum,& vxorem.
b ¶Ad inuicem.Vltra loca vulgaria late vide per Soci.conſi.39.

1 *Si res donatur ad uſum donatarij, cenſetur donata proprietas, non uſus tantum & donatio perfecta non poteſt reuocari ex leui offenſa donatarij contra donatorem commiſſa.*
2 *Inter aſcendentem & deſcendentem, an præſumatur animus donandi.*
3 *Quando trado alteri rem tuo nomine, & te præſente, videor tradere tibi, & etiam ſi te abſente, ſi tamen tuo mandato ſeu voluntate.*
4 *Quando dono tibi rem ad uſum, illa uerba, ad uſum, non reſtringunt donationem ut uideatur donatus uſus tantum, ſed eſt donata proprietas.*
5 *Cauſa legati an reſtringat legatum.*

1 §.Species extra. †Si res donatur ad uſum donata-
rij,cẽſetur donata proprietas, nõ
uſus tantum,& donatio perfecta non poteſt reuocari ex leui of-
2 fenſa donatarij ꝯ donatorem commiſſa.h.d.¶†No.text.ibi,{ſui ro
traditis.}nam non dicit,ꝙ donauerit, & tamẽ ſtatim ſubijcit,ꝙ vř
donaſſe

donaſſe. Qđ in dubio inter aſcendentẽ & deſcendentẽ pſumitur animus donãdi,ita alle.Bar.iſtũ text.in l. quæ dotis. ſolu.ma.facit l. Publia.in prin.ſ.depo.hoc tñ vr̃ verũ,qñ ceſſat alia præſumptio,vt erat hic,quia tradiderat noĩe filiæ, alias vr̃ ſecus, vt ſi pr̃, vel mater impendat in rem filij vel filiæ, quia non vr̃ aĩo donandi impendere,ſed negotiũ illius gerendi, ſecus qñ impendit in pſonã, vt in l.aſi
3 menta.in prin.& in fi.C.de neg geſt.¶† Item no.ꝙ qñ trado alteri rẽ tuo nomine,& te pſente,videor tradere tibi.Sed certe vr̃,ꝙ ẽt ſi te abſente,ſi tñ tuo mandato,vel voluntate.ↄ. de ſol.l.ſolutam. Solu.qñ te præſente cenſetur tradita tibi vere, quia per aſpectum acquiris poſſeſſionem immediate,& ſic etiam dñium, vt ↄ.de ſol. l.ſi pecuniam.Sed qñ te abſente,tunc ficte,& hoc colligitur in l.fal
4 ſus.§.ſi is.ↄ.de fur.vbi colligitur effectus huius diſtinctionis.¶† Itẽ no.ꝙ qñ dono tibi rem ad vſum illa verba,{ad vſum}non reſtringunt donationem,vt videatur donatus vſus tñ, ſed eſt donata p
a prietas, quia illa verba cõcernunt cõmodum tñ.ſi aũt alterius, habẽt reſtringere,arg.in l.cum pater.§.dulciſſimis. de leg.ij. quod
5 dic plene vt per Bar.in l.iiij.§.fi.ↄ.de ali.& c.ba.lega.poſt O'dr.† vbi ponit de iſto arti.an cauſa legati habeat legatum reſtringere.

ADDITIO.

a ¶Proprietas.Adde quod voluit Bald.conſi.334 iiij.lib. & in l.ſi mulier.de iure do.& in præludijs feud.& in l.iij.C.de don. ante nup. & in l. j. C.de fruct.& lit.expen.in rub C.de iure emphy.no.tamen,ꝙ Lud.Rom.ſig.ſuis dicit,ſe de facto vidiſſe,cum legata eſſet vtilitas certi palatij eccleſiæ ſancti Pauli Romæ,ꝙ videbatur tantum relictus vſus.

1 *Donatio facta filio in poteſtate ſicut confirmatur per mortem donantis ſi moriatur ante filium,ita confirmatur ſi filium emancipat & donationem non reuocat.*

2 *Pater ſi tradit filio ſtudenti libros, & non apparet quòd donauerat,poſtea ipſum emancipat,ſi non adimit videtur ſibi donare, & non tenetur conferre fratribus,& quid ſi non emancipat.*

1 §.Pater, qui filiæ. † Not.hic ſingulariter,ꝙ ſicut donatio facta filio in poteſtate confirmatur per mortem donãtis ſi moriatur ante filium, vt l.ij. cum ibi no.C.de in offic. dona. & l.donationes. C. de dona. inter vi.& uxo.ita confirmatur ſi filium emancipat, & donationẽ non
2 reuocat, & hoc ſingulare no.¶† Et per iſtum tex.dicunt Doct. ꝙ ſi pater tradidit filio ſtudenti libros,& non apparet quòd donauerit,poſtea ipſum emancipat, ſi non adimit, videtur ſibi donare,& non tenetur conferre fratribus, ſed habet eos præcipuos.¶ Quid autem ſi non emancipat, quid iuris ſit, vide plenè per Barto.in l.ſi donatio.C.de dona.& in l.filiæfami.ercif.

§.Eiuſmodi lege. † Pactũ, ꝙ depoſitũ reſtituat alteri q̃ deponenti non indicit donationem in perſonam illius.h.d.¶ Quod vr̃ verum, niſi ille ſit de deſcendentib. deponẽtis,ut l.Publi.ſ.depo.& ſupra ea.l.§.ſpecies.Actio tamen vtilis bene acquiritur illi,quia pactum fuit appoſitum ſuper re paciſcentis,quæ durabat eius,quo caſu alteri p alterum poteſt acquiri,ſm̃ communem doctrinam Doctorum,per dictam l. Publi. ſecus qñ non durat paciſcentis, vt l.pactum.C.de pac.conuen.niſi in mutuo,vt l.certi cond.§.ſi nummos.ſi cer.pet. propter eius frequentiam. Ille tamen ſi non eſt de deſcendentibus,cenſetur adhibitus,ut procurator, & ideo tenetur reſtituere paciſcenti,vel hæredibus eius. & hoc vult gl.hic poſita.

a §.Perfectè donat. Reus criminis læſæ maieſtatis[a] non poteſt donare etiam ſi nõ ſit de crimine accuſatus, dic vt ſ.eo.l.poſt contractum.

ADDITIO.

a ¶Læſæ maieſtatis.Adde vt per Socin.conſi.22.

LEX XXXIII.

1 *Conceſſio ad vſum indeterminatum dicitur precarium, non donatio, & tranſit ad hæredes concedentis, & poteſt per eos reuocari.*

2 *Precarium mortuo concedente,ſi hæredes eius non mutant voluntatem, an ſit nouum precarium, & an ſit neceſſaria noua conceſſio.*

1 LVcius Titius. † Conceſſio ad vſum indeterminatum dr̃ precariũ, nõ donatio, & trãſit ad hæredẽ cõcedentis, & põt p eos reuocari. h. d.in effectu, ſecus ſi eſſet donõ, vt ſ. eo.l.Aquilius.& l.Ariſto.¶In tex.ibi, {ex voluntate mea.} ex hoc uerbo gl.dicit,ꝙ hic fuit pcariũ,cũ cõceditur ad uoluntatẽ concedentis,ſed non placet,qa nõ dixit, ad voluntatẽ, ſed ex voluntate, primũ.n.importat durationem voluntatis,& ſic ad finẽ donõnis apponitur, ſm̃ verò apponitur ad principiũ, quia ſignificat,ꝙ ex uoluntate ſua vtatur,nõ autẽ quouſq; voluerit. Conſtat autem, ꝙ oĩs ɔ̃ctus ſit ex voluntate, ſed non durat quouſq; durat uoluntas,ut l.ſicut.C.de act.& oblig.præterea hic ẽt ſi iſtud uerbũ non fuiſſet appoſitũ,diceretur pcariũ, quia fuit cõceſſio indeterminata reſpectu tpis,vt no.p gl.in l.j.ↄ.de preca.& l.in cõmodato.§.ſi-
2 cut.ſ.cõmoda.& patet ex ſummario.¶† In fin.l.ibi,{poſſe mutare uoluntatẽ.} Innuit ergo,ꝙ ſi hæredes non mutãt voluntatẽ, precariũ durat ex parte cõcedentis,& trãſit ad hr̃dẽ eius,ſed ſicut ipſe poterat reuocare expreſſe,ita hr̃des eius.hoc ẽt innuit tex.in l.quę ſitũ.§.j.ſ.de pcario.ſed gl.ibi tenet ɔ̃rium quæ inc. {ſed nunquid.}ſ. ꝙ morte concedentis finiatur,& ꝙ in pſona heredis ſit nouum precariũ.Dic ꝙ ille tex.non patitur,quia eſſet neceſſaria noua conceſſio,& tñ ibi loquitur ẽt qñ ignoratur qs fuerit hæres, & ſic nõ interuenit noua conceſſio.Aliud ergo eſt dicere,concedo tibi ad voluntatem meam,quia ipſa tunc ipſo mortuo expirat cõceſſio, qa expirat voluntas,ut l.iij.ſ.loca.& ita põt intelligi illa gl.Aliud eſt concedere ſimplr ad vſum indeterminatum, & tunc nõ expirat, ſed bene p hæredẽ põt reuocari,vt hic,vtroq; tñ caſu dr̃ precariũ per mortẽ,non eius cui conceditur,licèt dixerim ſ.eo.l.Aquilius. non expirare,quia habebam text falſum in l.cum precario. in fi.ↄ. de prec. ɔ̃rium tamen eſt verum ſecundum verum intellectum.

LEX XXXIIII.

1 *Conuentus ex cauſa donationis condemnatur quatenus facere põt,etiam ſi non primitiua obligatione,ſed ſecundaria de conſtituta, & iſta exceptio poteſt opponi etiam poſt ſententiam ad executionem.*

2 *Exceptio quæ non impugnat ſententiam de iniquitate, ſed tendit ad moderandum executionem,poteſt opponi etiam poſt ſententiam,quæ trãſiuit in rem iudicatam cum ſit executio.*

*Quid in executione inuentarij.*

1 VLpianus id quod. ¶† Conuentus ex cauſa donationis condemnatur quatenus facere poteſt,etiam ſi non primitiua obligatione, ſed ſecundaria de conſtituta, & iſta exceptio põt opponi etiã poſt ſñiam ad executionẽ.h.d.¶In tex.ibi,(ſolui conſtituit.) Et ſic tenetur duplici actione.ſ.ex ſtipl one, & illa eſt ciuilis, & originalis actio,& de conſtituta,& iſta eſt prætoria, & non originalis,& iſta fuit intentata.Ideo uidebatur, ꝙ ea non hr̃et priuilegium.Sed ɔ̃rium eſt,quia attenditur originalis, vt hic in uer.(cau-
2 ſam.n.) ¶† In text.ibi, ( ſed & condemnatio.) no. hic,ꝙ exceptio quæ non impugnat ſñia.. de iniquitate, ſed tendit ad moderãdũ executionem,poteſt opponi etiam poſt ſñiam,quæ tranſiuit in rẽ iudicatã cũ ſit executio, vt ↄ.de re iudi.l. Neſennius.§.fi.& l.ex diuerſo.§.fi.ſol.ma.Et ideo exceptio inuẽtarij poteſt opponi in executione ſñiæ, quia non impugnat ſententiam de iniquitate ſm̃ Doc.in d.l.Neſennius.¶In gl.ibi,ſed arg. contra, ſupra de pec.l.iij. §.ſed ſi filius.immo eſt §.ideſt ſcripſit.ſecũdum Dy.& ſolue,ut ibi, vel dic,ꝙ ibi non poteſt dari actio ex originali cauſa, ideo inſpicitur ſecundaria,hic poterat dari ex vtraque,ideo inſpicitur primitiua ſm̃ Raynerium,vel ibi ex mutatione tituli actionis mutatur ratio legis ſecundum eundem Raynerium, & hoc verius.

§.Ea lege donatio. † Si tibi do vt ſtatim mihi reſtituas, non impeditur dñij tranſlatio,ſi ex reſtõne tibi remaneo obligatus.h.d.Nã tunc datio mea nõ fuit inanis.Sed ſi nõ remaneret, ſecus, quia fuiſſet inanis tranſlatio dñij ad momentũ,ita loqr̃ l.qui ſic.ↄ.de ſol.¶In text.ibi,(non impeditur dñij tranſlatio.)nõ enim cenſetur tranſlatio momentanea,& ſic inutilis, quia cum ſibi remaneat actio ex mutuo contra donatorem,cenſetur etiam ipſa pecuniaria, & eius dominium remanere, non ſic,ſi nulla ſibi actio remaneat.

§.Mutus. No.hic ſingulariter gl.quæ tenet, ꝙ diſtinctio quæ ponitur in d.l.diſcretis. C. qui teſt.fa.poſ. habeat locum in contractibus inter viuos, quod perpetuo tenementi,quia ſimpliciter tex.dicunt,ꝙ mutus & ſurdus pñt ɔ̃here, vt hic,& l.item quia.ſupra de pac.& non recolo iſta iura limitari p illam l.diſcretis.niſi per iſtam gl.ut intelligantur ſm̃ diſtinctionem illius.l.tene menti.iſta tamen gl.loquitur in donatione,ſed fortè in alijs contractibus deberent dicta iura indiſtinctè ſeruari, & ego
a habui iſtum caſum de facto,[a] & allegaui iſtam l. pro ſing.in hoc, quia non reperio aliquem doctorem hoc dicentem.

ADDITIO.

a ¶De facto.Adde eundem conſi.332.in vltima impreſſione.

1 *Exceptio merè perſonalis,quæ obſtabat deleganti, non obſtat cui facta eſt delegatio, etiam ex cauſa lucratiua.*

2 *Donans conuentus ab alio quàm ab eo cui donauit, non habet exceptionem vltra quàm facere poſſit, quando conuenitur ex delegatione, & quia mandato donatarij alteri promiſit.*

3 *Quid ſi non promiſiſſet,ſed donatarius alteri iura ſua ceſſiſſet, an contra ceſſionarium poſſit opponere exceptionem iſtam,cum ceſſionarius vtatur iure cedentis.*

1 §.Si cum primus. † Exceptio mere perſonalis, quæ obſtabat deleganti, non obſtat cui facta eſt delegatio,etiam ex cauſa lucratiua.h.d.ſecus ſi
2 non eſt mere perſonalis,ut ſupra eod.l.iij.§ aliud.¶† No.hic ꝙ donans conuentus ab alio,quàm ab eo,cui donauit,non hẽt exceptionem vltra q̃ facere poſſit.Hoc intelligo,qñ conuenitur ex delegatione, quia mandato donatarij alteri promiſit, ſed ſi non pro-
3 miſiſſet, † ſed donatarius alteri ſua iura ceſſiſſet,an cõtra ceſſionarium

tium poſſit opponere exceptionem iſtam cum ceſſionarius vtatur iure cedentis, dic vt no. j. de doli exce. l. apud Celſum. §. auctoris. & §. ſeq. & adde quod not. per Dyn. in l. ſi quis in ius. de regulis iuris lib. vj. & quod not. in l. ſi quis in rem. ſ. de procu.

LEX XXXV.

Si pater. † Si mutuaui nomine alterius aïo ſibi donandi, eo ipſo perficitur donatio. h. d. ¶Dubium erat, quia iſto iure non perficiebatur donatio, niſi interuenerit traditio inter donantem, & donatarium, vel ſtipulatio, vt no. per gl. j. §. prox. ſed hic neutrum iſtorũ interuenit. Sed dic ꝙ interuenit aliud, qđ loco alterius eorũ hr, quia ex tali mutuo acquiritur ſibi actio, licèt nõ ꝯ me, ſed ꝯ illum qui recipit mutuum, vt l. certi condictio. §. ſi nũmos. ſ. cer. pet. Sicut ergo ſi perficeretur, ſibi quęreretur actio ꝯ me ex ſtipl'one, ita ſi acquiritur ꝯ alterum ex facto meo, vt hic, & j. l. proxi. §. fin. ¶In tex. ibi, (donationis animo.) Not. quia hoc expreſſe fuit actum, ꝙ mutuabat animo donandi, & ſic innuit, ꝙ ſimplr mutuaſſet noïe filij, nec dixiſſet ꝙ aïo donandi, non cenſetur donaſſe, & iſtũ text. aliàs allegabam ꝯ Bart. qui dicit in l. quę dotis. ſolu. mat. ꝙ inter patrem, & filium præſumitur animus donandi, tamen hic poteſt intelligi maximè, quia idem ſi hoc fuiſſet dictum, vt l. donationis. §. ſpecies. ſ. eod. Et ad hoc facit l. ſeq. §. fi. j. eo tit. ſed ibi fuit plus, quia etiam vſuras recepit ex mutuo nomine, & ad vtilitatem nepotis, certe tunc etiam ſi mutuaſſet nomine extranei, & vſuras recepiſſet ad vtilitatem eius, videretur ꝙ mutuaſſem animo donandi, ſed
a ſecurius eſſet dicere contrarium in extraneis [a] ꝙ nõ videar illi donaſſe ſortem, & ꝙ poſſim repetere per actio. nego. geſt. licèt ſibi acquiſiuerim actionem. Ita voluit expreſſe Bar. in l. frater a fratre. de condi. inde in j. q. & ita videtur intelligere. §. ſi nummos.

ADDITIO.

a ¶In extraneis. Adde vt per Anch. conſi. 21. & ſeq.

§. Si quis aliquem. ¶† Donatio facta ꝑpter merita nõ reuocatur propter ingratitudinem, nec redditur nulla propter inſinuationem non factam. h. d. ad hoc allegatur.

LEX XXXVI.

1 *Mandatum etiam in rem ſuam ſi non fuit translatum aliquod ius in donatarium, morte expirat.*
2 *Quod aliud ſit cedere, & aliud concedere.*
3 *Mandatum in rem ſuam, an poſſit reuocari.*
4 *Cedens apud quem remanſit actio directa, an poſſit agere, & non poſſit ſibi opponi exceptio per reum de actione iam ceſſa.*

1 Ad eum quem. † Mandatum etiã in rẽ ſuam ſi non fuit translatum aliquod ius in donatarium, morte expirat. hoc
a dicit in effectu ſecũdum intellectum [a] glo. & Docto. ¶Et notandum, ꝙ dr in rem ſuam, qñ mandatarius non habet reſtituere mandatum, quod exigit, ſed poteſt ſibi reſtituere. Item dr ſimplex, qñ non fit ceſſio actionis, & ſic non transferuntur vtiles in mãdatarium, ſed duntaxat committitur exercitium directarũ, & iſto caſu loquitur hic, quia iſte non ceſſit, ſed cõceſſit, & primũ plus importat, q̃ ſecundum. Itẽ debes ſcire, ꝙ ſi quis manumittat, ſeruũ inter viuos, & non adimat ſibi peculiũ, vr ſibi donaſſe, licèt ſit ſecus, ſi relinquat libertatem in vltima voluntate, vt l. j. C. de peculio eius qui liber. meruit. ¶In primo autem caſu licèt ex tali donatione tranſeat dñium rerum corporaliũ exiſtentiũ in peculio, actiones tñ perſonales non tranſeunt in manumiſſum, niſi cedantur, vt l. Sticho. ſ. de pecu. circa fi. tit. hic ergo iſte dñs manumiſſor dixit, ꝙ concedebat peculium, & nomina exiſtẽtia in peculio, dubitatur utrum ex iſtis verbis videatur ceſſiſſe actiones, & ſic vtiles fuiſſe translatas in donatarium, quia tunc per mortẽ concedentis non reuocaretur ceſſio, & iurium translatio. & in iſta l. dr in effectu ꝙ non, ſed tantum cẽſetur mandatum exercitium directarũ huic manumiſſo, ideo valet ad eius tantum vtilitatem, & ſic dicebatur procurator in rem ſuam, quia nõ habebat reſtituere, quod exigebat, tñ mandatum morte concedentis expirat re integra, & ſic actiones cõpetunt omnibus hæredibus pro hæreditarijs portionibus, adde ꝙ poterunt cõpelli ad cedẽdũ huic donatario, vel ad reſtituendũ quod exegerunt virtute talium actionũ, per notata per gloſſam primam d. l. Sticho. ſ. de pecu. ¶In prin. l. ibi, (manumiſerat.) ſcilicet non adempto peculio, & ſic vr ſibi donaſſe, ut d. l. j. C. de pecu. eius qui libe. meruit. ¶In tex. ibi, (tam in omnibus.) iſtud faciebat dubium propter verbum ꝯcedere, quod eſt j. quia videbatur ceſſiſſe actiones contra nomina debitorum, & ſic ꝙ ptinerent ad illum ſolum manumiſſum, & non ad cohæredes etiã;
2 ſed ꝯrium eſt, † quia aliud eſt cedere, aliud concedere, [b] vt hic in
b gl. ¶In gl. magna, in prin. ibi, (non enim per talem epiſtolã aliquid fuit quæſitũ liberto in omnib.) id eſt non fuit ſibi quæſita actio directa, quæ non potuit ſeparari a ſcribente, vt l. quis ergo caſus. ſ. de peculio. nec vtilis, quia non fuit ceſſio, ſed conceſſio, tñ bñ fuit quęſitum ei exercitiũ directæ actionis, ſed quia illud exercetur nomine mandantis, non cenſetur ſibi aliquid acquiſitum. ¶In gl. ibi, (& ſic facta procuratio in rem ſuam.) innuit iſta glo. ꝙ non dicatur fieri procurator in rem ſuam, niſi ante cedatur actio, ſed contrariũ eſt, quia etiam ſi non ceditur, ſi tñ non hẽt reſtituere, quod exigit, dicitur in rem ſuam, id eſt ad ſuam vtilitatem. Sed in primo caſu potentius eſt mandatum, quia cum ſit translata vtilis, non finitur morte mandantis, ſicut nec morte mandatarij, vt l. illam. C. cod. tit. ſed in ſecundo ſic, vt hic, & l. ſi quidem. C. de actio. & obl. Et per hoc uidentur reduci ad concordiam gl. quæ videntur contrariæ, ſcilicet in l. ante litem. ſupra de procura. in prima gl. quæ te-
3 net† quòd mãdatum in rem ſuam non poteſt reuocari etiam per expreſſam reuocationem per legem, quæ oïa. circa finem, eo. tit. multo minus per tacitam. ſ. morte mandantis. Alia glo. quæ dicit, ꝙ poteſt reuocari, niſi in tribus caſibus, qui ponuntur in l. iij. C. de nouatio. in l. ſicut. §. ꝑcurator. ſ. qui. mo. pig. vel hypo. ſolui. ¶Sed dic, ꝙ aut non fuit facta ceſſio, & ſic nulla actio trãslata fuit, & reuocatur per expreſſam, & etiam per tacitam reuocationẽ, vt hic, & in l. ſi quidem. Aut fuit facta ceſſio, & tunc aut quæritur, an poſſit reuocari adeo, ꝙ mandatario auferatur poteſtas agendi, & dico ꝙ non, quia non poteſt mãdans auferre ius translatum, & ita
4 intelligo gl. in l. ante omnia. de procu. per l. quam allegat. † aut quęritur an cedens apud quem remanſit actio directa, poſſit agere, & non poſſit ſibi opponi exceptio per eum de actione iã ceſſa, & dico ꝙ poteſt, præter q̃ in tribus caſibus illis l. iij. C. de nouatio. & ita loquitur gl. in d. l. ſicut. §. ſi procurator. per hoc tñ non dr reuocari mandatum, quia licèt cedens poſſit agere, etiam ceſſionarius poteſt eo inuito, & ſi agat poſtq̃ cedẽs cępit agere poterit cedẽtem impedire, cum ipſe ceſſionarius habeat vtilem, quę prefertur directæ hoc caſu, ut l. ſi procurator meus. de procu. ſed ſi eſſet reuocatum, non poſſet agere inuito cedente. Et ex prædictis remanet iſte articulus melius declaratus, quàm declaratur ꝑ Bal. in l. j. C. de actio. & obli. vbi omnino vide de hoc paſſu. Et per me ſ. de pac. l. reſcriptum. §. plerunque. ubi plene dixi.

ADDITIONES.

a ¶Ad intellectum eorum quæ hic ſcribuntur vide Are. conſi. 125.
b ¶Concedere. vide tex. cum glo. & Barto. in l. uxori ſuę. §. fin. de legat. iij. & de uerbo, concedo, aſſigno. an importet dominij tranſlationem, vide per Alex. conſi. 160.

§. Lucius Titius. Antequam quis tradat rem poteſt eam obligare, licèt ad tradendum perſonaliter ſit obligatus. Et ſi poſtea tradat, tranſit cum onere obligationis. h. d. Ratio eſt quia erat dominus antequã traderet, vnde non ſolum obligare, ſed etiã dominium poterat trãſferre in alterum, ut l. quoties. C. de rei ven. ¶In tex. ibi, (donauit.) non tradendo, ſed promittendo, vel dicendo, dono, quod verbũ habet vim pacti nudi, & olim non producebat actionem, hodie ſic, vt l. ſi quis argentum. C. eod. ¶In text. ibi, (an donatio perfecta ſit,) & ſic non fuit reuocata per illam pignorationem, nam iſta poſſunt ſimul ſtare, ꝙ alius habeat fundum obligatum, & alius habeat dominium ex cauſa donationis ſicut ex cauſa vſucaptionis vel preſcriptionis, ut l. iuſto. ſ. non mutuat. de vſucap.

§. Quia ſub nomine. Donatio perficitur licèt donans donatario non obligetur, ſi tamẽ alter facto donantis illi obligetur. h. d. Erat ergo hic dubium, quia iſto iure non fiebat donatio, niſi interueniente traditione, vel ſtipulatione per quam donans donatario obligabatur, vt no. per gl. in prin. huius l. hodie, etiam ſi interueniat pactum nudum, ut l. ſi quis argentum. C. eo. Sed in caſu huius §. nullũ iſtorum interuenerat, nec traditio facta donatario, nec ſtipulatio vel pctũ, ex quo donans donatario obligetur. Sed certe interuenit aliud qđ tãtundem valet. ſ. traditio facta alteri nomine donatarij, ex qua ille alter obligabatur donatario, & iſte eſt effectus huius §. An autem ſufficiat hoc ſolum. ſ. ꝙ nomine illius alteri mutuauit, vt præſumatur voluiſſe donare illi, cuius nomine mutuauit. iſte tex. innuit ꝙ ſic. Sed l. ſi pater. in prin. ſ. eod. innuit ꝯrium, vt ibi dixi. Sed dic, ꝙ ſi mutuauit nomine meo, & poſtea etiam vſuras recipit meo nomine, præſumitur ꝙ voluit donare, vt hic. Et licèt loquatur in nepote, idem vr in extraneo, quia ex hoc magis declaratur animus in primo actu. Aut non recepit uſuras meo nomine, & tunc ſi eram de deſcendentib. eius, præſumitur donaſſe, vt dixi ſ. eo. l. donationes. §. ſpecies. ſi non eram de deſcẽdentibus, ſecus, quia mihi acquiritur actio, teneor tñ ſibi reſtituere, per ea quæ no. Bar. in l. frater a fratre. de condi. inde in j. oppoſitione.

De donationibus & mortis cauſa capionib. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Donans cauſa mortis, plus diligit ſe quàm donatarium, & magis donatarium quàm hæredem, & an poſſit reuocare donationem quandocunque voluerit eo viuente.*

Mortis

MOrtis cauſa. ¶†Not.ꝙ ille qui donat cauſa mortis, vult ꝙ donatio nõ habeat effectum ſe viuente. Sed demum eo mortuo
1 viuente donatario, & ex hoc ſequitur, qđ in l. dr̃, ꝙ plus diligit ſe, quàm donatarium, & magis donatarium quàm hæredem. Sequitur etiam aliud, ꝙ poteſt reuocare quãdocunq; eo viuente, quia donatio non eſt perfecta. Glo. autem hic dicit ꝙ in hac donatione donans obligat ſe donatario, ſi ſibi tradit, vt ).l.inter mortis. Hoc videtur contra Bar.in l.ita ſtipulatus. in ij.q.qui tenet, qñ oblĩo eſt in diem certam an, ſed incertam quando, vt in die mortis, ante diem nulla naſcitur oblĩo, ſed certè donatio cã mortis, iſta videlicet dono tibi poſt mortem, vel cum moriar. ). eod. l.Seia. eſt in talem diem certã an, ſed incertam qñ, & tñ oblĩo eſt orta ante diem.ſ.ante mortem donantis, qđ patet hic. quia donãs eſt obligatus, & hæres conuenitur ex obligatione orta in perſonam defuncti, vt ſequitur, ſecus in legato in quo neutrum iſtorũ neceſſàrio debet interuenire, licèt aliquando interueniat, quia teſtator ipſo viuente tradit legatario, vt no.in l.legatum, de leg.ij. Et ſecundum hoc mortuo donante anteq̃ tradat, agitur contra hæredem ex promiſſione, non autem ex teſtamentaria actione, ſed contra de leg.j.C.eo. Solu. ibi loquitur in donatione cauſa mortis impropriè ſumpta, quod eſt quando fit abſenti per viam vltimæ voluntatis, & tũc dicitur magis legatum, vel fideicommiſſum, & requirit aditionem hæreditatis, & petitur actione ex teſtõ, nam ẽt legatũ dr̃ donatio, vt d.l.legatum. de leg.ij. intellige.ſ.cã mor. hic loquitur in donatione cã mor. ꝓpriè ſumpta, in qua requiritur conſenſus vtriuſque partis, & ſic fit præſenti per ſe, vel per alium, interueniente traditione, vel promiſſione, & tunc in ij.caſu agitur ex ꝓmiſſione defuncti, ẽt ſi non fuit adita hæreditas ꝯ hæreditatem iacentem, quia per ſolam mortem fuit confirmata, nec requiritur aditio hæreditatis, facit l.etiam.cum ibi no.ſ.de inoffi.teſta.

LEX II.

TRes. Licèt iſta l.ponat tres ſpecies donationis cã mor. pñt tñ reduci ad duas principales. Prima qñ ſola cogitatione mortis donat. non ꝑꝑ metũ inſtãtis mortis, & iſta ſubdiuiditur in duas, quia interdum donat hàc intentione, vt res ſtatim fiat donatarij, ſed ſi mors non ſequatur, reſtituatur, & tunc morte non ſecuta, res condicitur condictione ob cãm, vel ſine cã. Interdum cũ hac intentione,
a ꝙ non transferat dñium,[a] niſi ſecuta morte, & tunc ea non ſecuta, res vendicatur, non autem condicitur. Nemo.n.condicit rem ſuã, &c. Et gl. colligit hic notabile, ꝙ vltima voluntas põt pendere, ſed ꝯ de l.ſi.ſ.cõia prædio. Sol. melius q̃ gl. viuẽte teſtatore vltima voluntas põt plus pẽdere, q̃ ꝯctus, ſed poſt mortẽ nõ, ſicut diſpõ pura, & hunc articulũ declara, vt per Bar.in l.ſi vſufr. ).de dona.

ADDITIO.

a ¶Dominiũ. vide Imo.hic & in l.ex hac ſcriptura.ſupra tit.j. Ang.in Auth. de hær.& fal. Sali.in l.traditionib.C.de pac. Bald.in l. ſi non mortis.C.ad l. Fal.& in conſi.233.

LEX III.

1 *Cum quis petit examinari teſtes de quorum morte dubitatur, cum ipſe præſentialiter agere non poſſit, an debeat admitti, ſi non eſt actor.*

2 *Donatio cauſa mortis, quando fit metu inſtantis mortis, ceſſante illo metu, tacite cenſetur reuocata.*

MOrtis cauſa. Iſta l.cum ſeq. declarat ſecundã ſpeciẽ donationis, de qua in l.ꝑcedenti, qñ quis donat metu mortis iſtãtis, nam hoc põt contingere nõ ſolũ ſi timebat rõne infirmitatis, vel valetudinis, ſed ẽt ſi erat ſanus, & ꝑꝑ aliquẽ caſum inſtantẽ dubitabat mori, de quo ponit plura exẽpla, quæ ſemꝑ allegantur
1 ad illã qõnẽ, † cũ quis petit examinari teſtes, de quorũ morte dubitatur cũ ipſe preſentialiter agere non poſſit, nã non dẽt admitti, ſi non eſt actor, ad faciendum examinari, niſi probet periculũ inſtantis mortis, vel quia eſt teſtis multum ſenes, vel infirmus, vel ſe abſentaturus, & in alijs caſibus harũ legũ, ſed ex parte rei in cuius poteſtate eſt, qñ agitur, bene põt fieri examinatio ad ęternam rei memoriam, vt in c.qm̃ frequenter.§.ſunt & alij. vt lite nõ conteſt.
2 ¶†Vltimo no.gl. quæ eſt hic, ꝙ qñ donõ cã mor. fit metu inſtantis mortis, ceſſante illo metu tacitè cenſetur reuocata, & ita intelliguntur oĩa iura, quę dñt talẽ dona. reuocari, ſi donans conualuit, ſed ſi fiat non metu inſtantis mortis, ſed cogitatione mortis, tunc illa tacita reuocatio nõ fit, ſed req̃rit̃ expreſſa, bñ tñ fieret ſi donatarius moreretur ante donantem, vt ).eo.l.ſi alienam.§.j.

LEX IIII.

SI aliquis. No. bonã l.ad declõnẽ l.poſt ꝯctũ. ſ.ti.j. q̃ donõ cã mort. ẽt facta ante crimẽ cõmiſſum, & nõ cogitatione criminis, ſecuto crimine, & ẽt cõdẽnatio reſcinditur. Intellige & ſi ex tali crimine non fuerunt bona cõfiſcata, dũmodo ſit crimen capitale, ex cuius cõdẽnatione ꝑdatur libertas, vel citas, ſic reſcindit̃ vltima uoluntas, vt ).de teſt.l.eius qui: quia hæc donõ habet vim vltimæ volũtatis, vt ).eo.l.Marcellus.§. fi. ſed donatio inter viuos non reuocatur per condemnationem poſtea ſubſecutã, niſi facta ſuſpicione pęnę.i.timore condemnationis ſecuturę, qđ qñ ſit, dic vt dixi in d. l. poſt ꝯctum. Requiritur etiam, ꝙ ſit tale crimen, ex quo imponatur pęna confiſcationis bonorum, vt ibi dixi.

LEX VIII.

1 *Quicquid propter mortem alterius capitur, mortis cauſa capio nuncupatur, etiam ſi non ex diſpoſitione illius mortui capiatur.*

2 *Mortis cauſa capio, eſt verbum generale, & comprehendit donationem cauſa mortis quæ proficiſcitur ab ipſo mortuo, & de bonis eius, & q̃d aliud comprehendat.*

3 *Si quis recipit emphyteuſim pro ſe, & liberis eius, poſt mortem eius ꝙ iſti liberi dicantur habere ex mortis cauſa capione.*

*An iſte pater poſſit vni tantum ex filijs illam rem aſſignari.*

4 *An de mortis cauſa capione detrahatur Falcidia.*

1 QVi pretio accepto. †Quicquid propter mortem alterius capitur, mortis cauſa capio nuncupatur, etiã ſi
2 nõ ex diſpoſitione illius mortui capiatur. h.d. † Et no. ꝙ mortis cauſa capio eſt verbum generale, & cõprehendit donationẽ cã mor. quæ ꝓficiſcitur ab ipſo mortuo, & de bonis eius. ¶Cõprehendit etiã ſimplicẽ mortis cauſa capionem, quæ non dr̃ donatio cauſa mor. quia non proficiſcitur de bonis mortui, ſed alterius, tñ põt contingere hoc vel ex voluntate mortui, vt hic in ver.nam & a ſtatu libero, vt in eo qđ datur a legatario gratia conditionis implendæ, & ẽt qđ pręter eius voluntatem, vt in prin.l.&
3 ).eo l.ſi mulier. ¶†Et per iſtam l.vr̃, ꝙ ſi quis recipit emphyteuſim pro ſe, & liberis eius poſt mortem eius, ꝙ iſti liberi dicantur habere ex mortis cauſa capione, quia mors recipientis eſt cauſa, quòd ad eos peruenit. Et ex hoc reſpondetur ad aliud, verum iſte pater poſſit vni tantum ex filijs illam rem aſſignare? de hoc vide ꝑ Bal.
4 in auth.ſi quas rui.C.de ſac. ſan. eccl. † An autem de mortis cauſa
a capione detrahatur Falcidia,[a] diſtinguitur. An proueniat pręter voluntatem defuncti, & non detrahitur, an ſecundum voluntatem, & tunc aut datur hæredi, & idem vt l.acceptis. ad l.Falc. Aut ab hærede datur alteri, & tunc dic, vt l.j.§.item ſi ita.eo.tit.

ADDITIO.

a ¶Falcidia. Adde Soc.conſi.105. Philipp.Cor.conſi.mihi 80.

LEX IX.

OMnibus mortis. †In l.oĩbus, in glo.ibi, vel dic iunge ambas iſtas, & dic ꝙ aut loquimur in donatione cauſa mor. & illa non poteſt fieri ei, qui incapax eſt legati, vt hic. Aut in mor. cauſa capione, quę non eſt donatio, & tunc aut quærimus, an poſſit concipi in perſonam incapacis, quo ad hunc finẽ, ut ſibi ſoluatur conditio, & dicendum eſt ꝙ ſic, vt l.Meuius.de cõdi.& demonſt. Aut quo ad hunc finem, vt apud eum remaneat, & dicendum eſt, ꝙ non, cum ſit incapax, & ſic ſibi auſertur per fiſcum, vel alium ad quem pertinet, & hoc vult dicere glo.

LEX X.

1 *In donatione cauſa mor. poteſt fieri ſubſtitutio vulgaris ſicut in inſtitutione, & in legatis.*

2 *Si dono etiam filio meo cauſa mortis, & rogo ipſum de reſtituendo alteri poſt mortem ſuam, non ſubintelligitur illa conditio, ſi moriatur ſine liberis, & quid in fideicommiſſo vniuerſali.*

1 SI cui mortis. †No. in iſta l.ꝙ in donatione cauſa mor. poteſt fieri ſubſtitutio vulgaris, ſicut in inſtitutione, & in legatis. vt l.hæredibus.ſ.de leg.ij. ¶Item not. qualiter debeat fieri.ſ.ꝑ ſtipulationem, ꝙ ſubſtitutus ſtipuletur a primo donatario, nõ ſic in legatis, & inſtitutionibus, in quibus ſufficit ſola diſpoſitio teſtatoris. Sed in donatione cauſa mor. ad hoc vt ſubſtitutus ſit donatarius ſicut prior, requiritur ſtipulatio, & eius conſenſus, & ſi hoc non fieret, adhuc tñ valeret ſubſtitutio, ſed non diceretur donatarius, ſed fideicommiſſarius, vt l.cum pater.§.eorum. de leg.ij. & ita
2 hanc glo. primam intellige. ¶† Et adde vnum verbum notabile glo. in l.j.C.eod. quòd ſi dono etiam filio meo cauſa mortis, & rogo ipſum de reſtituendo alteri poſt mortem ſuam, non ſubintelligitur illa conditio, ſi moriatur ſine liberis, licèt in fideicõmiſſario vniuerſali, quãdo eſt inſtitutus, vel grauatus, bene ſubintelligatur, vt l.cum auus. de condi.& demon. quod perpetuo tene mẽti. ¶In gl.ij. ibi, {ex quo.n. ſtipulatus eſt iam agnoſcit.} hoc verum, ſi ſtipulatus eſt ſimpliciter, tñ poteſt ſtipulari, ſi ſibi placebit, vel ſi volet, vt not. in l.a Titio. in fi. ).de uerb.oblig. & ſic erit cõditionalis. Sed in primo caſu qñ ſtipulatus ſimpliciter iſta glo. ſentit quòd uideatur acceptaſſe donationem cauſa mortis, in tantum ꝙ poſtea nõ poſſit renunciari, & ſic licèt poſſit reuocari per donantem, non tamen poterit refutari per donatarium, quod eſt mirabile, & q̃ſb

ctus

ctus eſt,quia ſi donatarius grauatur de reſtituendo alteri,non poterit renunciare donationi,vt non teneatur ad grauamen, ita ſentit gl.in l.cum pater.§.mater.de leg.ij.non ſic in legatario,vel fideicommiſſario,vt l.fideicommiſſo.de leg.j.cum ibi no.in l.Imperator.de leg.ij.

LEX XII.

SI mulier ventris. ¶No.hic,q̃ dr̃ mortis cauſa capio,id,q̃d capitur occaſione mortis alterius,etiam ſi illicite,& per calumniam,& præter volũtatem defuncti, alios modos habes ſupra eo.l.qui pretio.

LEX XIII.

1 *Ab illo dicitur quis habere dominium à quo habuit cauſam vſucapiendi, non ab eo,à quo dominium euellitur.*

2 *Dos data filiæ per patrem,an computetur filijs filiæ,quæ deceſſit viuo patre,& ſic nepotibus in quartam,prout filiæ deberet imputari.*

1 SI alienam. † Ab illo dr̃ quis habere dñium a quo habuit cauſam vſucapiendi, nõ ab eo,à quo dñium euellitur.h.d.concor.l. qui alenam. ĵ.eo.Et iſtæ duæ leges fortiter poſſunt induci contra deciſionem Bar.in l.in quartam.ſ.ad leg.Falci. qui tenet in

2 vlt.col.† q̃ filii filiæ apud quos remanſit dos materna ex conſuetudine,de qua habetur in l.dos à patre.C.ſolu.matr. teneantur illam computare ſibi in legitimam eis debitam in hæreditatem aui materni, per hanc rationem. ſ. q̃a illa conſuetudo aufert dotẽ ab auo,& eam applicat nepotibus filiæ,& ſic illi vñr habere ab auo, ergo computant,vt l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffic.teſta.q̃a de rigore iuris debet ad alium redire,vt no.in d.l.dos à patre. Certe licet euellatur ab auo,& applicetur nepotib. tunc nepotes non vñr habere ab auo,quia præter eius volũtatem habent: ſed ab ipſa conſuetudine, ſicut hic non habent à dño, à quo euellitur per vſucapionem,ſed vñr habere ab eo qui dedit cauſam vſucapiendi.Tñ ſuſtinendo opinionem Bartoli poteſt rñderi,q̃ ſufficiat q̃ non habeant à matre, & tanquam bona materna, quia licet habeant ex conſuetudine, videntur tamen habere tanquam bona auita,licet ab auo.

§.Marcellus vero. Ad euidentiam huius §.no.q̃ donatio cauſa mortis reuocatur pluribus modis.Primo,ſi donator expreſſe reuocauit.Secundo ſi tacite,quia in infirmitate conſtitutus donauit, & poſtea conualuit,vt no.ſ.eod.l.3.Tertio,ſi donatarius præmoriatur donatori. ¶ Nunc ergo dr̃ in iſto §.q̃ poteſt agi, q̃ non reuocetur primo vel ſecundo modo,dummodo donator premoriatur donatario,& ſic duntaxat vltimo modo reuocetur, ſi donatarius p̃moriatur.¶Item poteſt agi, vt non reuocetur per pœnitentiam expreſſam,dũmodo donator præmoriatur donatario.¶ In text. ibi,{etiam facti quæſtiones ſunt.} quaſi dicat lex,licet de iure reuocetur in dictis caſib.poteſt tamen agi de facto, q̃ non reuocetur, niſi in altero caſu tantum,vt ex ſequentib.patet exemplis.¶In tex. ibi,{ut omnimodo ex ea valitudine &c.} ſubaudi etiam donatore pœnitente,vt patet ex ſequenti,uel donatario premoriente,vt in gl.& ſic eſt ſenſus,q̃ in dictis duobus caſibus non reuocetur, ſed remanet firma,dummodo donator moriatur ex illa infirmitate,cuius metu donauit,alias ſic,& ſic in uno tantum caſu reuocetur,ſ.ſi donator reconualeſcat.¶In tex.ibi,{ſi tamẽ mutata voluntate.} ideſt diceret,q̃ reuocetur,ſi expreſſe uoluntatem mutauerit,& non aliter,etiam ſi donator recõualeſcat,vel donatarius præmoriatur.¶In tex.ibi,{q̃ ſi prior ille qui accepit deceſſerit.}i.q̃ non reuocetur,niſi in caſu,quo ille,q̃ accepit prius deceſſerit, nõ autem expreſſa penitentia,nec ex cõualeſcentia.¶In tex.ibi,{nullo caſu.} ſ.prædictorum trium, & tunc non erit proprie donatio cauſa mortis,vt ĵ.eod.l.ſi ita donatur.

LEX XV.

MArcellus no. Filiusfami.miles põt donare de caſtrenſi peculio, ſicut ſi eſſet paterfamil.h.d.

LEX XVII.

a ET ſi debitor. Donatio cauſa mortis reuocatur per creditores ᵃſi ex ca ſunt fraudati re ipſa,licet nõ conſilio.h.d. ¶Et eſt ſciẽdum,q̃ q̃ñ debitor alienat bona ſua per ɔ̃ctum onerosum,puta uendendo,creditores poſſunt reſcindere ita demũ, ſi interuenit fraus ementis, & vendentis. Si uero per titulum lucratiuum inter viuos,& per donationẽ inter viuos, ſufficit fraus donantis,ſed in vltima uoluntate, ſufficit fraus re ipſa, q̃ creditores remaneant fraudati,licet debitor,vel legatarii nõ fecerint fraudolenter,vt hæc habentur in tit.ſ.de his quæ in fra. credi. hic ergo dr̃ in donatione cauſa mortis idẽ eſſe,quod in legatis, ſi eſt fraus re ipſa,ſ.q̃ remanet tantum, quod ſufficiat creditoribus deducta donatione cauſa mor.de quibus plene vide Inſti.de acti. §. ſi quis in fraudem,& ſ.de proba.l.patronus.

ADDITIO.

a ¶Per creditores.Sed an donatarius teneatur vltra uires.vide Abba. conſi. 102.2.lib.Bal.234.j.lib.

LEX XVIII.

1 *Si dono tibi non cauſa mortis meæ,ſed filij mei,uel fratris mei,cuius morte confirmetur.*

2 *Quando dono tibi ſimpliciter,ita ut poſt mortem tuam,uel cert um tempus reſtituas tali, q̃ iſta ſit donatio inter viuos irreuocabilis reſpectu tui,& quid reſpectu eius.*

3 *Si dono tibi non cauſa mortis meæ,ſed filij mei,uel fratris mei,quis poſſit eam reuocare,an ego,an autem ipſe filius,uel frater.*

1 MOrtis cauſa. †Quæritur hic,ſi dono tibi nõ cauſa mortis meæ ſed filij mei vel fratris mei,(quod fieri poteſt vt hic.) cuius morte confirmetur donatio,aut morte mea, vel fratris, vel filij mei,& dic,q̃ morte illorum,vt hic patet,& no.ſ.eo.l. qui pretio.in gl.quæ incipit,{quo etiam caſu.}in fi.¶Aduerte ad aliquos caſus,ſi dono pro filio meo, uel fratre poſt eius mortem . iſta dr̃ donatio cau.mor.filij,etiam ſi nõ dixerim, q̃ donatario præmortuo res ad filium,vel fratrẽ reuertatur,perinde eſt.n. ac ſi dixerim dono noĩe filij,vel fratris poſt eius mortem, &c. dicere.n.p̃ filio & noĩe filij,idem eſt,vt l.fideicommiſſa.§.interdũ.de le.3.& ita vr̃ text.hic intelligẽdus,q̃ñ dicit,ſi quis pro filio vel fratre.ſ.q̃ iſta ſint verba donationis.¶Et aduerte,quia ſi filius,uel frater eſt pręſens, & res quæ donatur fuerit præſens,& tradita, q̃a ut dixi ur̃ tradita primo filio,deinde per filium illi,ſi filius uoluerit reuocare donationem,q̃d poteſt,vt hic no.uel ſi ille præmoriatur, ad rem recuperandã filius habebit rei uendicatio.Sed ſi filius non fuerit præſens,& res fuit tradita,adhuc filio competit vtilis rei vẽ. quia licet fuerit abſens,tñ fingitur ſibi primo tradita ſi ipſe mandauit, vel ratificauit inter viuos,vt no.in l.qui concubinam.§.ſpecies.de don. Sed ſi res non fuerit tradita,ſed promiſſa.ſ.nomine filij poſt mortem,ipſi filio competet actio ex tali promiſſione ɔ̃ ipſum promittentem.¶Secundus caſus eſt,ſi non donaſſem per iſta uerba, ſed donarem hoc mõ, dono tibi iſtam rem ea cõdõne, vt ſi filius conualuerit,ſibi reſtituas,ſed ſi pręmoriatur,apud te ſit. Iſta non vr̃ donatio cauſa mortis filij,ſed vr̃ donatio in te collata ſub iſta conditione,ſi filius præmoriatur, & ſi filius conualeſceret ex illo pacto,q̃ ſibi reſtituatur,poſſum agere pręſcriptis uerbis,vel condictione.arg.ĩ l.quoties.de don.q̃ ſub modo. & vr̃ differre iſte caſus a p̃cedenti,quia in pręcedenti nõ poſſem reuocare talẽ donõnem,vt hic no.¶Sed in iſto caſu bñ vr̃, q̃ poſſim reuocare iſtud pcm̃ in fauorẽ filij appoſitũ ſm̃ Bar.in l. qui Romę. §. Flauius. de

2 uer. oblig.¶†Eſt & alius caſus, q̃ñ ſimplr̃ dono hoc mõ, dono poſt mortẽ filij,vel fratris,uel alterius,& iſta ñ vr̃ donatio cã mor. illius,ſed eſt donatio ſub iſta die certa mortis illius,& nõ poſſẽ reuocare illam.¶Eſt & alius caſus, q̃ñ dono tibi ſimplr̃, ita ut poſt mortẽ tuam,vel certũ tp̃s reſtituas tali,& iſta ſi r̃ eſt donatio inter viuos irreuocabilis reſpectu tui,ſed an reſpũ illius,dic vt in d.§.

3 Flaui.ſed hic eſt caſus l.quoties.¶†Item quæritur, q̃s poſſet reuocare,an ego,an ipſe filius, an frater? & hic eſt dicẽdum, q̃ aut donaui rem illius,uel illorum,& ipſi pñt reuocare,non ego,quia ipſi vñt donare.Aut donaui rẽ meã,& tunc,aut ille non erat in mea p̃tãte,& idem,quia duæ reſultant donõnes,vna quã ego facio illi filio,uel fratri,alia quam ille filius uel frater facit alteri, & vtraque valet.Et iſtã ſecundam non poſſum reuocare,quia non eſt facta à

a me.Aut ille erat in mea poteſtate,& tunc ego poſſumᵃ reuocare, quia cenſetur iſta donatio facta à me illi tertio,nõ autem illi filio, cui donare non poteram.Nec obſt.q̃ q̃ñ res non eſt remanſura penes eum,poſſum ſibi donare,ut no.in l.2.ſ.tit.j.in prin. q̃a illud eſt uerum,niſi ſit ad eum reuerſura,ut eſſet hic,ſi poſſet reuocare,ut tenet Bar.in d.l.2.ſ.titu.j.& in l.qui pretio.ſ.eo.titu.

ADDITIO.

a ¶Poſſum reuocare.Adde quod uoluit.Anc.conſi.106.

1 *Liberatio tantum confert,quantum debebatur creditori,ſed obligationis acquiſitio quantum debitor facere poteſt.*

2 *Si ſoluiſti mihi pecuniam falſam uel reprobam,& ego illam expendi pro bona an fuiſti a me liberatus.*

1 §.Si donaturus. †Liberatio tñ confert,quantũ debebatur creditori,ſed oblõnis acquiſitio quãtũ debitor facere p̃t.h.d.¶In tex.ibi,{ſi donaturus mihi,} puta cẽtũ.¶In tex.ibi.{debitorẽm tuũ.} ſubaudi, qui tenebat tibi in centũ,ſed non erat ſoluendo,niſi in quinquaginta.¶In tex.ibi, {delegaueris.}& ſic fuit liberatus a creditore meo in cẽtũ,licet debitor tuus nõ eſſet ſoluendo,niſi in quinquaginta, ut l.inter cãs.§. abeſſe.ſ.mã.& ſupple,q̃ creditor meus exegit a tuo debitore q̃nquaginta,& poſtea reuocata eſt donõ, & tu repetis à me cẽtum. Certe teneor tibi ad integra cẽtũ,q̃a tãtũ videor vtilitatẽ ɔ̃ſecut⁹, Pau.de Caſt.ſuper ff.Nouo.

quia in tm̄ fui liberatus à meo creditore, licet ipſe non exegerit ni
2 ſi quinquaginta. ¶ † Et inducitur per Iac. de Are. ꝙ ſi ſoluiſti mihi pecuniam falſam, vel reprobam, & ego illam expendi pro bona, ꝙ tu fuiſti à me liberatus, vel ꝙ tibi teneor, ac ſi bonam ſoluiſſes, quia fui vtilitatem conſecutus, ac ſi eſſet bona, ſed ꝯ rium vr̄ deter minare gl. formans hanc qō. in l. eleganter. §. qui reprobos. ſ. de pi gnori. act. dic, vt ibi per Doct.

§. Titia chyrographa. ¶ Mandatum collatū poſt mortē mandantis non reuocatur eius morte. Item reſtitutio inſtr̄i facta à creditore uel ab alio de uoluntate eius liberat debitorem. h. d. ¶ Et circa primum diſtingue tres caſus, quia interdum mandatū, & effectus mandati confertur poſt mortem mandantis, & non reuoca tur morte, vt hic & l. ſi uero non remunerandi. §. fi. ſ. man. Interdum vtrunq; confert in vita, & tunc ſecus, vt ſ. titu. j. l. ij. §. ſed & ſi quis donaturus. Interdum mandatum cōfert in vita, ſed effectus poſt mortē, & tunc diſtinguitur, vtrum mandatarius ſciat mortē vel ignoret, ut l. cum pr̄. §. nemo. de leg. ij. qui text. non eſt alibi, & plene no. in l. fi. j. de ſol. per gl. tm̄ de hoc dic, vt plene dixi in d. l. fi. in repetitione mea, quia ego ſum in a lia opi. In tex. ibi. {daret} i. traderet. & ita expone j. dum dicit, {ded it} ideſt tradidit.

1 *Donatio rei quæ poteſt uendi, tantum confert, quantum res uendi poteſt.*
2 *Res tantum ualet quantum uendi poteſt attenta qualitate rei & homine ſciente illam qualitatem.*

1 §. Qui hominem. † Donatio rei quæ pōt vendi, tm̄ confert, quantum res uen
2 di pōt. h. d. ¶ § No. ad limitationem eius qđ dr̄, ꝙ res tm̄ valet, quātum vendi pōt, vt l. pretia rerū. ad le. Fal. intelligitur attenta qualita te rei, & hoīe ſciente illam qualitatē, vt in gl. ¶ Sed opp. ꝯ iſtū tex. nā aut iſta res fuit euicta à donatario rōne hui⁹ oblōnis, & tūc ni hil vr̄ ad eum perueniſſe. & ſic nihil tenebitur reſtituere donatione reuocata. Aut non fuit euicta, & tūc vr̄ ad eum perueniſſe tm̄ quantum valet, ēt non attenta illa oblōne, & ſic reuocata donatione poterit, vel ipſa res condici uel integrū pretium eius, ar. ſ. e. l. ſi alienam. in princ. Iſta oppoſitio facit me dubitare in intellectu huius literæ ad quem finem dicatur hic, ꝙ non vr̄ plus perueniſſe, q̄ ualet attenta qualitate. Si enim non eſt ſecuta reuocatio, iſta inueſtigatio eſt fruſtratoria. Sed ſi eſt ſecuta, adhuc vr̄ fruſtratoria rōne prædicta, poſſumus dicere, ꝙ eſt ſecuta reuocatio donationis, & ꝙ res nondum erat euicta, ſed poterat euinci, & ꝙ iſte donatarius non habebat facultatem reſtituendæ rei, & ſic oportet deuenire ad æſtimationem, vt j. l. proxi. in fi. quia eius culpa perdiderit facultatē reſtituendi, æſtimabitur ergo, vt hic dicitur.

LEX XIX.

1 *Si donatur ei, qui eſt in poteſtate alterius, cau. mor. ſecuta reuocatione agitur de peculio contra eum in cuius erat poteſtate, ſed ſi tpe donationis non erat, licet poſtea tranſiuerit, de peculio non agitur, ſed res uendicatur, ſi adeſt facultas rei reſtituendæ, ſed ſi non adeſt facto donatarij, condicitur pretium.*
2 *In obligationibus dādi, an procedat libellus talis, peto rē, uel eius pretiū.*

12 ¶†Et prædicta procedunt, qñ quis habebat vtranque poſſeſſio-
nem per ſe,vel vtranque per alium.Sed ſi ciuilem per ſe, & natu-
ralem per alium,ut per colonum,tunc licet colonus receſſerit ta
liter,ꝙ fundum non videat,nec ſit propè, ſi tamen non animo di
mittendi poſſeſſionem,nõ perdit dñs naturalem, ſed eam retinet
animo coloni,ſicut retinet corpore ipſius coloni,qñ colonus eſt
in vera detentatione,quia ipſe colonus aĩo retinet detentationẽ,
ut ).patet.& hoc dicitur in gl.in ver.ſi autem. ¶ Quid autem ſi re
a cedat colonus [a] aĩo dimittendi,uel ſi moriatur,vel ſi alteri tradat?
hic vt no.in d.l.ſi colonus. ).eo.& l.2.§.ꝙ ſi ſeruus. & l.ſi ideo.§. ſi
forte.& plene per gl.C.cõia de vſuca.l.j. ¶ Aliquando tamen cõ-
tingit,ꝙ quis non habet niſi naturalem poſſeſſionem, ut vſufru-
ctuarius, & tunc licet recedat de fundo taliter,ꝙ ipſum non vi-
deat,nec ſit prope,non perdit naturalem,ſed retinet eam animo,
& hoc vult gl.in uer.& idem dico.& aſſignat rationem diuerſita
tis in uer.ſed quare inter hunc caſum,& primum & ſecũdum qñ
habet utranq poſſeſſionem,uel ambas per ſe,vel ambas per aliũ.
Quidam tñ dixerunt,ꝙ vſufructuarius habet quandam ciuilem
diuerſam ab ea,quam habet proprietarius,quam retinet aĩo,non
autem naturalem.gl.hic reprehendit in ver.ſed quidam.quia non
eſt dare niſi unam ciuilem,& illa eſt apud proprietarium.Tene er
go rationem gl.quam gl.poſtea probat in uer.item in ſuperiori,ꝑ
alium caſum ſimilem poſitum ſupra in gl.in uer.ſi autem per aliũ
vbi animus coloni operatur retẽtionem naturalem pro dño, qa
non poteſt operari retentionem ciuilem,quam non habet,idem
13 ergo in fructuario,qui non habet niſi naturalem † Prædicta in na
turali poſſeſſione,qualiter perdatur.& intellige ſupplendo gl. qñ
exiuit de fundo,& alius non fuit ingreſſus,ſed ſi fuit ingreſſus aliꝰ,
tunc aut primus perdiderat naturalem,quod quando ſit,ſupra di
ctum eſt,quia ſcilicet ſe abſentauerat per longum ſpatium a fun-
do,tunc ille ingreſſus acquirit naturalem,& ille abſens redeundo
licet incipiat fundum videre vel appropinquare, nõ recuperat na
turalẽ,qa non uacat:ſi autem ipſam non perdiderat, quia adhuc
fundum uidebat,uel erat prope,tunc diſtingue, aut ingreſſus fuit
ille cum tanta potentia,ꝙ iſte non poſſet iſtum expellere, & tunc
ſtatim perdit naturalem:aut poterat ipſum de facili compellere,
& tunc non perdit,niſi ex puſillanimitate ductus non reuertatur
ad ipſam recuperandum.per l.ſi de eo.§.fi. ).eo.& per id quod ſta
14 tim dicam. ¶†Ciuilis autem poſſeſſio non perditur,licet quis ſe ta
liter abſentauerit,ꝙ non uideat fundum,nec ſit prope,ſed retine-
tur animo,ut C.e.licet ſecus ſi naturalis fuerit per alium occupa-
ta,& ipſe cum poſſit recuperare,negligat,quia tunc ſtatim perdit,
ut ).eo.l.quamuis ſaltus.& l.ſi ideo.§.ſi forte.& ibi no.uel niſi ſtete
rit per decennium ꝙ nec ipſe, nec alius pro eo acceſſerit ad poſ-
ſeſſionem naturalem,& tunc etiam ſi per alium non ſit occupa-
b ta,inducitur obliuio,ex qua obliuione [b] perditur ẽt ciuilis.ut l.ſi fi
15 nita.§.j.).tit.j.& no.in d.l.licet.C.eo.¶†Quid autem in nuda detẽ-
tatione? puta,quam habet colonus,vel inquilinus, ).eo.l. ſi colo-
nus,an retineatur aĩo?dic ꝙ ſic, qñ eſt iuſta, vt l.ſi finita. §. ſi quis
16 metu,cum ibi no.ſ.de damno infe.¶†In gl.quæ incipit.{& bene.}
c iſta gl.tãgit duas quæſtiones.prima eſt, quo iure [c] fuit introducta
poſſeſſio,& dicit ꝙ eſt de iure gentium,vt hic iſtud videtur intel-
ligi de iure gentium ſecundario,quod fuit poſtquam gentes cre
uerunt. quo iure fuit introducta diſtinctio dominiorum, vt l.ex
hoc iure.de iuſtitia & iur.& poſſeſſionis,a qua dominium proce
dit vt hic,non de iure gentium primæuo,quod fuit eoipſo,ꝙ gen
tes eſſe cœperunt,quia illo iure omnia erant communia, vt in c.
ius naturale.j.di.nam ſi illo iure fuiſſet intrdoductum dñium,ca-
deret etiam hodie in ſeruo,ſicut naturalis obligatio, quæ fuit de il
lo iure,quod eſt falſum,ita no.Bar.in l.ſi id quod ſ. de condict. in-
deb.Sed in ꝯrium videtur tex.in l.j.ſ.titu.j.quòd fuerit de iure il'o
primæuo dñium,ergo & poſſeſſio,& ad rationem Bart. reſpon-
deo,ꝙ in ſeruo nõ cadit dñium actiue, quia quicquid ipſe acqui-
rit,domino acquiritur,vnde naturalis obligatio per ipſum acqui
ſita, domino acquiritur, & non remanet penes ſeruum, vt no-
ta.in

ADDITIONES.

a ¶Colonus.Vide infra in l.3.§.ꝙ ſi ſeruus.vbi ponitur.

b ¶Obliuione.Adde eundẽ conſ.196.Soc.cõſ.175.Ale.cõſ.6.li.2.Car.cõſ.
118.quid aũt operetur conſtitutio epi,ꝙ ſi qui ſteterit abſens a benefi-
cio ceſſante iuſto impedimento, ꝙ habeatur pro derelicto,& an elapſo
dicto tempore abſens poſſit priuari ſua poſſeſ.vide per eundẽ cõſi.132.

c ¶Quo iure non lege diuina q̃ vult omnia eſſe cõia,ſed lege humana poſſ.
terrena inducta eſt.8.di.quo iure po.perfectorum eſt Deus nõ aurũ, nec
argentum.12.q.i.c.clericus,& in cõi poſſidere,non eſt contra eorũ ſta-
tum.12.q.j.c.expedit.& c.videntes.

ta.in l.frater a fratre.in fi.primæ gl.mag.ſ.de condict.indebit.ſecus in obligatione naturali paſſiua,qua ſeruus tenetur alteri, quia illa non acquiritur dño, ſed in dño non reperitur iſta diſtinctio inter actiuum,& paſſiuum, & ſic nihil valet ratio Bart. quia ſeruus non dicitur incapax dñij ex eo ꝙ dominium ſit de iuregentium ſecundario,quo iure ſtatus eius non eſt annihilatus,immo eſt de iure primæuo gentium,ſed dicitur incapax ex eo,quia ſibi acquiſitum momento apud eum non remanet, ſed acquiritur dño,ſicut & naturalis obligatio,quæ fuit de iure primæuo, licet paſſiua obligatio remanet apud eum.diſtinctio vero dñiorum bene fuit de iuregentium ſecundario, vt dicta l. ex hoc iure. nec obſtat ꝙ erant omnia communia,id eſt,ꝙ non erant in bonis alicuius antequam occuparentur,ſed concedebantur occupantib.ſicut hodie conceduntur ea quæ cœlo,terra,mariq́ capiuntur,vt hic, ſed poſtquam erant occupata,ſtatim erant illius, iuxta illud, quicq̄d calcauerit pes tuus,tuum erit,vt in princ.huius gloſſ.& iſtam puto eſſe veriorem opin.¶Secunda quæſtio eſt,vtrum ſit vna poſſeſſio,vel duæ?& Azo.tenuit ꝙ ſit vna,ſ.naturalis, quæ diſtinguit per accidentia.quia aliquando naturaliter,ſ.corpore, aliquando ciuiliter,ſ.animo,& pro iſta opin.facit,quia poſſeſſio fuit introducta de iure gentium,vt dictum eſt,ſed ius gentium non produxit,niſi vnam poſſeſſionem,ſ.naturalem.Item quia ſi tex.inſpiciātur,non faciunt mentionem,niſi de naturali poſſeſſione,quando loquuntur per nomina,quæ ſignificant ſubſtantiam,licet quādo loquantur per aduerbium,quod ſignificat qualitatem, dicant ꝙ interdum quis ciuiliter poſſidet,vt infra vnde ui.l.j.§.deiicitur. eſt ergo vna ſubſtantia,licet diuerſæ qualitates.Sed Ioā tenuit ꝙ ſint duæ,ſcilicet naturalis,& ciuilis.& iſtam partem tenuit Dy. plene diſputando in c.ſine poſſeſſione.de reg.iur.lib.vj.per legem ſecūdam,infra pro hærede.vbi eſt tex.qui non eſt alibi,faciens mētionem de ciuili,& naturali per nomina,& ſic ſunt diuerſæ ſubſtantiæ.¶Item probatur per tex cui non eſt dare.reſponſum.j. eodē l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.vbi qui ſe abſentat a poſſeſſione,eam retinet animo, & ſi alius ingreditur eo abſente, ſimiliter acquirit poſſeſſionem. Ergo quilibet habet poſſeſſionem, & eſt textus in l.ſi duo.in princi.j.uti poſſeſſ. & duo poſſunt inſolidum poſſidere:ſed ſi eſſet vna poſſeſſio in ſubſtantia,non poſſet eſſe apud quemlibet inſolidum.ut etiam Azo.fatetur, vt infra eodem. l.3.§.ex contrario.in fine.¶Oportet ergo dicere ꝙ ſunt duæ ſubſtantiæ,quarum vna retinetur corpore,altera animo, & illa ciuilis fuit inducta de iure ciuili, nam dominium primordialiter fuit inductum de iure gentium,vt l.j.ſ.tit.j.& illud appellatur directū. Et poſtea fuit aliud introductum de iure ciuili, quod appellatur vtile,quod dic ut infra eodem.l.ſi quis vi.§. differentia. per Barto. Sed Azo reſpondit ad §.qui ad nundinas, ꝙ diuerſis reſpectibus poſſunt duo eandem poſſeſſionem habere,ut not.in præcedenti glo.mag.in uerſi.ſed oppono. quam reſponſionem gl. hic in fin. reprobat,quia ſi eſt vna ſubſtantia,etiam diuerſis reſpectibus nō poſſet eſſe apud plures inſolidum. Bar.autem hic facit tres ſpecies poſſeſſionum, dicens, ꝙ eſt poſſeſſio ciuilis, quæ eſt apta parere ciuilem effectum,quo ad vſucapiendum,vel præſcribendum directum dominium,vel vtile,quod contrariatur directo,item naturalis,quam habet ille qui poſſidet,vt vſufructuarius,emphyteuta,vel ſuperficiarius, & illa eſt apta parere ciuilem effectum iure vſusfructus,vel vtilis dominij,vt l.fina.in fi.de præſcrip.longi tempo.Item corporalis,quam habet ingreſſus alio ciuiliter poſſidente,vt in §.qui ad nundinas.& iſta non eſt apta parere ciuilem effectum,quo ad acquiſitionem dominij, ſed quantum ad retentionem,vel recuperationem ſi ſpoliatus fuerit. Iſta inueſtigatio non placet,quia poſito ꝙ eſſet vera,eſt defectiua,quia non conſiderauit niſi naturalem poſſeſſionem ſeparatam a ciuili, ſed certè non eſt dare aliam iunctam cum ciuili,vt dixi in glo.præcedenti.Item quia ipſe vult,ꝙ poſſeſſio quam habet ille qui poſſidet,vt vſufructuarius,vel emphyteuta,ſit diuerſa in ſubſtantia ab illa, quam habet ingreſſus;& mouetur ad hoc dicēdum,quia eſt maioris effectus, quam illa. Certe iſta ratio non eſt bona,quia illa quæ differunt ſecundum plus & minus,non differunt in ſubſtantia,vt l.fin. ſupra de fundo inſtru.Præterea illud non cōtingit ex eo ꝙ diuerſa ſit ſubſtantia, ſed propter diuerſos reſpectus, quia qui poſſidet ut uſufructuarius,vel ut emphyteuta,non tendit ad acquiſitionē directi dominij,ſed illius iuris,cum recognoſcat directum dominium, & ſic ciuilis poſſeſſio quam habet directus dominus ſibi non contrariatur,merito de facili præſcribit.Sed ingreſſus alio ciuiliter poſſidente,poſſidet vt dominus directus & ſic contrariatur directo dño,merito ciuilis poſſeſſio dñi ſibi nocet,vt ea durāte non poſſit incipere præſcribere ꝯ dñm,uel directum, uel utile dñium,quod ꝯriatur directo.per gl.quæ eſt in l.j.in fi.mag glo.C. de ſer.fug.aliud autem ius ideo non præſcribit, quia ad hoc non intenditur.Præterea aduerte ad rōnem bonam & uiuam,q̄ Bar. non ponderauit.ipſe dicit, ꝙ ille qui poſſidet naturaliter tāquam fructuarius uel emphyteuta, ſi uere non eſt fructuarius vel emphyteuta ratione illius poſſeſſionis,naturaliter præſcribit illud ius uſusfructus,vel vtilis dñij.Hoc eſt falſum, quia poſſeſſio non eſt habilis ad uſucapiendum,vel præſcribendum, niſi rem illam,quę poſſidetur, ſed illa res corporalis eſt, quæ poſſidetur naturaliter & vere.Nos quærimus de pręſcriptione iuris incorporalis,quod vere nō poſſidetur,ergo uirtute illius naturalis poſſeſſionis iſtud ius non præſcribitur. Dic ergo ꝙ vltra naturalem poſſeſſionem rei,habet quaſi poſſeſſionem ciuilem,& naturalem illius iuris, & illa quaſi ciuilis poſſeſſio facit eum præſcribere illud ius, non autē poſſeſſio naturalis ipſius rei.de hoc gl.in l.ait prætor.§.item ei.ſ.q̄bus ex cau.maio.& idem Bar.in l.ſi plures. j.de ui & ui arma. Dic ergo ꝙ una eſt poſſeſſio naturalis,& illa etiam dicitur corporalis, vt j.eo.l.ſi id quod §.fin.omnis corporalis dicitur naturalis, ut in prin.præcedentis glo.mag.& iſta naturalis aliquando eſt coniuncta cum ciuili,aliquando eſt ſeparata, & hoc ſecundo caſu,aliquādo habetur per illum,qui non poſſidet, vt dñs directus, ſed tanq̄ uſufructuarius,vel emphyteuta,aliquādo per illum qui poſſidet, vt dñs directus,vt per ingreſſum, & ſic aliquando producit unū
17 effectum.aliquando alterum ex diuerſis reſpectibus.†In glo.quę incipit,{ſecus,} iſta gl.examinat quintam quæſtionem. an ad acquirendum dñium & ciuilem poſſeſſionem naturalem ſufficit animus vna cum aſpectu. Certū eſt enim, ꝙ manus aut pedes ſunt ſufficientia inſtrā ad acquirendum utranque poſſeſſionem ſi per alium non occupatur,ſed dubium eſt de inſtrō uiſus.Et vr̄ ꝙ etiā illud ſufficiat,quia eſt inſtrm̄ corporale,vt j.eo.l. 4. in prin.in uerbo,{corpore.} & in l.quod meo.§.ſi uenditorem. j.eo. & j.ea.l.§. ſi iuſſerim.In ꝯrium facit iſte tex.in verbo apprehenderit.& j.eo. l.3.§.Neratius.in fi.ubi requiritur ꝙ moueatur de loco ad locū, ergo nō ſufficit aſpectus,probatur per rationem, quia viſus licet ſit inſtrm̄ corporale,per ipſum tm̄ non occupatur res, ſicut ꝑ ma
18 nus aut pedes.¶Gl.hic recitat tres opi.prima eſt,ꝙ aut loquimur in animalibus,quæ in nullius bonis ſunt,& non ſufficit aſpectus, ſed requiritur apprehenſio,vt hic in uer.apprehenderint.Et an videantur apprehenſa eo ipſo ꝙ in noſtrum laqueum inciderunt, vel a nobis uulnerata ſunt,dic vt ſ.tit.j.l. in laqueum.& l.naturalē. §.illud.Aut loquimur in alijs,quæ ſunt in bonis alicuius, & tunc interuenit traditio poſſeſſoris,& ſufficit ſolus aſpectus cum animo,ut in d §.ſi venditorem.aut non interuenit,& tunc ſecus, ēt ſi a nemine poſſideātur.vt d.l.3.§.Neratius.in fin.& in hoc differt inſtrm̄ viſus ab inſtrō manuum, uel pedum, per quæ acquiritur poſſeſſio etiam non interueniente traditione alicuius, dummodo per alium non occupetur,ſed hic non,etiam ſi non occupet̄. Et iſta eſt uera opinio,licet non debuerit diſtingui inter animalia, uel non animalia.Alia opinio ponitur in verſi.alii ꝙ ſufficiat ſolus aſpectus indiſtincte,ſicut manus aut pedes, nec obſt. §. Neratius. in fi.quia ibi erat abſconditus theſaurus,& non uidebatur,licet videretur fundus,ideo non acquiritur poſſeſſio theſauri. Sed ꝯ, q̄a ſi ſufficit ſolus aſpectus,deberet ſufficere videre fundum in quo eſt theſaurus,vt acquiratur poſſeſſio fundi,& ēt theſauri.per l.clauibus.de ꝯhen.emp.Solu.in §. Neratius. neſciebatur in qua parte fundi erat theſaurus.ſed in l. clauibus.ſciebat̄ in qua parte domus erant maſſaritiæ,quarum poſſeſſio apprehenditur per aſpectum domus,hæc eſt truffa,nam ibi etiam poterat ignorari in qua parte domus eſſent.Alii dicunt,ꝙ ibi acquiritur dñium,ſed non poſſeſſio.vt in §.Neratius.hæc eſt etiā truffa, quia dñium acquiritur mediante poſſeſſione.Dic ergo,ꝙ volendo ſuſtinere iſtam opin. ꝙ in l.clauibus.interuenit actus per quem vr̄ facta traditio a vero poſſeſſore, non ſic in §. Neratius. & ſic recedimus a præcedenti opi.ꝙ q̄ñ interuenit traditio per ſolum aſpectum.acquirimus nō ſolum poſſeſſionem rei,q̄ videmus,ſed ēt rerum,quæ intus ſunt, vt in l.clauib. de ꝯhē.emp.Sed ſi non interuenit traditio,neutrius rei poſſeſſionem acquirimus.Tertia fuit opi. ꝙ in his quæ acquiruntur per inuentionem,ut eſt theſaurus,ſufficit ſolus aſpectus ꝑ §.theſaurus.Inſti.de rerum di.vbi dr̄,ꝙ qui inuenit theſaurum, ſtatim fit dñs.Ergo ſufficit interueniſſe, ēt ſi non ſit captum, & hoc dicit gl.in l.nunquam.§.theſaurus.ſ.tit.j.Aut in aliis modis acquirendi,& tunc non ſufficit aſpectus.primum dictum eſt falſum,& ꝯ dictum §.Neratius.in fi.qui vult ꝙ ēt ſi ſit inuentum,non acquiratur poſſeſſio,& ꝑ ꝯñs nec dñium, niſi fuerit motus de loco ad
19 locum.†Item quia non dicitur inuentus, niſi fuerit apprehenſus, vt l.ſi Barſatorem.C.de fideiuſſ. quod eſt notandum ad q̄önem, ſi ſtatutum dicat,ꝙ qui fuerit inuētus de nocte portare arma, puniatur tanta pœna,ꝙ non incidat in pœnam, niſi fuerit per familiam apprehenſus,licet poſſit probari ipſum de nocte portaſſe arma,ſm̄ Doct.tene ergo primam opin.relictis alijs.

---

1 *Carens omnino intellectu,ut furioſus,& infans, non poteſt per ſeipſum poſſeſſionem acquirere,ſed non carens omnino,ut pupillus maior infante poteſt eſſe ſine tutoris authoritate.*

2 *Tutoris authoritas non requiritur quando non agitur de præiudicio pupilli,ſed de acquiſitione,& licet pupillus non poſſit promittere ſine tutoris authoritate,poteſt tamen ſtipulari.*

3 *Acquiſitio poſſeſſionis,quę fit per noſmetipſos,dicitur potius conſiſtere in facto,quàm in iure,quo ad actum & modum acquirendi,*

4 *Furioſus nullum actum poteſt gerere, etiam cum curatoris authoritate, ſed debet actus geri per curatorem.*
*Quid in pupillo.*
5 *Licet ad acquirendum poſſeſſionem requiratur animus & corpus, & magis principaliter requiritur actus corporalis, quia iſtud fuit inuentum de iure gentium, quod fuit prius, ſed animus de iure ciuili, ideo primum reputatur potentius.*
6 *Colonus & inquilinus detinent ſibi & ſuo nomine, ſed poſſident domino, ſeu locatori,*

1 **§.Adipiſcimur.** ¶†Carens oĩno intellectu, vt furioſus, & infans, non poteſt per ſeipſum poſſeſſionem acquirere, ſed non carens omnino, ut pupillus maior infante, põt eſſe ſine tutoris authoritate.h.d. Et diuide in duas partes, vt in ſummario. ſecunda ibi.{ſed pupillus.}Et in prima parte dum dicit,{pupillus.} ſubaudi infans ſm Dyn.vt in fi. huius §.In tex.ibi.{per noſmetipſos.}propter hoc videbatur, ꝙ furioſus & infans poſſent acquirere cum habeant inſtr̃a corporalia, quibus poſſent rem attingere, vt j.in verſi.licet maxime. ꝙ remouet, quia hoc non ſufficit, niſi etiam interueniat animus & affectio acquirendi, qui & quæ non reperitur in iſtis. & ſic no. ꝙ ad acquiſitionem poſſeſſionis non ſufficit inſtr̃m corporale ſine animo, ſic econtra, vt j.e.l.4.in prin.In tex.ibi.{pupillum aiunt.} hic iunge ver.quę ſententia.quæ eſt j.in fi.§.quando eſt maior infan-
2 te, & ſic non caret omnino intellectu.†vnde no. hic ꝙ tutoris authoritas non requiritur, quando non agitur de præiudicio pupilli, ſed de acquiſitione: nam & licet non poſſit promittere ſine tutoris authoritate, poteſt tamen ſtipulari, vt in gl.facit l. non eo minus.C.de procu.In tex.ibi.{eam rem enim.}hic Iuriſcõſultus vult tollere quandam obiectionem, quæ poſſet fieri de §. item acquirimus. j.e.l.ad diſtinctionem ſ.poſitam, ꝙ dicitur ibi, ꝙ poſſeſſio acquiritur etiam furioſo, & infanti, quia ſupra dictum eſt ʒ̃rium. Sed r̃ndetur, ꝙ hic loquitur quãdo quis vult acquirere poſſeſſionem per ſeipſum, quo caſu acquiſitio, vel actus acquirendi conſiſtit potius in facto, q̃ in iure, ſ.in adhibendo inſtr̃m corporale, & etiam animum ſeu affectum acquirere volentis. hoc aũt vltimũ non poteſt adhibere furioſus, & infans. Sed ibi loquitur, quando quis vult acquirere per alium, vt per ſeruum ex cauſa peculiari, quod conſiſtit in caſu potius in iure, q̃ in facto, quia etiam ſi dñs non adhibeat inſtr̃m corporale, nec etiam animum, ſibi acquirit mediante inſtr̃o corporali ipſius ſerui, & etiam ipſius ſerui, & ẽt ipſius ſerui animo, qui vel quod reputetur eſſe ipſius domini, qđ non eſt niſi mediante iuris fictione, & ideo non curatur, vtrum dñs ſit ſanæ mentis, vel intellectus, aut non, immo indiſtincte ſibi acquiritur ſi eſt ſeruus ſanæ mentis, quia animus ſerui reputatur animus domini, alias ſecus, ſi non eſt ſanæ mentis, vt j.ea.l.§.cæte-
3 rum.†No. ergo hic, ꝙ acquiſitio poſſeſſionis, quę fit per noſmet ipſos dr̃ potius conſiſtere in facto, q̃ in iure ad actum & modum acquirendi, vt j.proxi.§. licet ipſa poſſeſſio poſt q̃ eſt acquiſita dicatur eſſe ius. vt j.e.l.peregre.in prin.vide Dy. in regula, ſine poſſeſſione.de reg.iur.in vj.ſed illa quę acquiritur nobis per alium, vt per ſeruum in peculiarib. conſiſtit potius in iure, q̃ in facto, quia inſtr̃m, vel animus ſerui non poſſet reputari animus, vel inſtr̃um domini, niſi iuris fictione. & hoc uoluit glo.in effectu, quæ incipit in fi.in ver.tu dic, licet obſcure loquatur ſm Iac.de Aren. & Old.
4 †In gl.quæ incipit.{vel curatoris.} ibi.{l.in negotijs.}dic plenius q̃ gl. ꝙ aut loquimur in furioſo, & ille nullum negotium põt gerere, etiam cum curatoris authoritate ut d.l.in negotiis. Aut loquimur in pupillo, & tunc tres ſunt caſus, nam aut caret oĩno intellectu, vt quia eſt infans vnius, vel duorum annorum, & idem per omnia, niſi in his, in quibus poteſt habere effectum, vt C.eo.l.donatarum.ut in iocalibus, ſm communem intellectum. de qua l. opponit hic gl.fi.aut non caret omnino, vt quia eſt quinque uel ſex annorum, & ſic fari poteſt, & tunc poteſt actus geri per tutorem ſolum, etiam ſi ſit præiudicialis pupillo, vt adire hæreditatem, vt l.ſi infanti.C.de iure deliber. poteſt etiam geri per infantem, & tunc cum authoritate tutoris, & ſine illa nõ poteſt, etiam ſi actus ſit mere fauorabilis, & tendat ad acquiſitionem, ut hic a ʒ̃rio ſenſu, & eſt caſus ſ.eo.l.quamuis.§.fi. Aut eſt maior infante, & tunc ſi tendit mere ad acquirendum, poteſt exerceri per pupillum etiã ſine authoritate tutoris, ut hic uer.Oſtilius. ſiue conſtat in facto, ſiue in iure, vt in gl.ſed ſi tendit in præiudicium vel ad obligandũ pupillum, debet fieri per pupillum cum tutoris authoritate ſi dependet mere ex voluntate vnius, vt aditio hæreditatis.ut l.potuit. cum ibi no.C.de iure delib.ſed ſi dependet ex uoluntate duorũ, poteſt dari per ſolum tutorem tutorio nomine, uel pupilli, ut j. quando ex facto tuto.In gl.ibi.{habet animum poſſidendi.}& ſic no.tria, ſ.uelle poſſidere.Item nolle poſſidere, & iſta duo non cadunt in furioſo. & primum requiritur ad acquirendum poſſeſſionem, ſm ad perdendum, ut j eodẽ.l.2.§.in amittenda.eſt tertium, quod eſt medium inter iſta, quia nec eſt uelle, nec eſt nolle. hoc bene cadit in furioſo, & non ſufficit ad acquirendum, nec ad perdendum iam quæſitam.ut in ſimili no.in l.j.§.ſciẽtiam.ſ. de tribu. & j.de uerb.obl.l.2.poſt prin.in gl.ſuper verbo.{donec.}quæ inci-
5 pit.{l.homo vel reliqua.}†In gl.quæ incipit, ideſt.quod eſt maximum in poſſeſſione quærenda. Et ſic no.in iſta gl.iũcta cum text. ꝙ licet ad acquirendum poſſeſſionem requiratur animus, & corpus.vt j.eo.l.3.per maxime tamen & magis principaliter requiritur actus corporalis, quia iſtud fuit inuentum de iure gent.quod fuit prius, ſed ꝙ requiratur animus, fuit inuentum de iure ciuili, & ideo primum reputatur potentius, & per maximum. vt l.j.ſ.eod. eo.ti.In gl.ibi.{non omnis detentatio.} q.d.gl.non ſolum in eo q caret intellectu detentatio cadit, & nõ poſſeſſio, vt hic, ſed etiam in eo, qui intellectu non caret, cadit detẽtatio, ut patet in colono & inquilino, qui habent detentationem, & poſſeſſionem, & etiã in ſeruo.vt j.de verb.obl.l.ſtipulatio iſta.§.hi qui. & no. j.ea.l.§.itẽ acquirimus.in gl.ſuper verb.{intelligatur.} nam poſſeſſio acquiſita tam ciuilis, q̃ naturalis eſt ius, ut l.peregre.in prin. j.eo.ſed detẽ-
6 tatio eſt facti.†Aduertendum tñ ꝙ colonus & inquilinus detinẽt ſibi, & ſuo nomine, ſed poſſident domino, ſeu locatori, ut in §.itẽ acquirimus.ver.quid noſtra uoluntas.cum ibi no.per Doc.quia locator retinet per ſe ciuilem, & naturalẽ per illos, & ratione detentationis, quam habent ſuo nomine, habent officium iudicis, ut l.Aquilius Regulus.in fi.ſ.de dona.In gl.quæ incipit.{idem furioſo.} hoc eſt falſum, vt dixi in alia gl.quæ incipit.{vel curatoris.} per l.in negotijs. j.de reg.iur.

---

1 *Licet contractus ſit inutilis quo ad translationem dominij, ſi ſequatur uera traditio, eſt vtilis, ergo ad translationem poſſeſſionis.*
2 *Verbum cedere in rebus corporalibus importat traditionem, & in actionibus ceſſio habet vim traditionis.*
*Licet ius ciuile impugnet donationem inter virum & vxorem, & facit ꝙ ipſo iure non valet, nec trãsferatur dominium, nec reſultet obligatio, non tñ facit, nec facere poteſt, quominus quæ facta ſunt, interuenerint.*
3 *Licet non poſſit facere ius ciuile, quin ea q̃ facta ſunt, facta nõ ſint, põt tamen fingere, ꝙ non fuerint facta, & ꝙ nullus effectus ex eis reſultet.*
4 *Ius nunquam fingit, ubi fictio nullius eſſet utilitatis, & nu.5.*

1 **§.Si vir vxori.** †Licet ʒ̃ctus ſit inutiliter quo ad trãſlationem dñij, ſi ſequatur uera traditio, eſt vtilis, ergo ad tranſlationem poſſeſſionis.h.d.In tex.ibi.{ce-
2 dat poſſeſſionem.} ſ.tradendo.†Et ſic no.ſignificatum huius verbi, cedere, in rebus corporalibus, quia importat traditionem: & ideo in actionibus ceſſio habet uim traditionis.ut in l.fi.C. quando fiſcus vel priuatus.In tex.ibi.{quoniam res facti.} ideſt dicere, licet ius ciuile impugnet donationem inter virum & vxorem, & faciat ꝙ ipſo iure non valeat, nec transferatur dominium, nec reſultet obligatio, vt l.3.§.ſciendum.de donat. inter virum & uxor. non tamen facit, nec facere poteſt quominus, quæ facta ſunt, interuenerint, ſ.traditio, & adhibitio inſtr̃i corporalis recipientis, &
3 etiam animus ex quibus poſſeſſio transfertur, †ſed ʒ̃, quia licet nõ poſſit facere ius ciuile, quin ea quę facta ſunt, facta nõ ſint, põt tñ fingere, ꝙ non fuerint facta, & ꝙ nullus effectus ex illis reſultet. & ſic nec tranſlatio poſſeſſionis, ſicut facit, ꝙ ex traditione prædicta mariti non ſequatur dñij tranſlatio. Ad hoc r̃ndet Iuriſconſultus in ver.& quid attinet. ꝙ ideo ius nõ fingit hoc, quia iſta fictio eſſet nullius vtilitatis, quia poſito ꝙ non transfertur in donatariũ poſſeſſio, donans tamen eam perderet, ex quo voluit à ſe abdicare, quod non eſt ita in dño, quia non abdicatur a tradẽte niſi trãſferatur in recipientem, vt j.eo.l.ſi quis vi.§.differentia.& l.nec uti-
4 lem.ſ.quibus ex cauſ.maior.†Et ſic hic eſt tex.ſm Bar. ꝙ ius nunquam fingit, vbi fictio nullius eſſet utilitatis, & iſta eſt una maxima concluſio in materia fictionis.vt no.in l.ſi is qui pro emptore. j.titu.j.per eundem.Certe licet iſte intellectus ſit pulcher, non tamen vr̃ bonus ad iſtum tex.quia poterat ius fingere, ꝙ poſſeſſio non recederet a traditione, ſicut non recedit dñium, nam & alibi hoc fingit. j.eod.titu.l.ſi me in vacuam. Dic ergo, ꝙ intentio literę fuit iſta, ꝙ tranſlatio poſſeſſionis cõſiſtit potius in his quę ſunt facti, quàm in his quæ ſunt iuris.ut ſ.§ proximo. non ſic dominij tranſlatio, & ideo uidemus, quòd in multis caſibus dominium acquiritur ipſo iure ſine traditione, uel acquiſitione poſſeſſionis, ut per aditionem hæreditatis, & per confiſcationem bonorum, & tamen poſſeſſio etiam in illis caſibus non acquiritur ſine actu corporali, ut patet in l.cum hæredes. j.& ſ.de publi.l.commiſſa.& no.in l.cum duobus.§.idem reſpondit.ſupra pro ſoc.ideo ius magis fingit in tranſlatione dominij, ꝙ non fiat, quàm in tranſlatione poſſeſſionis, quia de his quę ſunt facti, ius ſe non ita impedit, & hoc uoluit dicere iſte tex.Sed quæro, hic loquitur quando interuenit uera traditio, quid ſi ficta, quia maritus qui donauit uxori, conſtituit ſe precario nomine illius poſſidere, utrum transferatur poſſeſſio? effectus eſt magnus, quia ſi transferatur, iſta donatio cauſa mortis confirmatur.l.cum hic ſtatus.de donat. inter uir. & uxorem.Sed ſi non ſequitur traditio, non confirmatur, etiam ſi interuenit ſtipulatio, ut l.Papinianus.eodem ti.licet ſecus in donatione cauſa mortis, ut patet ex no.per Cyn.in l.j.C. de dona.cauſa

mor.

mor.& eo.tit.l j.ſ.per Bar.vr̄ dicendum,ꝙ talis ficta traditio cum conſiſtat in iure,reprobetur a iure,& potuerit reprobari. arg. hic a ꝯrio ſenſu,& quod no.per Pet.& Cy.in l.j.C.per quas perſonas nobis acquiritur.in ſimi.i,& in l.j. C. de ſuffra. & ita reperio fuiſſe determinatum in publica diſputatione per dñm Argentinum filium dñi Ray.de For. licet non alleget l.iſtam nec iura per me ſupra allegata,ſed alleg.l.quod meo. ȷ.eo.vbi talis ficta traditio requirit legitimam cauſam præcedentem, & hoc non procedit, quia
a non eſt cauſa reprobata. Tamen ꝯ iſtam determinationem [a] eſt gl.expreſſa ordinaria,quam ēt Doct.vñr ſequi.C.de dote cau.nō numera.l.quod de ſuo.ſed poteſt rñderi volendo hanc ſuſtinere, quia illa procedit ibi in terminis quos ponit, qa interuenit duplex actus donantis,& donatarij:ſed nos loquimur,quãdo vnicus tñ actus interuenit.ſ.donantis.Tene menti perpetuo, quia poterit tibi facere honorem.

ſ. [illegible] rılatı a Gom.in l.17 Tau. n.14.

ADDITIO.

a ¶Determinationem.Adde ꝙ opin.illius gl.tenet Ange conſi.5.ꝙ ficta traditio ſufficiat.& an facta donatio de domo per virum uxori in qua cōiter habitabant mortuo viro confirmetur, vide per eundē Pau.cōſi. 106.

1 *Per illũ qui eſt in noſtra poteſtate ex cauſa peculiari acquirimus poſſeſſionem,& uſucapiendi conditionem,ēt ignorantes, et ea quæ acquiruntur etiam furioſo,& infanti carenti omnino intellectu.*
2 *Quare dominus,vel pater,obligetur de peculio ex cōtractu filij,uel ſerui.*

1 ## §.Item acquirimus.

¶†Per illum qui eſt in noſtra poteſtate ex cauſa peculiari acquirimus poſſeſſionem,& vſucapiendi condōnem,etiã ignorantes,& ea quæ acquiruntur ignoranti, acquiruntur ēt furioſo,& infanti carenti omnino intellectu.h.d.Et no. hoc vltimũ.
2 ¶†Not.hic rationē,quare dñs, vel pater obligatur de peculio de contractu filij,vel ſerui,quia voluntate patris,vel dñi videtur contrahere,quia peculium conceſſit,& vr̄ obligari voluiſſe vſque ad vires peculij.¶In gl.ibi,{ȷ.eod.l.quicquid.}rationem dic ut ibi per gl.& Bar.ȷ.ea.l.§.per ſeruum qui in fuga.qui ſeruus, vel ille quem habemus tāq̃ ſeruum acquirit nobis ratione poſſeſſionis q̃ in eo habemus,vel habere iuſta ratione putamus. Sed filius non quærit nobis ratione poſſeſſionis,quam in ipſo habemus, quia pater non poſſidet filium licet ſit in quaſi poſſeſſio.paternitatis, ſed acquirit ratione filiationis,& qa eſt in patria poteſtate, & ideo licet per alium poſſideatur,ut ſeruus, ex re tñ patris acquirit patri etiã poſſeſſionem.Secus in eo qui habetur ut ſeruus,quia ſi per alium poſſideatur,non quærit uero dño poſſeſſionem ex re illius,ut ȷ. proxi.§.Et ex hoc patet ꝙ vnius monaſterij monachus licet retineatur per aliud monaſterium indebite,acquirit primo monaſterio,quia iſta acq̃ſitio non fit ratione poſſeſſionis,ſed ratione obedientiæ,& ſubiectionis.Vnde inſpicitur monaſterium,cui re uera debet ſubiectionem,& reuerentiam,nō aliud quod eum retinet indebite.¶In gl.ſeq.{ergo multo magis ignorãti. & pro iſta ratione facit ȷ.de reg.iur.l.quæ poteſt inuitis,& ſ.de fideicom. lib.l.4.§. 2.& iſta eſt vera quo ad hoc,vt acquiratur poſſeſſio ſola, ſed vſucapiendi conditio extra cauſam peculiarem non acquiritur ignoranti,licet ſecus ex cauſa peculiari,ut hic,quia primo caſu dr̄ deeſſe uoluntas dñi omnino,cum conceſſerit peculium,& ſic omne illud vr̄ conceſſiſſe quod ex cauſa peculiari obuenit, & hoc vult uer.quia noſtra,ſed in ſecundo caſu omnino deficit voluntas domini,ideo non quæritur vſucapiendi conditio in qua requiritur bona fides,& ignorans non dicitur habere bonam, uel malam fidem,vt not.gl.C.eo.l.j. ¶Aduertendum tñ eſt ꝙ in acquiſitis per ſeruum ſiue ex cauſa peculiari,ſiue non,dr̄ dñs poſſidere ciuiliter & naturaliter animo,& corpore ſerui, & ideo acquiritur ſibi etiã ignoranti,ſed in non acquiſitis per ſeruum,ſed conceſſis ſeruo ꝑ dñm dr̄ dñs poſſidere ciuiliter per ſe,& animo ſuo, & corporaliter per ſeruum corpore ſerui,ut ſ.eod.l.3.§. ꝙ ſi ſeruus.Eſt & alia drĩa,quia ex cauſa peculiari vr̄ acquirere dño etiam ex cauſa iniuſta,extra cauſam peculiarem non niſi ex iſta,vt ȷ.eo.l.ꝙ ſi ſeruus.

1 *Per ſeruum alienum uel liberum hominē bona fide poſſeſſum acquiritur. poſſeſſio poſſeſſori,ſed ſi mala fide nec illi acquiritur,nec etiam alteri.*
2 *Qui per alium poſſidetur,ut ſeruus,non poteſt acquirere poſſeſſionem,niſi ei,qui ipſum poſſidet etiam ſi ille ex aliqua cauſa nō poſſit acquirere.*
3 *Facilius quæritur dominium,quàm poſſeſſio,*

1 ## §.Sed & per eum.

¶†Per ſeruum alienum, uel liberum hominem bona fide poſſeſſum acquiritur poſſeſſio poſſeſſori, ſed ſi mala fide,nec illi
2 acquiritur,nec etiam alteri.h.d.†Et no.iſtam rł am quæ colligitur ex fi.huius §.ꝙ qui per alium poſſidetur,ut ſeruus non poteſt acquirere poſſeſſionem,niſi ei qui ipſum poſſidet,etiam ſi ille ex aliqua cauſa non poſſit acquirere,vt puta quia ſit malæfidei, uel qa acquirit extra rem illius,& operam.nam nec illi acquirit, nec etiã alteri.Secus in dño qui poteſt alteri, puta uero dño ſi erat ſeruus alienus,uel etiam ſibi,ſi erat liber homo,acquirere, & hoc uoluit gl.hic ī effectu per l.liber homo. in fi.ſ.titu.j.Eſt ergo caſus hic per quem facilius acquiritur dñium,q̃ poſſeſſio, & uide bonam glo. in l.ſi ſeruus.ſ.de public.hoc tñ fallit, qñ ille alius qui ipſum animo poſſidet,erat pater eius,& habebat eum in ſua poteſtate,nam tũc in caſib.in quibus non acquirit ei qui ipſum poſſidet,ut ſeruum, acquirit patri,ut ȷ.eo.l quicquid.& no.ſ.eo.§.in gl j.ibi ex duabus cauſis,puta ex re poſſeſſoris,& ex opera ſua, & ita debet limitari iſte tex ¶In glo.ibi{quid ergo de aliis.} ideſt ſi acquirit extra rem
3 poſſeſſoris,uel operam ſuam.†Et no.ex iſta gl.ꝙ facilius quæritur dñium,q̃ poſſeſſio,quia dñium acquiritur uero dño, licet ſeruũ non poſſideat,uel ipſi libero homini poſſeſſio, ſed poſſeſſio non, & potius toleratur,ꝙ nulla acquiratur,q̃ ꝙ acquiratur illi,qui eũ non poſſidet.¶In gl.ibi,arg.ꝙ demum poſt ratihabitionem hęc uera,ꝙ tunc non acquirit tanquam ſeruus,ſed tãquam negotiorum geſtor ꝑꝑ uoluntatem ſuam, uel tradentis, ideo requiritur ratihabitio cuius nomine acquirit. Sed quando acquirit tãquam ſeruus ratihabitio non requiritur cum etiam inuito acquirat, ut l. ſeruus uetante. ȷ.de uerb.oblig.

## §.Per communem ſeruum.

¶Seruus cōis pōt uni ex dominis poſſeſſionem acquirere ſi hoc egerit.h.d.Et etiã ſtipulari,ut hic in gloſſ.j.in fin.ſed ſi ſimpliciter recipiat,acquiritur vtrique pro portione dominica.

## §.Per eum,in quo.

¶Per ſeruum in quo habemus uſumfructum acquirit nobis poſſeſſio ex noſtra,uel ex opera ſuã,licet ipſum ciuiliter nō poſſideamus.h.d.text.cum gl.¶Et aduerte ꝙ Iuriſconſultus primo ponit de illis,qui re uera ſunt in noſtra poteſtate in §.item acquirimus.poſtea de illis qui non ſunt, ſed putantur eſſe in §. ſed ꝑ eũ.poſtea de illis qui ſunt pro parte domini,ut in §. præce. hic uero de illis,qui non ſunt in totum,uel pro parte, nec eſſe putantur, tñ in eis aliquod ius habemus, quod eſt quaſi dñium ut uſumfructum in quibus eſt dicendum idem,quod in illis qui eſſe putãtur, & non ſunt.

1 *Per illum qui penitus caret intellectu non poſſumus acquirere,ſecus ſi nō penitus,licet perfectum non habeat.*
2 *Si quis habet filium naturalem,& ex illo ſuſcipiat nepotem legitimum, & naturalem reſpectu filij patris ſui, licet non reſpectu aui, & poſtea mortuo filio naturali contrahat matrimonium cum illa concubina ex qua habuit filium naturalem,an ille nepos legitimetur.*
3 *Equo currente ad brauium ſi famulus cadat antequam perueniat ad brauium,licet ille equus primo perueniat,an acquirat domino.*

1 ## §.Cęterum & ille.

¶†Per illum qui penitus [a] caret intellectu non poſſumus acquirere,ſecus ſi non penitus,licet perfectum non habeat.h.d. ¶Et hic Iuriſconſultus declarat quod dictum fuit in §.item acquirimus,ꝙ per illum qui in noſtra poteſtate eſt,poſſumus quærere quia hoc eſt verum,ſi habeat intellectum,alias ſecus.Et ſic no. ꝙ inhabilitas medij, per quod debet facere tranſitum de te ad me impedit tranſitum fieri.facit l.tria prædia.de ſeruitu.ruſtic.prædio. & l.duo Marco.C.de quæſtioni.& ȷ.de fal.l. filius. §. ſequens qō.
1 †Et eſt arg.ꝙ ſi quis habet filium naturalem,& ex illo ſuſcipiat nepotem legitimum,& naturalem reſpectu filij, patriſque ſui, licet non reſpectu aui,& poſtea mortuo filio naturali contrahat matrimonium cum illa concubina ex qua habuit filium naturalem, ꝙ ille nepos non legitimaẽ quo ad ipſum auum, quia legitimatio debet per prius facere fundamentum in ipſo filio naturali, & de ipſo facere tranſitum ad nepotem.arg.in l.ſi libertinus.§.poſthumus.de oper.lib.ſ.ubi eſt bonus tex.ſed hic cum naturalis ſit mortuus non pōt facere fundamentum in eo. ergo non extēditur ad
3 nepotē per ſaltum,& hoc tenuit Guil.de Cugn.¶†Inducit ēt iſte tex.ad quæſtionem de equo currente ad brauium, ꝙ ſi famulus cadat antequam perueniat ad brauium.licet ille equus primo ꝑueniat,non quæritur dño illius,quia ille equus ſolus caret intellectu.de quo uide per Dy.& Bar.In text.ibi,{quod ſi impuberem miſeris.}ſed quid ſi nō miſiſti,ſed ipſe impubes filius tuus aut ſeruus aliquam rem recipit,utrum tibi poſſeſſionem acquirat, text, hic innuit ꝙ non,& ꝙ cauſa acquirendi ſit miſſio tua, ꝯrium puto uerius,ſi erat maior infante.& ſic non carebat omnino intellectu.Sicut enim poterat acquirere ſibi,ſi eſſet ſui iuris.vt ſ. eadem. l.§.adipiſcimur.in fin.ita alteri,ſi eſt in illius poteſtate.¶In glo.j.ibi, ut ȷ.eodem.l.quamuis.§.infans.tu diſtingue tres caſus,ut dixi in § adipiſcimur.ſ. eadem l. ſicut enim illi habent locum quando vult quærere ſibi,ita quando alteri.¶In gloſſ.ibi,{reſpondeo,}dic ſm Azo.contrarium tenent Doct.ꝙ ſi ſeruo meo,uel filio furioſo,

aut

ADDITIO.

a ¶Penitus.Neque enim eligere poteſt aut diſcernere vtile ab inutili cum diſcretione careat.

n.° 2. [illegible] ergo non extenditur [illegible] a Gom.in l.9 Tau.n.° 61 [illegible]

aut ẽt procuratori res tradatur cum intentione, vt acquiratur mi
hi, non acquiritur, ſicut ipſo dormiente ponatur aliquid in manu
ſua, vt ſ. ea. l. §. adipiſcimur. licet ſecus ſi habeat intellectum. poſito
ꝙ non intendat mihi acquirere dum tamen tradens hoc geſſerit
in animo, vt ſ. de dona l. qui mihi donatum.

**§. Pupillus per.** In §. pupillus ibi, {ſiue impuberem,}
hic vr̃ tex. ꝙ impubes poſſit eſſe ꝓ-
curator ad negotia. nam ẽt poteſt eſſe inſtitor, vt l. ſed & ſi quis. §.
fin. ſ. de inſtito. & imputet ſibi qui ipſum inſtituit, ſed in ɔ̃rium ꝙ
minor xvij. annor. non poſſit eſſe procurator ad negotia, eſt tex.
in ca. qui generaliter. de procur. lib. 6. de hoc dic, vt l. minor. ſ. de ꝓ
cu. quia hoc eſt vnum quid inſtabile, ꝙ ad negotia non poſſit eſ-
ſe minor 17. ann. cum non habeat agere ipſe cum aliquo inuito,
& de iure potius vr̃ dicendum, ꝙ dummodo habet intellectum
poſſit eſſe, & imputet ſibi conſtituens. ¶ In text. ibi, {quin tñ tuto-
re} hoc requiritur, ſi pupillus erat infans, non tñ omnino carens
intellectu, ut quia erat ſex annorum, uel circa, tunc. n. ſicut nõ po
teſt acquirere poſſeſſionem per ſeipſum ſine tutore, vt j. eo l. q̃-
uis. §. infans. ita nec per alium eius iuſſu, vt hic. Sed ſi omnino ca-
ret intellectu deberet iuſſus fieri ab ipſo tutore, & ſi eſſet maior
infante, poſſet iubere, etiam ſine tutore, ut dixi in §. adipiſcimur. ſ.
ead. l. & hoc voluit in effectu j. gl. hic.

1 *Seruum fugitiuum poſſidemus ciuiliter ſolo animo, & etiã vſucapimus,
ſi ante fugam fuit vſucapio incepta, & per ipſum nobis acquiritur poſ-
ſeſſio, dummodo per alium poſſeſſio non ſit occupata adhuc.*
2 *Sola ciuilis poſſeſſio eſt ſufficiens ad vſucapiendum vel præſcribendum.*
3 *Sola ciuilis poſſeſſio, an ſit maioris effectus, quàm ſola naturalis.*
4 *Si quis habeat ſubditos, & alius eos inuitos occupauit, & patet de illorũ
voluntate, videtur quòd dominus vel prior poſſeſſor, non perdat poſſeſ.*

1 **§. Per ſeruum.** †Seruum fugitiuum poſſidemus ci-
uiliter ſolo animo, & ẽt vſucapimus
ſi ante fugam fuit vſucapio incępta, & per ipſum nobis acquirit̃
poſſeſſio, dummodo per alium poſſeſſio nõ ſit occupata adhuc.
h. d. & ſemper allegatur iſte §. ¶ In text. ibi, {Nerua filius ait.} & tñ
iſte fatebatur, ꝙ ipſum poſſidemus non obſtante fuga, & ẽt uſu-
capimus, vt ſequitur {licet rñdeatur, &c.} Et forte fuit motiuum
iſtius, ꝙ non acquiratur nobis, quia nobis non ſeruit, licet ipſum
poſſideamus, ſed hoc dictum corrigitur in ver. ſed vtilitatis, quia
ſi poſſidemus, & vſucapimus, ergo per ipſum nobis acquiritur, ſi
cut ſi non eſſet in fuga, & nobis ſeruiret, vt in fine. ¶ Et notandũ
circa primum dictum ſummarij, vbi dixi, ꝙ ſeruum fugitiuũ poſ-
ſidemus ciuiliter, & hoc eſt verum quo ad ea quę tendunt in no-
ſtrum fauorem, ſed quo ad ea quę tendunt ad pręiudicium, non
habemus pro poſſeſſorib. ideo pro furto, vel maleficio ipſius nõ
poſſumus conueniri. j. de fur. l. ſerui, & filij. §. fi. ſm uerum intelle-
ctum. ¶ Item dum dixi ciuiliter, eſt verum, qñ ante fugam poſſi-
debamus ciuiliter, & naturaliter. ſi autem naturaliter tm̃, vt quia
habemus vſumfructũ, tunc retinemus nãlem ſolo aĩo, & etiam
quaſi ciuilem iure vſusfructus, vt l. arborib. §. de illo. ſ. de vſufruc.
¶ Item, & tertio procedit iſte text. qñ aufugit a nobis malefide ſi-
ne aliqua iuſta cauſa, ideo nõ perdimus poſſeſſionem ciuilem ſta
tim, ſi ab alio non occupatur, ſed demum ſi per decennium ſtete
rit in ſtatu libertatis, vt no. j. eo. l. 3. §. ſi ſeruus. quia tunc inducitur
obliuio ex lapſu decennij pp quam perditur ciuilis poſſeſſio, vt
dixi in prin. huius l. ſed ſi bona fide ex aliqua cauſa iuſta ſiue ſit ve
ra ſiue non, ſed putabat eam veram. tunc ſtatim perdo poſſeſſio
nem, ẽt ſi per alium non ſit occupata, vt patet in l. liberis. §. fi. ſ. de
libẽ. cau. vbi ſi vendico ipſum in ſeruitutem, dicto caſu habeo ne-
ceſſe probare, ꝙ ſit ſeruus, quod nõ eſſet, ſi eſſem in poſſeſſione il
lius, & ita voluit Inno. in c. de ſeruorum. de ſeruis non ordinãdis.
2 ¶ †Circa ſm dictum dum dixi ꝙ vſucapimus talẽ ſeruum, allega
tur iſte tex. per Dy. & alios, ꝙ ſola ciuilis poſſeſſio eſt ſufficiẽs ad
vſucapiendum, vel præſcribendum, ut no. Dy. in c. ſine poſſeſſio-
ne. de reg. iur. & iſte tex. principaliter allegatur ad hoc. ſola aũt na-
turalis non eſt ſufficiens, quod patet, quia cum vnus poſſidet ve-
re ciuilem, & alter naturalem, vt j. eo. l. clam poſſidere. §. fi. & not.
in prin. huius l. ſi quælibet eſſet ſufficiẽs ſequeretur, ꝙ quilibet vſu
caperet, & ſic quæreretur dñium cuilibet in ſolidum, qđ eſſe non
poteſt. vt l. ſi certo. §. ſi duob. vehiculum. ſ. commodati. & de hoc
eſt caſus, ꝙ ſola naturalis non ſufficit ad vſucapiendum, vel præ-
ſcribendum ſupra titu. j. l. acquiritur. §. fi. in fi. vide in l. 3. §. ex ɔ̃rio.
j. eo. Et ex hoc ꝙ ſola ciuilis ſufficiat, ſequitur ꝙ ſi aliquis xx. ann.
ſoluerit canonem tanquam emphyteuta, & cadit a iure ſuo pro-
pter canonem non ſolutum, dño repetenti rem nõ poteſt oppo
ni quæſtio dominij. & ſufficit, ꝙ dñs oſtendat ſolutionem xx. an-
norum, quia pro illis patet ꝙ ipſe poſſedit dicto tempore ciuiliter
& illa ſola ſibi ſufficit ad præſcribendum rem illam, vide in Spec.
3 de locato. §. nunc vero aliqua. ver. 3. cum ſeq. ¶ †Eſt ergo maioris
effectus ſola ciuilis, q̃ ſola naturalis, in hoc, & etiam quo ad acq
ſitionem fructuum, quia fructus ex re percepti pertinent ad ciui-
lem poſſeſſionem, nõ ad naturalem, vt not. j. ea. l. 3. §. ex ɔ̃rio. hoc
quod dixi de naturali procedit quo ad vſucapiendum directum
dominium, vel etiam pręſcribendum vtile, quod ɔ̃riatur directo,
vt ſi quis poſſideat naturaliter rem tanquam directus dñs, quia
neutrum dñium acquirit. Sed quantum ad acquirendum utile,
quod non contrariatur directo, ſed ſubalternatur, vt eſt iſtud qđ
habet emphyteuta, vel ſuperficiarius, vel feudatarius, talis natura
a lis bene eſt ſufficiens [a] ad ipſum præſcribendum, vt no. Bar. in prin
ci. huius l. per l. competit. C. de præſcr. xxx. ann. & etiam quantum
ad acquirendum ius vſusfructus, ſi poſſedit vſusfructus, vt l. fi. in
fi. de præſcrip. long. temp. ſed ego taliter dixi in princ. huius l. quia
naturalis poſſeſſio rei non eſt illa, quæ faciat præſcribi iſta iura, ſed
4 ciuilis quaſi poſſeſſio iſtorum iurium. ¶ † Circa vltimũ dictum,
dum dixi, niſi per alium fuerit poſſeſſio occupata, quia tũc ſtatim
perdimus poſſeſſionem. dicit Bal. not. in l. j. C. de ſeruis fugi. iſtud
eſſe verum, niſi ſeruus inuitus, deuenerit in poſſeſſionẽ alterius,
tunc enim quando inuitus, ita retinemus poſſeſſionem, ac ſi non
deueniſſet, & rem acquirimus per eum, vt ſi fuit nobis ſtipulatus
vel noſtro nomine aliquid receperit. tex. eſt notabilis qui hoc re-
probat in l. arborib. §. de illo. cum l. ſeq. ſ. de vſufruc. Et eſt notan-
dum pro illis, qui habent ſubditos. Nam ſi alius eos inuitos occu
pauit, & patet de illorum volũtate, videtur, ꝙ dominus, vel prior
poſſeſſor poſſeſſionem non perdat, ad quod facit j. e. l. ſi rem mo
bilem. in fine. quia per ipſorum animum retinemus poſſeſſionẽ,
licet non ſic in aliis reb. inanimatis mobilibus, vel etiam animatis
anima irrationali.

ADDITIO.

a ¶ Bene ſufficiens. vide quę poſui in prin. l. huius, vbi allegaui Cald. conſil. j. de pręſcr.

1 *Per ſeruum pignori datum & traditum, nec tradenti nec accipienti poſ-
ſeſſio quæritur.*
2 *Licet creditor poſſideat, tamen talis poſſeſſio non debet ſibi eſſe vtilis, niſi
quo ad vnum, ut poſſit pignori incumbere, quouſque ſibi ſatisfiat.*
3 *Debitor uere non poſſidet rem pignoratam, ſed fingitur poſſidere quo ad
effectum de quo hic remiſſ.*

1 **§. Per ſeruum.** ¶ †Per ſeruum pignori datum & tra-
ditum, nec tradenti nec accipiẽti poſ-
ſeſſio quæritur. h. d. Ratio primi eſt, quia tradens non poſſidet ci-
uiliter uel nãliter, licet fingatur poſſidere quo ad vnum effectũ,
ſ. vſucapiendi, vt hic in tex. & etiam euitandę cautionis de iudicio
ſiſti, ut in gl. ergo ſibi poſſeſſio non acquiritur, vt ſ. ead. l. §. ſed per
2 eum. †Ratio ſecundi dicti eſt, quia licet creditor poſſideat, tamen
talis poſſeſſio non debet ſibi eſſe vtilis, niſi quo ad vnum effectũ,
vt poſſit pignori incumbere, quouſq; ſibi ſatisfiat. Vnde fructus
percepti ex tali re non quærunt ſibi ratione talis poſſeſſionis, ſed
debet eos in ſortem computare, vt l. j. & ij. C. de pig. actio. & eod.
a modo non quęruntur aliæ commoditates, [a] & hoc vult iſte text.
3 in ſi. & l. ſi ſeruum. in prin. ſ. ti. j. †In tex. ibi, {videri.} ex hoc apparet,
ꝙ debitor verè non poſſidet rem pignoratam, ſed fingitur poſſi
dere quo ad effectum, de quo ſubijcit, quia iſtud verbum impro
prietatem ſignificat, ut no. j. eo. l. naturaliter. in prin. In fin. tex. ibi
{quamuis eum poſſideat.} ſupple tam ciuiliter, quàm naturaliter
quod dic ut plene no. in l. cum notiſſimi. §. j. C. de præſcr. xxx. ann

ADDITIO.

a ¶ Commoditates. Sed an habens caſtrum pignoratum poſſit iuriſdictio-
nem exercere, vide Lud. Ro. ſing. ſui s fol. 12.

**§. Veteres putauerunt.** ¶ Per ſeruũ, in quo
habeo titulum uni-
uerſalem hęreditarium, ẽt poſt aditam hęreditatem, & acquiſitũ
dñium & poſſeſſionem ipſius, non poſſum poſſeſſionem aliarũ
rerum hęreditariarũ acquirere, ſed per illum in quo habeo titulũ
ſingularem, poſt quæſitum dñium & poſſeſſionem ipſius, bene
poſſum quærere poſſeſſionem aliarum rerum, in quibus habeo
eundem, uel ſimilem titulum. Idem ſi habeo partim titulum uni-
uerſalem, partim particularem. h. d. uſq; ad §. hęc quę de ſeruis. ſm
intellectum quem puto uerum, licet gl. aliter allegat, q̃ etiam ſeq-
tur Bar. ſed Ang. ur̃ ſentire id quod dixi. In gl. mag. ibi, {tu dic} in-
telligit ergo iſta gl. primum dictum huius §. qñ hæreditas nõ erat
adhuc adita, & ſic hęres nec dñium nec poſſeſſionem habebat in
ſeruo hæreditario, merito nil põt ſibi quęri de illa hæreditate: ſed
ſi iam eſſet adita, & ſic quæſiuiſſet dñium omnium rerum, nõ ta-
men poſſeſſionem, ut j. eo l. cum hæredes. & poſtea poſſeſſionẽ
illius ſerui adeptus eſſet, bene poſſet per illum ſeruum acquirere
poſſeſſionem aliarum, quia non eſt dare rationem quare non, ta
men tunc non diceretur ſibi quæri per ſeruum hæreditarium,
d quia amplius non dicitur hæreditarius, ſed hæredis. [a] Nam hære-
ditas

ADDITIO.

a ¶ Sed hæredis Quod facit ad q. de quibus per noui. & per me hic in apo
ſtil. ad Bar. in ſtampa de tortis.

ditas deſinit eſſe hæreditas poſtq̃ eſt adita,quia efficitur vnum pa
trimonium cum bonis hæredis. Sed quando plures ſerui fuerũt
legati vel donati,& legatarius, vel donatarius quæſiuit poſſeſſio-
nem vnius,poteſt acquirere per ipſum poſſeſſionem aliorum,&
dr̃ quæſiuiſſe per ſeruum legatum vel donatum,q̃a non per hoc
dr̃ deſiiſſe eſſe donatus,uel legatus,ita intelligit iſta gl.hunc textũ.
Sed certe iſte intellectus eſt nugatorius, quia nõ deberet fieri dif-
ferentia inter hæreditarium ſeruum,vel legatum, aut donatum,
ſed inter illum in quo habeo poſſeſſionem, & dominium, & illũ
in quo non habeo. Nam etiam poſt aditam hæreditatem poteſt
dici ſeruus hæreditarius habito reſpectu ad id quod fuit,vt in hac
gl.& etiam dr̃ hęreditas,vt patet in tit.de peti.hære. vbi hæres poſt
aditam hæreditatem petit hæreditatem a poſſeſſore, intelligo er-
go iſtum tex.in primo dicto, & ſi hæres hęreditatem adiuit, & il-
lius ſerui poſſeſſionem apprehendit,& quæ ſit rõ diuerſitatis, dic
vt colligitur ex tex.cũ glo.melius q̃ alibi.in l.quod per manus.de
iure codic.& ibi tetigi.& l.per ſeruum.de acquir.hæred.

1 *Seruus acquirit domino ita demum, ſi uult, quia ſecus ſi de contraria ip-*
*ſius ſerui uoluntate appareat.*
2 *In acquiſitis malignitas ſerui non poteſt nocere domino.& quid in acqui*
*rendis.*

1 §.Hæc quæ de ſeruis. ¶†Seruus acquirit dño
ita demum, ſi vult,quia
ſecus ſi de ɔ̃ria ipſius ſerui voluntate appareat.h.d.Et not.iſtud,ꝙ
licet ſeruus acquirat dño etiam inuito,vt ⁊.de uerb. obli.l.ſeruus
vetante.non tñ inuitus acquirit,vt hic.In tex.ibi,{ſi & ipſi velint.}
& in dubio præſumuntur uelle,niſi de ɔ̃ria uolũtate appareat, vt
ſequitur.Videbatur,ꝙ etiam ſi appareat de ɔ̃ria voluntate,tñ ac-
quirerent,quia non poſſunt immutare iuris diſpoſitionem, quæ
eſt vt acquirant dño ratione dominicę poteſtatis,quia ſicut illam
nõ poſſunt tollere,ita nec effectum eius.Sed ɔ̃rium eſt, vt hic pa-
tet,& ⁊.de ſtipu.ſeruorum.l.ſeruus communis,ſic vbi ſeruus cõis
poteſt ſtipulari vni ex dominis,& illi ſoli acquirit, nõ ſolum ergo
inſpicitur dñica poteſtas,ſed etiam voluntas ſerui.In gl. quæ inci-
pit{ſed Titio.} ſupple.ſ.tanquam negotiorum geſtor ipſius Titii,
quia ſicut liber homo poteſt eſſe negotiorũ geſtor,ita & ſeruus,
vt probatur ⁊.eo.l.ſi me in vacuam. in fi. & etiam procurator ad
negotia, vt l.ſeruum quoquę.de procu.& ideo requiritur ratiha-
bitio illius,cuius nomine recepit,vt ſequitur in gl.In glo.ibi. {quo
caſu ſerui malignitas non nocet.} dicit Ang.hoc uerum,qñ de in
tentione maligna ſerui non apparet,ſecus ſi expreſſe dicat ſe nol-
le quærere dño,quo caſu etiam ſi tradens dicat ɔ̃rium, non acq-
rit domino,quia tunc nullum myſterium præbet domino, & ita
etiam intelligit id,quod habetur in l.qui mihi donatum.s̃.de do-
na.ſed ibi dixi contrarium, quia ſi ſeruus non exprimit animum
ſuum,ille non reſpicitur,vt l.ſi repetendi.C.de condi.ob cauſ. vn-
de videtur recipere eo aĩo,quo alius ſibi tradit. Debet ergo intel
ligi illa lex qñ appareret de aĩo recipientis in ɔ̃rium.nam ſi eſt ſer-
uus,uel ſi eſt verus procurator habens ad hoc mandatum, hoc
ſufficit vna cum intentione tradentis,& expreſſione, licet ipſe re-
2 cipiat alia intẽtione,& hoc exprimat.†In gl.ibi,{ſecus in quęſitis.}
quia in illis malignitas ſerui non poteſt nocere domino, vt faciat
eum quæſita perdere,ſecus in acquirẽdis, quia facilius impeditur
acquiſitio quam perdatur acquiſitum.facit l.ſi.C.eo.& l.patre fu-
rioſo.de his qui ſunt ſui vel alien.iuris.Aut hic diſtinguit de ſeruis,
de his dic ut hic per eum.

1 *Quòd debeamus potius dicere poſſeſſionem alicui acquiri, quàm quòd nul*
*li acquiratur, & quam tradens perdat, & remaneat vacans, non tamen*
*eſt ſemper uerum.*

§.Per procuratorem. ¶†Per procuratorem,
& alium legitimum ad-
miniſtratorem acquiritur nobis poſſeſſio,ſi procuratorio vel ad
miniſtratorio nomine recipiant,ſecus in proprio. h.d.In text.ibi.
{nobis acquiritur.} ſ.ſi recipiant noſtro nomine,alias ſecus, vt ſe-
1 quitur.†In text.ibi,{alioquin.} nota hic,ꝙ potius debemus dicere
poſſeſſionem alicui acquiri,q̃ ꝙ nulli acquiratur,& ꝙ tradens eã
perdat,& remaneat vacans.ſic s̃.eo.l.ſi vir. hoc tamen non eſt ſp
verum,quia interdum toleratur,ut nulli acquiratur,& tamen tra
dens eam perdat,vt patet s̃.e.l.§.per ſeruum corporaliter. & §.ſed
& per eum.dic ergo,ꝙ ratio q̃ ponitur hic,non eſt ſufficiens, ſed
illa eſt melior,quia eſt uerus procurator, & procuratorio nomi-
ne recipit.Vnde per actum naturalem poteſt acquirere poſſeſſio
nem & dñium.vt C.eo.l.per procuratorem.s̃.ti.j.l.ſi procurator.
Hic eſt una gl.mag.quę recitat vnam opi.Rugerij nullius valoris.
fecit enim Ru.dr̃iam inter procuratorem generalem,& ſpecialẽ.
Item in primo caſu fecit differentiam, vtrum ille qui tradidit, hoc
gerat in animo,& non qui facit,uel econuerſo, & ſil'r in ſecundo
caſu fecit aliam dr̃iam.ſed lo.reprobat oĩa iſta,& bene, quia non
eſt fienda differentia inter generalem,& ſpecialem,nec ẽt an vter
que hæc gerat in animo,uel alter tantum,quod dic.l.qui mihi do
natum.s̃.de dona.& hoc in uero procuratore ſiue geſtore.dic ut
no.in prima parte gl.

1 *Per ſolum aſpectum interueniente traditione ueri poſſeſſoris, acquiritur*
*nobis poſſeſſio.*
2 *Quando actus geritur per procuratorem meum me præſente, uidetur geri*
*per me, & non acquiro tunc mediante procuratore, ſed per meipſum.*

1 §.Si iuſſerim vendi. ¶†Per ſolum aſpectum in
teruenientе traditione ve
2 ri poſſeſſoris,acquiritur nobis poſſ.h.d.† Et not.hic tex.cum gl.ꝙ
qñ actus geritur per procuratorem meum me præſente,uidetur
geri per me,& non acquiro tunc mediante procuratore, ſed per
meipſum.Et iſta poteſt eſſe ratio l.ſi. ꝓcuratori pręſenti. de uerb.
obl. ⁊.ꝙ tunc quæritur dño actio ſine ceſſione per procuratorẽ,
non ſic qñ non erat præſens.l.poſſeſſio quoque.§.& ſi poſſeſſio.
⁊.eo.l.Dicit etiam Ang.in §.præcedenti,ꝙ qñ non ſum præſens,
tunc mihi acquiritur per procuratorem, qñ interuenit actus nã-
lis,& corporalis apprehenſio ipſius verus uel vera,ſecus ſi fictus,
uel ficta,vt ſi aliquis conſtituit ſe poſſidere nomine procuratoris
mei,quia per talẽ actum fictum,non p̃t procurator mihi acquire
re.arg.l.ea quæ ciuiliter.s̃.de acquir.rer.domin.& de hoc dic ut ⁊.
eod.l.quod meo.

1 *Vniuerſitas repreſentans perſonas uiuas poteſt poſſidere per ſe, & per a-*
*lium.*
2 *Vniuerſitas repreſentans perſonam quæ nunquam poteſt dici vixiſſe, quæ*
*non eſt corporalis nec mortalis (vt eſt Deus) an poſſit poſſidere per ſe,*
*& per alium.*

1 §.Municeps. ¶†Vniuerſitas repreſentans perſonas
uiuas põt poſſidere per ſe,& per aliũ.h.
d.cum l.ſeq.ſecus in illa quæ repreſentat perſonam mortuam ut
2 hr̃ditas.vt l.j.§.Scęuola.⁊. ſi quis teſtamẽto liber eſſe iuſſus.†Quid
autem ſi repreſentat perſonã, quæ nunquam poteſt dici uixiſſe.
quia non eſt corporalis,nec mortalis, ut eſt Deus.pone exemplũ
in eccleſia,quia quicquid relinquitur eccleſiæ, cenſetur relictum
Deo,vt in Auth.de eccle.tit.§.ſi quis innominatus.coll.ix. dic ꝙ li
a cet rector eccleſiæ mortuus ſit,poſſeſſio tñ non perditur, [a] ſed re
manet apud eccleſiam.i.apud Deum,ut no.Inn.in ca.cum ſuper
de cau.poſſ.& propr.adde quod nota.in §.apud muros eccleſiæ..
Et recitatur hic tres opiniones.Vna ꝙ uniuerſitas municipij, vel
alia non poſſit aliquam rem poſſidere,quia ad poſſidendũ requi-
ritur verus animus,qui non cadit in tali vniuerſitate,quæ dr̃ per-
ſona ficta,nec obſtat.ſi dicatur,ꝙ uniuerſitas poſſidet forum,uel
baſilicam,quæ ſunt loca publica,quia nõ eſt uerum ꝙ poſſideat,
licet eis vtantur ſingulares homines uniuerſitatis. Alia fuit opi. ꝙ
bene poſſit poſſidere per aliũ,puta per ſeruum,licet primi ɔ̃dicãt
quia nõ põt poſſidere ſeruum,ergo nec per ipſum alias res.Ter-
tia eſt opi.in l.ſeq.ꝙ tam per ſe,q̃ etiam per alium,puta, per ſeruũ,
vel procuratorem aut ſyndicum,poſſit poſſidere, quia inſpiciun
tur ſingulares,perſonæ ipſius quæ habent animum.

ADDITIO.

a ¶Modo perditur.Facit quod voluit Ro.deciſ.ſuis.de reſti.ſpo.ꝙ pręlatus
confirmatur,qui non dum adeptus a poſſ.dignitatis ſuæ poteſt agere in-
terdicto unde ui,quia licet vacet dignitas,non uacat poſſeſſio bonorum
eccleſiæ,& eccleſia eſt in anima viuentis,quod ſecus eſt in hęreditate ia
centæ,de quo etiam per Old.conſi.172.

LEX III.

1 *Res corporales proprie poſſidentur, & ad acquirendum poſſeſſionem re-*
*quiritur animus, & corpus. Et qui ingreditur partem fundi, totius fun-*
*di poſſeſſionem acquirit.*
2 *Quaſi poſſeſſio in iuribus incorporalibus, an diſtinguatur in ciuilem, &*
*naturalem.*
3 *Per quem modum acquiritur poſſeſſio talium iurium.*
*Reuerſi & occupantes aliqua bona, & animo continuandi poſſeſſionem*
*tum non poſſent continuare, quia iam perdiderãt, uel quia colonus, uel*
*procurator dimiſerant animo relinquendi, acquirunt de nouo poſſeſſio-*
*nem, ſi non eſt per alium occupata.*

1 POſſideri autem. ¶†Res corporales
proprie poſſidẽtur
& ad acquirẽdum poſſeſſionem requiritur animus,
& corpus.Et qui ingredit̃ partem fundi,totius fundi
poſſeſſionem acquirit. h.d. Et ſp allegat̃ iſtud principiũ in ſecũdo
& tertio dicto.In gl.2.ibi,{ſed quaſi poſſident.} & iõ non dant̃ in-
terdicta directa,ſed utilia pro iurib.incorporalib. vt in legib. alleg.
2 in gl.†Et an iſta quaſi poſſeſſio diſtinguat̃ in ciuilem, & naturalẽ,
dic ut no.per Bar.in l.j.in prin.s̃.eod.& per gl.in l.ait prætor.§. itẽ ei.
quib.ex cauſis maio.ꝑ quem modum acquiratur poſſeſſio taliũ
iuriũ dic,ꝙ aut exercẽt circa rem,vt ſunt iura ſeruitutũ, & acqui-
ratur quaſi poſſeſſio ꝑ interductionem in rem,in quam exercẽt,
vt l.3.§.dare.s̃.de uſuf.Aut exercent circa perſonam,vt eſt iuriſdi-
ctio,

ctio,vel ſuperioritas, & tunc dic plene hoc & pulchre per Inn.in
c.ex literis.de reſti.ſpo.& in c.cum dilectus.de capel.mona.In glo.
quæ incipit.{licet retineri.} circa finem ibi,{vel dic ꝙ in cauſis.} eſt
notandum,ꝙ aliquando acquiritur poſſeſſio per actus introdu-
ctos de iure naturali vel gentium,vt per apprehenſionem corpo
ralem,manuum,aut pedũ,& tunc requiritur illa apprehẽſio, vna
cum aĩo,vt hic.Interdum per actus mere ciuiles, quod contingit
multis modis,vt quia aliquis conſtituit ſe meo noĩe poſſidere p̄-
cedente iuſta cã. ).co.l.quod meo. vel per retentionem vſusfruc.
precedente ıı̈ r iuſta cã transferendi dñiũ,vt l.quiſquis.C.de don.
vel appoſitionem cuſtodis.vt ).e.l. quarundã. & tunc requiritur
animus vna cum illo actu a iure introducto, vt in dictis iuribus,li
cet nõ interueniat inſtrm corporale manuum, aut pedum.Inter
dũ per actus mixtos,quia interuenit aliquis actus naturalis,nõ tñ
principaliter ad hoc ordinatus,niſi iuris myniſterio interueniẽte,
puta per iuſſum vel per traditionem clauium, nã ẽt iſti ſunt actus
naturales,& tunc requiritur animus vna cum iſtis actib.& ẽt tra-
ditio poſſeſſoris,& in conſpectu rei,vt l.clauib.de ꝯhen.empti. &
no.s.eo.l.j.in prin.In fi.gl.ibi,{rñdeo.}no.cõiter Doc. tenent ꝯriũ,
ꝙ animus retinendi inducit acquiſitionem de nouo.quod dic vt
3 hic per Bar.qui probat multis modis †hoc no.pro reuerſis,& oc
cupantib.aliqua bona,& aĩo continuandi poſſeſſionem, cũ non
poſſent continuare,quia iam perdiderant lapſu decenij , vel quia
colonus,uel procurator dimiſerant animo relinquendi poſſeſſio
nem,vt ).eo.l.ſi colonus.nam de nouo poſſeſſionem acquirunt,
ſi non eſt per alium occupata ſm determinationem Doct. hic.

1 *Pars incerta ratione loci,& quotæ,non poteſt poſſideri.*
2 *Quædam poſſint prædicari diſiunctim, quæ non licet coniungere propter fallaciam accidentis.*

1 §.Incertam partem. ¶†Pars incerta ratione lo
ci, & quotæ, non poteſt
poſſideri.h.d.In gl,j.in prin.ibi.).co.l. locus.illa l.potius ob.quia ſi
Titius habet dimidiam in fundo pro indiuiſo,licet ſit incertum in
qua parte fundi eam habeat,quia non magis in vna,quàm in alte-
ra,poteſt tñ eam in alterum transferre.Sed ibi qñ erat incerta, rõ
ne loci,q̃a non poterat demonſtrari locus certus, in quo illa pars
eſſet,non tñ erat incerta ratione quotæ.Hic uero qñ erat incerta
etiam ratione quotæ,quia neſciebatur quotam partẽ Titius ha-
beret,dimidiam,tertiam,uel quartam.In gl.ibi, {ſed quicquid ven
dicatur poſſidetur.} ſ.per illum a quo vendicatur , non per illum
qui vendicat.ut patet ex l.quam ).gl.non ergo ſequitur,uendico
partem incertam,ergo aduerſarius meus poſſidet partem incer-
tam.Poteſt enim poſſidere totum fundum,& tñ uendico de illo
2 incertam partem.†Et no.in iſta gl.de fallacia accidentis, ſicut in il-
la,q̃cquid emiſti,comediſti,iſta eſt uera:carnes crudas emiſti, iſta
etiam eſt uera,ergo carnes crudas comediſti , iſta eſt falſa . Itẽ iſta
aſina eſt tua,iſta eſt uera:iſta eſt aſina,& mater, quia habet pullũ ,
iſta etiam eſt uera,ergo iſta aſina eſt mater tua.eſt falſa.vt no.Ioã.
And.in regula ſine culpa.in mercuriali., quia quædam poteſt præ
dicari diſiunctim,quæ non licet coniungere,ſecundum eum pro
pter dictam fallaciam.

1 *Solus aſpectus non interueniente traditione poſſeſſionis,nõ ſufficit ad acquirendum poſſeſſionem rei,etiam uacantem.*
2 *In his quæ fiunt noſtra per inuentionem,ut eſt theſaurus,an eoipſo ꝙ ſunt inuenta,acquirantur nobis,& nu.1.*

§.Neratius. Licet poſſideam fundum , in quo eſt the-
ſaurus,non tñ poſſideo theſaurũ,niſi poſt
quam fuerit per me repertus,& apprehenſus manualiter,licet ſciã
ipſum eſſe in fundo , & ignorem in quo loco , uel etiam ſciam in
quo loco,vel (quod plus eſt) etiam ſi fuerit inuentus non tñ ma
nualiter apprehenſus.h.d.ſm uerum intellectum.Et eſt tex.aliqua
liter perplexus,ponit enim triplicem opi. Prima fuit quorundam,
qui dixerunt me poſſidere theſaurum , dummodo ſciam ipſum
eſſe in fundo,licet ignorem in qua parte fundi ; nec ipſum uideã ,
quia ſufficit naturalis poſſeſſio fundi quaſi qui poſſidet continẽs
poſſideat contentum,& hoc vſq; ibi,cetera quidem.Secũda fuit
opinio quorundam dicẽtium,ꝙ etiam ſi ignorem ibi eſſe theſau
rum,ipſum poſſideo,ex quo poſſideo fundum,nam ſi ratio præ
cedens eſt bona,ꝙ qui poſſidet continens,poſſideat contẽtum,
locum habet ẽt ſi ignorem contentum,& hoc vſq; ibi , {quidam
putat.} Tertia eſt opi.& iſta eſt vera , ꝙ etiam ſi ſciam ibi eſſe the-
ſaurum,& in qua parte fundi eſt (& quod plus eſt) etiam ſi fuerit
inuentus,niſi fuerit a loco motus,& per me apprehenſus , & ſub
cuſtodia mea redactus,ipſum non poſſideo , & ſic illa ratio non
eſt bona,quia non eſt in fundo ſimpliciter cã cuſtodię,ſicus res q̃
ſunt in domo clauſæ,quarum poſſeſſio apprehendi poteſt per ap
prehenſionem clauium in conſpectu rei.ut l.clauib.de ꝯhen.em.
1 Et ſic patet per iſtum tex.in fi.ꝙ ſolus aſpectus , non interueniẽte
poſſeſſione,non eſt ſufficiens ad acquirẽdum poſſeſſionem rei
etiam uacantem , q̃ nullus poſſidet , ſecus ſi interueniat traditio
poſſeſſionis,quod dic ut dixi plene in l.j in prin.s eo.in vlt.gl. ma-
2 gn.†Patet etiam per iſtum textum falſam eſſe opinionem quorũ
dam,quam recitat illa gl.in fi.& in l.nunquam.§.theſaurus.s.ti j. ꝙ
in illis,quæ fiunt noſtra per inuentionem,ut eſt theſaurus,eo ipſo
ꝙ ſunt inuenta,nobis acquiruntur , quia uĩ ſola inuentio ſuffice-
re,ut Inſtit.de rer.diuiſio.§.theſaurus.quia nõ dicitur inuentio fa-
cta,niſi etiam ſecuta ſit apprehenſio,ut hic patet.& C. de fideiuſſ.
l.ſi Barſatorem . Et per prædicta apparet ꝯrium formatum hic in
glo.fi.de lega.j.poſt principium.s.eodem.ibi,dum dicit,(qui primi
poſſeſſionem,&c.)non meruit ſignari,quia potius facit pro,q̃ ꝯ,
cum ibi dicatur,ꝙ non acquiratur poſſeſſio,niſi illi qui primo ap-
prehenderet,& idem dr̃ hic. ſed melius ſignaſſet gloſ. ꝯrium de §.
theſaurus.Inſtit.de rer.diuiſ.ubi habetur, ꝙ per inuentionem acq
ritur dominium theſauri.Sed ſolue ut s.dixi,quia non dicitur, in-
uentus,niſi ſit apprehenſus.Tene menti.

1 *Quando eadem poſſeſſio non poſſit haberi ex pluribus cauſis, & nu.3.*
2 *Quid in dominio.& nu.1.4.& 5.*
3 *Vſucapio occidit dominium alterius.*
5 *Si fui effectus dominus ex una cauſa,et poſtea ſuperueniat altera ſicut ex illa noua non acquiro amplius dominium,nec etiam coniungitur cũ primo,ita nec poſſeſſionem dicor ex illa cauſa acquirere,nec iungitur cum prima.*

1 §.Ex pluribus cauſis. ¶†Eadem poſſeſſio nu
mero poteſt haberi ex
pluribus cauſis diuerſis,ideſt titulis,ſiue concurrant tempore ac-
quiſitionis,ſiue poſt acquiſitionẽ factam ex vna , & ſuperueniat
altera,ſed idem dominium poſtquam eſt acquiſitum ex una cau
ſa non poteſt ex ſuperuenienti cauſa acquiri,uel haberi.h.d.iſte §.
difficilis.¶Et primo ponit unam regulam affirmatiuam in poſſeſ
ſione,ꝙ poteſt haberi ex pluribus cauſis ,uſque ibi, {& eum qui.}
Secundo ponuntur duo exempla ad hoc oſtendendum vſq ibi,
{nec enim.}Tertio ponitur una regula negatiua in dominio ꝯrio
præcedenti,ꝙ ex pluribus cauſis non poteſt illud haberi. ¶Circa
primam partem notandum,ꝙ illa regula dum dicit , ex pluribus
cauſis,debet intelligi,ideſt titulis qui ſunt multi , ut patet infra pro
emptore.cum titulis ſeq.& ſumo titulum pro omni cauſa habili
ad tranſlationem dñij , ſi tradens eſſet dominus , vel vſucapiendi
conditionem ſi non eſt dominus.¶Item notãdum , ꝙ locum ha
bet in duobus caſibus,ut habetur in ſummario, ſ. quando cauſæ
concernunt ante acquiſitionem poſſeſſionis,uel tempore acqui-
ſitionis,ut in primo exemplo hic poſito,ſi uendis mihi rem alie-
nam,& tradas:nam tempore traditionis incipio poſſidere ex du-
plici cauſa,ſ.tit.pro empto.& titu.pro ſuo.qui eſt generalis.vel po
ne clarius,ſi debebas mihi eandem rem ex pluribus cauſis,& tra-
didiſti,cum non eſſet tua,ut ſi tenebaris ex perſona Titij,cui ſuc-
ceſsiſti,qui mihi uendiderat,& non tradiderat,& ex perſona tua ,
qui ſimiliter mihi uendideras,cum non ſit tua,nec illius tradis, in-
cipio poſſidere ex ambabus cauſis.ut l.non eſt nouum. de actio.
empt.quę cauſæ habuerunt originem ante poſſeſſionem adeptã.
Poteſt etiam intelligi quãdo poſt adeptam poſſeſſionem ex una
cauſa ſuperuenit altera,ut in ſecundo exemplo hic poſito, in uer.
ſic enim.v.: ſi Titius emit a te rem alienam , & tradidiſti, ego po-
ſtea ſucceſsi Titio , certe habeo ex titulo pro emptore ex perſo-
na Titij,& ille incipit tempore traditionis factæ Titio,item titu. ꝓ
hærede ex perſona mea.Et iſte incipit poſt acquiſitionẽ poſſeſſio
nis tempore quo hæreditatem adeo,& poſſeſſionem apprehen-
do,& ſic poſt acquiſitam poſſeſſionem Titio.Poſſumus etiã po-
nere exemplum,ꝙ ambæ cauſæ ſunt particulares , ut ſi uendidiſti
mihi rem alienam, & tradidiſti , & ante completam uſucapionẽ
uel præſcriptionem alius eandem rem tanquam ſuam mihi do-
nauit cum non eſſet ſua,certe incipio poſſidere etiã ex cauſa do-
nationis,quæ habuit originem poſt acquiſitam poſſeſſionem ex
cauſa præcedenti,& ſic ex duplici cauſa poſſideo ante uſucapio-
nem completam.Sed si compleatur uſucapio, an dicatur acqui-
rere dñium ex utraque cauſa?habetur hic in gl.j. mag. ſuper uer-
2 bo,{poſſideo.}¶ † Notandum eſt etiam ſuper ipſa prima regula ,
ꝙ debet limitari duob.modis,primo,q̃a eſt uera,quando illę cau
ſæ non ſunt contrariæ,alias ſecus,ut ).pro emptore.l.2.in fin. quia
non poſſunt duo cõtraria ſtare in eodem ſubiecto.ut ). pro ſuo.
l.si ancillam.& ).eodem titu.l.clam poſſidere.in princ.Alia limita-
tio eſt,quia procedit,quando ambę cauſæ ſunt ualidæ , ſed si una
eſſet inualida,ex illa non diceretur haberi poſſeſſio,& iſte eſt caſus
in l.cum res.C.de ꝯhen.empt.& si uẽdidiſti mihi rem tuam & tra
didiſti,non acquisiui poſſeſsionem, & dominium. Si alius poſtea
eandem rem mihi uendat tanq̃ ſuam non ualet uenditio , quia
non poſſum rem meam emere,ut l.ſuæ rei.de ꝯhen.empti. certe
etiam si ille tradat,quia forte poſſeſſio ad eum peruenit, sicut nõ
acquiro dominium ex tali traditione,ita nõ uideor poſſidere ex

illa

illa cauſa cum ſit nulla, ſed videtur potius mihi reſtituere rē meā
tanquam dño per illam legem, & iſtæ duæ limitationes colligun-
tur ex duobus contrarijs formatis per gl. magnam in fi. de illis le-
gibus. Et ſic patet, ꝙ iſta regula habet locum qñ poſt acquiſitam
poſſeſſionem ex vna cauſa ſuperuenit altera ante dominium ac-
quiſitum ex prima, quia tunc altera valet, & ideo ex illa poſſum
poſſidere, & iſta ſecunda cauſa iungitur cum prima ad effectum
dominij acquirendi, ſed ſi poſt dominium acquiſitum ex prima
cauſa, vel ab ipſo princ. cum traditur, quia tradens erat dominus,
vel ex poſt facto, quia uſucepi, vel præſcripſi ſuperueniat altera,
tunc ſicut ex illa, non acquiro dominium amplius, nec etiam di-
co ex illa dominium habere, ita nec poſſeſſionem cum ſit inuali-
da, & nulla. tene menti, quia iſtud ualde declarat difficultatem hu
3 ius §. ¶ † Circa ſecundam partem eſt notandum, ꝙ eſt differentia
inter duo exēmpla, quæ ponuntur in tex. in tribus, prima, quia pri-
mum exemplum loquitur de duabus cauſis concurrentibus eo
dem tempore, ſm exemplum, quando concurrunt diuerſis tem
poribus. ¶ Item in primo exemplo, vna cauſa erat ſpecialis, altera
generalis, ſcilicet pro ſuo, quæ concurrebat cum qualibet ſpecia-
li. In ſecūdo exemplo vna erat ſpecialis. altera vniuerſalis. ſ. pro hæ
rede quæ non concurrebat cum qualibet particulari. Item in pri
mo exemplo ambæ habuerunt originem in eadem perſona, ſed
in ſecundo vna habuit originem in perſona defuncti, altera in p-
ſona hæredis. Sed poteſt poni aliud exemplum, vt ſ. dixi. quando
ambæ cauſæ erant particulares, & fuerunt habitæ ab eodem, vel
a diuerſis in perſona eiuſdem, ut ſi emi rem alienam a te, & tradi-
diſti, & poſtea quidam alius non dominus mihi donauit, nam ex
vtraque cauſa poſſideo. ¶ Aduertendum etiam, ꝙ ambo exem
pla poſſunt intelligi ante dominium acquiſitum, & tūc dum text.
dicit {vſucepit} debet exponi, id eſt vſucapi cœpit, ſecundum Dy.
Et tunc ſolam poſſeſſionem habet ex duplici cauſa. Poſſunt etiā
intelligi poſt vſucapionem completam, quia ambæ cauſæ habue
runt originem ante dominium acquiſitum, & poſtea completa
eſt vſucapio, & tunc non ſolum poſſeſſionem habet ex vtraque
cauſa, ſed etiam dominium, nec eſt hoc inconueniēs, quia domi-
nium poteſt haberi ex pluribus cauſis habentibus originem ante
ipſum quæſitum, vt ſtatim dicam. & hoc eſt quod voluit gloſella
ſuper uerbo {vſucepit} dum dixit, ꝙ eſt futurum, vel præteritum
ſubiunctiui, declara, vt ex prædictis patet. ¶ Circa tertiam partem
eſt notandum, ꝙ illa regula negatiua de dominio, ꝙ non poſſit
haberi ex pluribus cauſis, non habet locum quando illæ cauſę ha
buerunt originem ante dominium quæſitum, tunc enim ex om
nibus illis poteſt dominium quęri, ſicut & poſſeſſio, vt l. in nume
rationibus. infra de ſol. & hic in glo. magna in 4. oppoſi. ſed habet
locum, quando poſt acquiſitionem dominij factam ex vna cau-
ſa ſuperuenit altera, vt ſi uēdidiſti mihi rem tuam, & tradidiſti vel
alienam, & vſucepi, & poſt quęſitum dominium alius uendat mi
hi, vel donet eandem rem, non ualet uenditio, uel donatio; nec
dicor dominium ex tali donatione, vel uenditione habere, & in
hoc dominium differt a poſſeſſione, quia poſt acquiſitam poſſeſ-
ſionem ex vna cauſa, & non dominium ſi ſuperueniat altera, di-
cor etiam ex illa poſſeſſionem habere, & iungitur cum prima,
quia talis cauſa, vel titulus valet cum adhuc non ſit effectus domi
nus, & iſtam differentiam voluit hic facere Iuriſcōſultus inter poſ
ſeſſionem, & dominium. ¶ Notandum etiam, ꝙ iſta vltima regu
la procedit quando iſta cauſa noua nō habuit originem vetuſtio
rem ante primam, ex qua dominium acquiſiui. ſi enim haberet
non procederet regula, quia tunc ſuperueniente iſta cauſa noua
deſino habere dominium ex prima, & incipio habere ex ſecūda
quæ habuit originem vetuſtiorem, & ſi fuit mihi legata res ſub cō-
ditione, & pendente conditione hæres me hæredem inſtituat,
vel illam mihi leget uel donet, uel uendat, & tradat, non acquiro
dominium ex inſtitutione vel legato facto ab hærede, uel uendi-
tore, ſed ſi poſtea exiſtat conditio primi legati, deſino habere do-
minium ex illa cauſa, & incipio habere ex cauſa primi legati, vt l.
fundo, ad legem Falcidiam. Sed quando non habet cauſam uetu
ſtiorem, tunc retineo ex prima cauſa, ex qua acquiſiui, & ex iſta
ſecunda, nec amplius dominium, nec amplius acquiro cauſam,
quia non dicor habere dominium, niſi ex illa cauſa, ex qua primo
incœpi habere, ad iſtum finem ꝙ cauſa ſuperueniens habuit cau
ſam uetuſtiorem tendunt oppoſitiones gl. magnæ in uer. quinto
oppo. vſque in finem. ¶ In glo. ibi, {vel ſubtilius.} nam ſecundum
præcedentem opin. ſi uendidiſti Titio rem alienam, iam ſunt duo
anni, & iſte Titius me hæredem inſtituit hodie cum reſtet vnus
annus de vſucapione, & ego adeo, incipio poſſidere ex utroque
titulo, ſ. pro emptore quo poſſidebat Titius, & pro hærede ex p-
ſona mea, & hoc ante uſucapionem completam. Sed lapſo anno
& ſic completa vſucapione ex prima cauſa non autem ex ſecun
da, quia a tempore ſecundæ non eſt lapſus niſi annus, cum iſta ſe
cunda non poſſit amplius operari acquiſitionem dominij ad q̄
eſt ordinata, cum ſim iam effectus dominus & ſic amplius effici
non poſſum, vt l. ſequitur. §. lana. ). titu. j. deficit, & annihilatur iſta
cauſa ſecunda, & non dicor ammodo poſſidere uel dominium
habere, niſi ex prima cauſa pro emptore. Sed attenta iſta opi. ſe-
cunda non deſino poſſidere ex titulo pro hærede, & videor acq-
rere dominium ex utroque titulo, ſeu cauſa, quia iſta ſecunda iū-
gitur cum prima, & adijcit vſucapioni nouam formam, quia ibi
prima currebat ex vna cauſa tantum, nunc currit, & continuat,
& etiam completur ex utraque cauſa, & hoc uoluit dicere iſta gl.
ſubtilis, multo magis in primo exemplo hic poſito, vbi ambę cau
ſæ concurrebant eodem tempore, & originē habuerunt, & hoc
vult gl. in uerſic. uel ab ipſo inuito, ſed Dy. tenet primam opi. quia
ſola cauſa, ſed titulus non ſufficit ad acquiſitionem dñij quando
non pertineret ad illum a quo titulum habui, niſi etiam concur-
rat lapſus legitimi temporis ſufficientis ad uſucapionem a die il-
lius titu. ſed hic non eſt lapſum tempus legitimum a die ſecundi
tituli, licet ſit lapſum a die primi, ergo non acquiro dominium ex
ſecundo tit. ſed ex primo, & ſi ita eſt, ſequitur ꝙ ſecundus titulus
euaneſcit, & hoc etiam uidetur ſequi Barto. ſed mihi videtur opi.
glo. uerior. nam hoc ſi eſſet, fruſtra adeundo hæreditatem dicere
tur poſſidere ex ſecunda cauſa, ex quo illa non poteſt ſortiri effe
ctum ad quem inducatur. ſ. acquiſitionem dominij, quia fruſtra
expectatur tempus, & c. argum. in l. aliquando. ſupra ad Vellei. ſic
ergo etiam ſi per diem, ante completam uſucapionem ſuperue-
nit noua cauſa, dicitur compleri vſucapio, & ex utraque acquiri-
tur dominium, quia concurrit ante dominij acquiſitionem, ut in
gl. ſeq in uer. tu ergo. & ex utraque dicor poſſidere, ſicut primo
4 poſſidebam ante uſucapionem completam. ¶ † Vltimo no. iſtam
gl. in fi. ꝙ uſucapio occidit dominium alterius, uidetur ergo per
hoc, ꝙ dominium primi dominij non transferatur in vſucapio-
nem, ſed incipiat nouum dominium. facit l. ſi ædes. §. libertas. in fi.
de ſerui. vrba. prædio. ¶ In gloſ. mag. ibi, {tu ergo} dic iſta uera, &
conclude, ꝙ in tribus caſibus non eſt differentia inter poſſeſſionē
& dominium. ¶ Primus eſt, quando plures cauſę concurrunt an
te acquiſitionem dominij, uel poſſeſſionis, nam tunc ex omnib.
poſſum acquirere tam poſſeſſionem, q̄ dominium, & ex quali-
bet earum dicor habere utranque, ſiue illæ cauſæ habuerunt ori-
ginem eodem tempore, ut hic in primo exemplo, ſiue diuerſis
temporibus, ut in ſecundo exemplo. ¶ Secundus caſus eſt, quan-
do poſt acquiſitionem factam ex una cauſa ſuperuenit altera, &
quæritur utrum ex iſta noua dicar amplius effici poſſeſſor uel ite
rum, & dicendum eſt ꝙ non, ſicut nec dicor amplius effici domi
nus, uel iterum, vt ). titu. j. l. ſequitur. §. lana. & l. cum res. C. de con
trah. emp. nam & circa poſſeſſionem eſt conſiderare quoddam
dominium, ſicut vſumfructum, vel proprietatem. arg. in l. vſum-
fructum. ſ. ſi vſusfru. pe. & id quod ego habeo, amplius habere,
uel acquirere nō poſſum, nec iterum, niſi iſta noua cauſa haberet
originem vetuſtiorem, quia tunc deſino eſſe dominus, & poſſeſ-
ſor ex illa ex qua factus ſui, & incipio eſſe ex noua, vt l. fundo. ad
5 legem Falc. & hic in glo. in ver. quinto oppono. ¶ † Tertius caſus
eſt, in quo conueniunt, quia ſi fui effectus dominus ex vna cau-
ſa, & poſtea ſuperueniat altera, ſicut ex illa noua non acquiro am
plius dominium, nec etiam coniungitur cum perſona, ut ſi dicar
habere dominium ex utraque, vt in fi. huius §. ita nec poſſeſſionē
dicor ex illa cauſa acquirere, nec iungitur cum prima, ut dicar poſ
ſidere ex vtraque, quia iſta ſecunda valet, ut l. ſuæ rei. de cōh. empti.
videtur ergo potius reſtituere ibi poſſeſſionē rei meæ, quia ſum
dñs, quàm ex cauſa illa, quam habeo ab ipſa, cum ſit nulla, & hic
eſt caſus in l. cum res. C. cōh. emp. & iſtis caſibus non loquitur iſte
§. ¶ Eſt & quartus caſus, in quo hic loquitur, in quo eſt differētia
inter poſſeſſionem, & dñium, quia ſi poſt acquiſitam poſſeſſio-
nem ſolam ex vna cauſa ſine dominio ſuperueniat altera, ut quia
vendidiſti, mihi rem Titij, & tradidiſti, poſtea Sempronius eandē
rem mihi uendidit, dicor poſſeſſionem habere, & continuare ex
vtraque cauſa, & ex vtraque vſucapio, vel præſcribo, & dominiū
acquiro, licet diuerſis temporibus habeant originem, vt in gl. præ
cedēti. ſed ſi poſt quæſitum dominium ex vna cauſa ſuperueniat
altera, ut quia vendidiſti mihi rem tuam, & tradidiſti, poſtea alius
tanquam ſuam ſimiliter mihi uendidit, non dicor dominium ha-
bere ex iſta ſecunda, ſed ex ſola prima, quia iſta ſecunda nō valet,
Sed in caſu præcedenti bene valet, quia non emi rem meam, & ſi
mul iungitur, & iſtā differentiam voluit facere iſte tex. & in hoc
ſtat ſubſtantia eius, & ſine iſtis non poteſt bene intelligi.

---

1 *Eadem poſſeſſio numero non poteſt eſſe penes plures inſolidum ēt ratione diuerſarum qualitatum, ſed diuerſæ poſſeſſiones, uidelicet ciuilis penes vnum, & naturales penes alterum bene poſſunt eſſe.*

2 *Sola ciuilis poſſeſſio eſt ſufficiens ad uſucapiendum, & ad acquiſitionem fructuum, ſed naturalis non eſt ſufficiens ad vſucapiendum, & quando hæc procedant.*

*Quid quantum ad præſcribendum vtile dominium, quod directo ſubalternatur.*

1 **§. Econtrario.** ¶ † Eadem poſſeſſio numero non pt eſſe penes plures inſolidum etiā rōne
diuer-

diuerſarũ qualitatum,ſed diuerſæ poſſeſſiones, videlicet ciuilis penes vnum,& nãlis penes alterum bene poſſunt eſſe.h.d.in effectu & primo ponitur vna regula negatiua cum eius rõne vſque ibi, {Sabinus.}ſecundo ponit̃ alia rña affirmatiua in diuerſis poſſeſſionibus vſq; ibi,{idem Trebatius.}Tertio ponitur dictum Trebatij qui primo apponebat iſtã ſecundam,& bene.Itẽ limitat primam, vt habeat locum,ꝙ eadem poſſeſſio non poſſit haberi a diuerſis cum eadem qualitate,vel ab omnibus iuſte, vel ab omnibus iniuſtè,ſed cum diuerſis qualitatib ſic,vt ab vno iuſte, uel ab altero iniuſtè,& in hoc male vſq ibi,{quod Labeo.}Quarto ponitur rep̃henſio Labeonis de iſta limitatione,& rõ reprehenſionis, quia licet ſint qualitates diuerſæ vna tñ & eadem eſt ſubſtantia poſſeſſionis,quæ naturaliter non poteſt eſſe penes plures vſq; ibi, { qđ verius eſt} Quinto,& vltimo ponitur dictum Iuriſcõſulti authoris huius legis approbantis dictam reprehenſionem, & ponentis rationem primæ regulæ negatiuę.¶In tex.ibi, {tu quoq; id videaris tenere,}no.hoc verbum,non.n.dicit,tu quoq teneas, quia ſi-
a gnificaret ueritatem,ſed videris tenere quod ſignificat fictionẽ.[a]
Non ſolum ergo duo eadem rem inſolidum poſſidere non poſſunt ſm veritatem,immo nec vnus ſm ueritatem,& alter ſm fictionem,& etiam,quia vbi non poteſt eſſe veritas,nec fictio, vt l, ſi pater.in fi.de adop.& no.in l.Gallus.§.ſi eius.de lib.& poſthu.in gl.ſed contra.quia in obligatione,quæ re ꝯhitur, poſſunt cõſtitui duo rei debendi,vt l.eandem.in prin.}.de duo.reis,& tamẽ illa obligatio non contrahitur,niſi quatenus ad debitorem peruenit, vt l.ſi tibi.in prin. š.de pact.ſed impoſſibile eſt,ꝙ ad quemlibet eorũ peruenerit inſolidum,vt hic ſm ueritatem,& in fine huius §.ſed, quia ad vnum peruenit ſecundum veritatem , & ad alium fingĩ perueniſſe ſecundum fictionem,ideo conſtituuntur duo rei debendi,vt no.gl.in l.ſi non ſinguli.C.ſi certum petatur, ergo eadẽ res poteſt poſſideri uere per vnum, ficte per alterum inſolidum. ſolutio eſt,vt colligitur ex no.per Bart.in d.l. eandem.de duobus reis, quia etiam vere poteſt res ad quemlibet peruenire inſolidũ primo ad vnum,& poſtea ad alterum, & hoc ſufficit ad cõſtituẽdum illã obligationem.Non tamen poteſt apud quemlibet inſolidum remanere, & ſic non poteſt quilibet inſolidum poſſidere vnus uere,& alter fictè,vt hic.¶In tex.ibi, {qui precario dedit.} ſ. non animo transferendi vtranque poſſeſſionem, ſed naturalem tantum,quod in dubio præſumitur,vt l.& habet.§.fi.infra de preca.& ſic ciuilis apud vnum,& naturalis apud alterum.¶ In gl.magna recitantur in effectu quatuor opi. circa intellectum huius §. prima eſt,ꝙ habeat locum ſolum in naturali poſſeſſione,quia rationes,quę hic ponuntur in text.illi tantum conueniunt, dum dicit tenere in prin.& ſtare,& ſedere in fine, ſed ciuilis poſſeſſio ſm eos bene poteſt eſſe penes plures inſolidum, quia retinetur animo, & plures poſſunt habere animum poſſidendi eandem rem inſolidum. Dicunt tamen iſtud eſſe verum diuerſis reſpectibus, ꝙ vnus habeat ciuilem ratione directi dominij, alter ciuilem ratione vtilis dominij,ut eſt emphyteuta,vel feudatarius, uel alteri⁹ iuris infra dominiũ,vt vſusfructus,uel crediti , ut in re data pignori.in qua dicunt debitorem habere ciuilem, & creditorem naturalem,& etiam ciuilem.¶Item in re data in dotem, in qua dicunt mulierem habere ciuilem,& maritum naturalem & etiam ciuilẽ. ¶Iſta opi.reprehenditur,& primo.quia eadem ciuilis non poteſt eſſe apud plures,ne ſequantur inconuenientia , de quibus infra in gl.in ver.ergo ſi oẽs.immo multo magis prohibetur hoc in ciuili,quàm in naturali.¶Item reprehenditur in dictis exemplis, quia debitor uel mulier nullo modo poſſident,licet quo ad quoſdam effectus habeantur pro poſſeſſoribus,ſed ambę poſſeſſiones ciuilis,& naturalis ſunt apud creditorem,& apud maritum,vt not.in l.cum notiſſimi.C.de pręſcr.xxx.ann.¶Item ſuperficiarius & emphyteuta non poſſident ciuiliter ſed naturaliter tantum, ciuilis ãt eſt apud proprietarium.¶Secunda fuit opi. quæ ponitur in verſi. alij dicunt,ꝙ etiam eodem reſpectu poſſunt duo habere eãdem ciuilem poſſeſſionem,licet non naturalem,& probant, vt in glo. habetur.Sed Io.reprehendit vſque ibi,{contra omnes.}poſtea gl. j.ſecundam opin.reprehendit multis modis.Primo per l duo.}.ꝗ precario.ubi indiſtincte dicitur,ꝙ duo non poſſunt inſolidũ poſſidere,& non diſtinguitur de ciuili vel naturali. ¶ Item per aliam rationem in uer.præallega. quia ſi poſſet eadem ciuilis haberi per plures,quia poſſunt habere animum poſſidendi , ergo & eadem naturalis,quia interdum naturalis ſolo animo retinetur , uel ſolo aſpectu.¶Item ſequeretur inconueniens, ꝙ plures poſſent effici domini eiuſdem rei inſolidum, quia ſola ciuilis ſufficit ad vſucapiendum,vt l.j.§.per ſeruum qui in fuga.š.eo. quod eſſet contra l. ſi vt certo.§.ſi duobus.ſupra com.¶Item plures poſſent effici domini fructuum inſolidum,quia ſola ciuilis eſt ſufficiens ad acquiſitionem fructuum.ut l.qui ſcit.§.in alieno.š.de uſur.& probatur in l.ſi fur.š.de vſufruct.& in iſtis duabus rationibus iſta glo.eſt uti-
2 lis†& ſemper allegatur,ꝙ ſola ciuilis poſſeſſio eſt ſufficiens ad uſucapiendum,& ad acquiſitionem fructuum. Naturalis autem nõ eſt ſufficiens ad uſucapiendum,vt l.acquiritur.in fi. ſupra tit.j. De iſtis duobus articulis uide hic notabiliter per Bart. & tetigi in l.j.in prin.ſupra eo.nam id quod ſupra dixi, ſolam naturalem non ſufficere ad uſucapiendum,uel præſcribendum eſt uerum , quãtum ad directum dominium,vel etiam utile , quod contrariatur directo,ſed quantum ad præſcribendum utile dominium, quod directo ſubalteratur,vt eſt illud quod habet emphyteuta,vel feudatarius bene ſufficit,ſi quis poſſidet naturaliter , ut emphyteuta , uel feudatarius.vt probatur in l.cum ſponſus.§.in uectigalibus de publi.& l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.de dam.infec.& etiam quantũ ad acquirendum uſumfructum, ſi poſſedit tanquam uſufructuarius,ut l.ſi ego.§.j.de public.& l.fi.in fi.C.de præſcr.long.temp.ſm Bar.ſed ego in l.j.in prin.dixi,ꝙ talia iura non præſcribuntur ratione naturalis poſſeſſionis ipſius rei,ſed ratione quaſi ciuilis poſſeſſionis ipſorum iurium,quam tales dicuntur habere ultra naturalem poſſeſſionem rei,ut no.in l.ait prætor.§.item ei.ſupra quibus ex cau.maio.quia naturalis poſſeſſio rei non debet parere uſucapionem,uel præſcriptionem alterius,quàm ipſius rei. ¶ Item circa ſecũdum dictum,ꝙ ciuilis poſſeſſio ſufficit ad acquiſitionem fructuum,dic ꝙ iſtud dictum procedit quando alius habet naturalem iniuſte,& ſine uoluntate eius qui habet ciuilem, ut in caſu §.ſeq.in fi.& in l.clam poſſidere. §.fi.infra eo.quando me abſentaui,& alius me ignorante eſt ingreſſus poſſeſſionem,& ſic ego habeo ciuilem,& ipſe naturalem.nam fructus percepti etiam per ipſum efficiuntur mei, & poſſum eos uendicare tam ab ipſo , q̃ a quolibet poſſeſſore per iſtam gl.& per l.qui ſcit.§.alieno.š.de uſu. ſed ſi haberet naturalem iuſtè,puta,ex uoluntate mea,ut uſufructuarius,uel emphyteuta,tunc fructus percepti per ipſum ,uel alium eius nomine efficiuntur illius ratione naturalis poſſeſſionis. Si autem per alium non illius nomine efficiuntur mei,ut ſi per ſurem.ut l.ſi fur.ſupra de uſufructu.& quod habetur in l.ſi uſufructuarius meſſem.ſupra quibus modis uſufruct.amit.¶Fuit & tertia opi.Martini,de qua In gl.ibi {ꝙ maritus dicitur admiſiſſe,&c.} ꝙ etiam naturalis poſſeſſio poteſt haberi per plures inſolidum eo caſu,quo non retinetur inſtrumento corporali,ſ.manib. aut pedibus,ſed per ſolum aſpectum,uel per animum,quod aliquando contingitur,ut no.š.eo.l.j.in ſecunda gl.magna, in uerſi. tu diſtingue ſm Io. & hic in gl.in uer.præalleg obijcitur. quæ opi. non eſt uera per d.l.duo.de prec. quia poſſeſſio etiam naturalis eſt quoddam ius, ſicut & dominium,unde ſicut dominium non poteſt eſſe apud plures inſolidum,licet ſit res incorporalis, etiam ex diuerſis titulis.ut in l.ſi ut certo.§.ſi duobus uehiculũ. ſupra commod. ita nec poſſeſſio,licet dicta inſtrumenta retinendi,ut aſpectus,uel animus poſſint eſſe apud plures inſolidum,quia diuerſi animi, ul' diuerſi aſpectus diuerſorum non multiplicant, nec diuerſificant ſubſtantiam poſſeſſionis,ut in uer.quem Labeo, hic in tex. ¶Fuit & quarta opi.Io.ꝙ nec ſola ciuilis,nec ſola naturalis, nec ambę ſimul poſſint eſſe apud plures inſolidum,ut in prima regula huius §.& l.duo.in prin.}.de preca.ſed ciuilis penes unum inſolidum, & naturalis apud alterum bene poſſunt eſſe,ut hic in ſecunda regula,& in l.ſi duo.in prin.infra uti poſſi.& in caſu l.clam poſſidere.§. fi.infra eodem.Et iſta opi.communiter tenetur,ſed Bart. uidetur hic dicere,ꝙ licet ciuilis non poſſit eſſe apud plures inſolidum,ne ſequantur inconuenientia,de quibus hic in gl.in uer.ergo ſi omnes,quia illa non poteſt haberi niſi unico reſpectu,ſ.directi dominij,naturalis tamen bene poteſt eſſe apud plures inſolidum, ut diuerſis reſpectibus,ſi unus habet tanquam emphyteuta, alter tanquam fructuarius , alter tanquam uſuarius habentes cauſam ab emphyteuta , quod patet , quia cuilibet iſtorum datur interdictũ uti poſſidetis,contra alterum,ſi turbetur in iure ſuo l.fin. infra uti poſſidetis.& ſi omnes iſti recederent de poſſeſſione,& in eorum abſentia alius ingrederetur,etiam ille haberet naturalem per l. clã poſſidere.§.fi.infra eod.Et ſic quinque poſſidebunt eandem rem inſolidum,uidelicet ille,qui habet ciuilem . Item quatuor habẽtes naturalem,uel emphyteuta ratione utilis dominij , & fructuarius ratione uſusfructus, & uſuarius ratione uſus , & iſti tres retinent eam,etiam animo,& ingreſſus ipſis abſentibus.¶Breuiter iſta uidetur mihi unà magna abſurditas,& ideo dico, ꝙ debemus conſiderare naturalem poſſeſſionem rei,& iſta non eſt penes quemlibet iſtorum inſolidum, ſed penes omnes ęqualiter , licet habeãt iura diuerſa.arg.š.de pig.act.l.aliena res.§.j.& š.de damno infecto. l.ſi finita.§.ſi plures . ¶ Item habemus conſiderare quaſi ciuilem poſſeſſionem iſtorum iurium , & iſta eſſe poteſt penes quẽlibet inſolidum,quia tot dicuntur quaſi ciuiles poſſeſſiones, quot ſunt iura diuerſa,& ideo iſti habent inter ſe interdictum,uti poſſidetis tam directum ratione ueræ poſſeſſionis naturalis rei , quàm etiã ut.le,ratione quaſi poſſeſſ,iurium prædictorum.ita intelligo illam l.fi.}.uti poſſidetis,

ADDITIO.

a ¶Fictionem.Dicit hic Ang.ꝙ poteſt denotare ueritatẽ ſicut dictio quaſi, denotat in l.ſi ante.ſupra ſol.matr.& in l.j.š.de tranſlatio.

---

1 *Solo animo perditur,& retinetur poſſeſſio etiam ſine corporis actu , licet ſolo animo non acquiratur.*

2 *Poſſeſſio*

2 *Poſſeſſio quæſita animo & corpore, & ſic ciuilis & naturalis, perditur ſo lo animo ſine corpore, & an perdatur ſine animo. & nu. 3.*
3 *Quid in naturali.*

1 **§. In amittenda.** ¶ † Solo aĩo perditur, & retinetur poſſeſſio ẽt ſine corporis actu, li-
cet ſolo aĩo non acquiratur. h. d. ¶ Et hucuſque tractauit qualiter
poſſeſſio acquiratur a §. j. l. j. vſque huc. hic incipit tractare qualr
perdatur, & durat vſq ad §. genera. ¶ In tex. ibi, {affectio eius} ſ. ſo
la abſq; eo, ꝙ recedat de fundo, vt ſtatim ſequitur. ¶ In tex. ibi, {ꝓ-
tinus amittes poſſeſſionem} non ſolum ciuilem, ſed etiam natu-
ralem, licet adhuc remaneas in fundo, & ſic diceris eſſe in deten-
tatione, non in poſſeſſione poſtquam conſtat de aĩo non poſſi-
dendi. & hoc voluit gl. mag. circa finem ibi, {ſed nũquid ſolo cor
pore retinetur & c.} intellige gl. ſ. ſaltem naturalis, ſi depoſuiſti ani-
mum poſſidendi, vt ſic per hoc ſola ciuilis perdatur, & non natu
ralis, alias illa gl. reuocaret in dubium illud, quod hic in text. ponĩt
pro conſtanti, ſ. de ſola ciuili, de quo non eſt dubium, ideo intelli-
2 ge gl. ut habeat dubium, etiam de naturali. ¶ † Conclude ergo, ꝙ
poſſeſſio quæſita animo, & corpore, & ſic ciuilis, & naturalis ut
in principio huius l. in gl. ſuper uerbo, corpore, perditur ſolo aĩo,
3 ſine corpore, quia conſtat ꝙ non vult poſſidere. ¶ † Habes etiam
aliam regulam in fine, ꝙ poſſeſſio ciuilis ſiue animo non perdĩt, li
cet ſecus in naturali. hoc tñ eſt verum, in eo qui habet vtranque.
Sed ſi non habet niſi nãlem, quia illa retinetur ſolo aĩo. vt no. in l.
j. in prin. ſ. eo. in 2. gl. magn. ibi & idem dico quarto, tunc ſine ani-
mo etiam illa non perderetur. ¶ In gloſ. magna circa fi. ibi. uel dic
ſm Io. hæc eſt ipſa veritas. Dy.

**§. Si quis nuntiet.** ¶ Qui ſcit naturalem poſſeſſio nem occupatam, & propter ti
morem negligit recuperare, perdit etiã ciuilem. h. d. ¶ In text. ibi,
{& dominus timore conterritus.} videtur maxime, nam idem vr̃
ſi non timuit redire, ſed neglexit, cum ſciret naturalem occupatã,
vt ſtatim cum potuit, non acceſſit, perdat ciuilem. ut ꝉ. eod. l. ſi de
eo. §. j. in uerbo, adipiſci neglexerit. ¶ Item dic, ꝙ timuit a poſſeſſio
ne repelli hic, quia ſciuit eam occupatam, ſed ſi de hoc nõ timuit,
ſed ſolum de perſona ſua, vt quia erant ibi hoſtes, non cauſa oc-
cupandi poſſeſſionem, ſed cauſa deprædandi, & ipſe timuit ire, ne
deprædaretur, nõ perdit poſſeſſionem. ut C. eodem. l. licet. & ibi
notatur.

---

1 *Per mortem eius cuius corpore poſſidemus, ciuilem non perdimus, ſed per traditionem eius, uel deiectionem, uel animo noſtro.*
2 *Caſus in quo per hæredem coloni mei vel procuratoris retineo naturalem poſſeſſionem, licet ipſa hæreditas per ſe poſſideri non poſſit.*
3 *Si habeo ciuilem per me, & naturalem per alium, an quando, & quomodo perdam naturalem, uel ciuilem.*

1 **§. Quod ſi ſeruus.** ¶ † Per mortẽ eius cuius cor-pore poſſidemus, ciuilem nõ
perdimus, ſed per traditionem eius, vel deiectionem, uel aĩo no-
ſtro ſic. h. d. ¶ Et hoc intelligendo totum §. in eodem caſu, ſed alij
intelligunt verſ. nam conſtat. quando poſſidemus ciuiliter, & na-
turaliter per noſmetipſos. Et præmitte quod habetur. ꝉ. ea. l. §. ſal-
tem. ꝙ interdum habemus poſſeſſionem ciuilem & naturalem
per noſmetipſos. Interdum ciuilem & naturalem, per alterum, ut
per ſeruum in rebus peculiaribus. ut no. in l. j. in prin gl. magn. 2. ſ.
eodem. ¶ In tex. ibi, {animo noſtro retinemus poſſeſſionem.} ſup
ple ciuilem, & de hoc non eſt dubium, & etiam naturalem, ſi per
alium non ſit occupata, nec ego ſum negligens in ipſa adipiſcen-
da, quia ignoro illum eſſe mortuum, vt patet ꝉ. eodem. l. ſi de eo.
2 §. j. ¶ † Et ſic nota caſum mirabilem in quo per hæredem coloni
mei uel procuratoris, retineo naturalem poſſeſſionem, licet ipſa
hæreditas per ſe poſſideri non poſſit, vt l. j. §. Scæuola. ſi quis teſta.
li. eſſe iuſſus fue. ſed ſi per alium eſſet occupata, uel ego ſciuiſſem
ipſum mortuum, & neglexiſſem recuperare naturalem, tunc eã
perdo, & etiam ciuilem. vt in illo. §. j. ¶ In tex. ibi, {amitto poſſeſſio
nem} ſ. naturalem quam retinebam corpore illorum, & etiam ci
uilem, ſicut quando eſſent ſpoliati, quia ciuilis requieſcit in natura
li. vt ꝉ. eo. l. peregre. §. quibus explicatis, & hic amitto etiam igno-
rans ratione prædicta. Sed tunc opponitur, ꝙ ignorans non amit
to, quia ſine animo non poſſum perdere, ut ſ. ea. l. §. in amittenda.
Sol. vt ſtatim ſequitur in uerſi. nam conſtat. quia illud eſt uerum,
quando poſſidebam per meipſum, & non per aliũ quoquo mo
do. Sed quando per alium retinebam naturalem, tunc perdita na
turali facto illius, quia tradidit alteri vel fuit expulſus, perdo etiam
3 ciuilem vt hic. † Et breuiter circa hunc articulum, quando habeo
ciuilem per me, & naturalem per alium ſex ſunt caſus. Interdum
ille per quem habeo naturalem, moritur, interdum alteri tradidit
& iſti duo ponuntur hic. interdum expellitur, interdum incipit fu
rere. ſ. eodem. l. id quod. Interdum recedit de poſſeſſione, non ta-
men alteri tradidit. ꝉ. eo. l. ſi colonus. Interdum in animo ſuo con-
ſtituit ſe uelle poſſidere pro ſeipſo, in quibus caſibus eſt dubium
vtrum perdam naturalem, uel ciuilem. de quibus tangitur per gl.
melius quàm alibi. C. communia de vſuca. l. j. & habetur ꝉ. eo. l. ſi
id quod. §. j. & l. ſi colonus. & l. ſi de eo. §. j. & ibi dicam.

---

1 *Serui fugitiui poſſeſſionem amittimus, ſi diu moratus eſt in libertate, ſecus ſi non diu.*
2 *Bannitus qui ex forma ſtatuti poteſt impune offendi, ſi dicat ſe iniuſte bãnitum, & ſuper hoc mouet litem, an illa pendente habeatur pro non bãnito, ut non poſſit impune offendi.*
3 *Excõicatus ſi dicit ſe iniuſtè excõicatum, & petit hoc pronunciari, an interim debeat euitari tanquam excommunicatus.*
4 *Bannitus ſi nondum petierat declarari bannum eſſe nullum, uel iniuſtum tamen re vera erat, an exeuſetur offendens, quia ille erat deſcriptus in libro bannitorum.*
6 *Quid ſi erat rite bannitus, tamen erat rebannitus, nondũ tamen erat cancellatus de libro, an offendens puniatur.*

1 **§. Si ſeruus quem.** † Serui fugitiui poſſeſſionem amittimus, ſi diu moratus eſt
in libertate, ſecus ſi non diu. h. d. ¶ Et vide hic bonam gl. quę eſt in
l. ſi is qui. §. ſi ſeruus. ꝉ. ti. j. quæ tenet ꝙ quatuor ſunt neceſſaria ad
hoc ut perdatur poſſeſſio. ¶ Tu dic, ꝙ ſi per alium eſt occupatus,
ſtatim perdo ciuilem poſſeſſionem, niſi inuitus occupatus ſit, qđ
deprehenditur, ſi aliquid per me, uel nomine meo geſſit, ut l. ar-
borib. §. de illo. cum l. ſeq. ſ. de vſufruc. Si uero nõ ſit per alium oc
cupatus, tunc aut diu, i. per decennium moratus eſt in libertate,
vel neglexi ipſum recuperare cum poſſem, & idem ſiue bona fi-
de, ſiue mala fide aufugerit, ut hic. in prin. Aut nõ diu, & tunc aut
bona fide ex aliqua iuſta cauſa, & idem ut ſtatim perdam, eo ꝙ p̃-
parat ſe mihi aduerſarium in cauſa liberali. ut l. liberis. §. fi. de liber.
cau. aut mala fide, & ſine cauſa, & tunc ſecus, ut hic in ſecundo ca
ſu. & ſ. eo. l. j. §. per ipſum qui in fuga, licet in aliis rebus mobilibus
perdam eoipſo, ꝙ deſino illarum habere cuſtodiam, vt ꝉ. ead. l. §.
2 Nerua filius. ¶ † Vlti. allegatur iſte tex. ad q. per Dy. de bannito, qui
ex forma ſtatuti poteſt impune offendi, ſi ipſe dicat ſe iniuſte ban
nitum, & ſuper hoc mouet litem, ꝙ illa pendente, habeatur pro
non bãnito, nec poſſit offendi. Sed ipſe diſtinguit, ꝙ ſi appellauit
a ſententia banni, hoc eſt verum, quia illa ſententia eſt reſciſſa. Si
non appellauit, tunc ſecus. argum. hic in uer. ſi alioquin, vbi habe-
tur pro ſeruo. Sed Bar. in hoc vltimo ipſum reprehendit dicens,
ꝙ immo habetur pro non bannito, & non poteſt offendi per ali-
quas leges, quæ parum faciunt. idem tenuit Bal. in l. eum qui im-
probabilem. C. de adul. Sed ipſe Bald. melius in auth. quæ ſuppli-
catio. C. preci. Impera. offer. dicit inſpeciendam veritatem, quia ſi
a fuit offenſus, & poſtea apparet, ꝙ non debuit rebanniri, qui iuſte [a]
erat bannitus, certe non punietur offendẽs, & ad hoc facit quod
idem Bar. no. in l. inter omnes. §. recte. ꝉ. de fur. ꝙ ſi offendens cre-
debat eum non bannitum, cum tamen eſſet, non punitur, quia in
ſpicitur veritas, multo magis ſi credebat, vel dubitabat. Sed ſi ex
poſt facto apparet, ꝙ erat iniuſte, vel non rite bannitus ille punĩt,
quia fuit in culpa offendendi, ſi ſciuit litem motam ſuper iniquita-
te, vel nullitate banni, ſecus ſi ignorauit, & pro hoc facit, quod no
3 ta. Inn. in ca. ſolet. de ſent. excomm. lib. 6. ꝙ ſi † excommunicatus
dicit ſe iniuſte excommunicatum, & petit hoc pronunciari, inte-
rim non debet euitari tanquam excommunicatus, facit l. ordina-
4 ta. ſ. de lib. cau. ¶ † Quid autem, ſi nondum petierat declarari ban-
num eſſe nullum, uel iniuſtum, tamen re vera erat, an excuſetur
b offendens, q̃a ille erat deſcriptus in libro bannitorum? [b] vide per
Bar. in l. fi. de adul. Et fuit quæſtio diſputata q̃ ponit Io. An. in mer
curia. in regula, quod quis mandato. & vide quod idem no. in ad
5 di. Spe. in tit. de obli. & ſo. ſuper rubr. in fi. ¶ † Item quid ſi erat rite
bannitus, tamen erat rebannitus, nondum tamen cancellatus de
libro, an puniatur offendens? vide Bar. in l. non ſolum. §. fi. de ope.
no. nuncia. in 2. art. de proteſtatione inhibitoria.

ADDITIONES.

a ¶ Quia iuſte. Adde Bal. in l. qui à latronib. §. j. ſ. de teſta. qui à nemine hic al legat, & ꝙ ueritas ſit inſpiciẽda facit quod late uoluit Fed. q. ꝓ eũ diſputa ta 13. vbi ponit, an ſit irregularis & excõicatus, qui laicũ incedẽtẽ in habitu, & tõſura clericali percuſſit, quẽ re uera ille percuſſor putabat clericũ.
b ¶ Bannitorum. Adde Alex. conſi. 65. 3. lib.

---

1 *Ciuilis poſſeſſio adeo cohæret naturali per ſeruum, uel colonum retento, ꝙ etiam ſi in animo diſponamus nolle poſſidere, tamen eam retinemus, niſi colonus expellatur.*
2 *Quid ſi nos illam ciuilem in aliũ transferamus, conſtituendo nos alterius nomine poſſidere, & an perdita illa naturali perdatur ciuilis.*

**§. Saltus hibernos.** Cum quis poſſidet animo & corpore ſuo, licet per-
dat naturalem relinquendo rem, retinet tamen ciuilẽ animo. Sed
ſi poſſi-

ſi poſſet animo ſuo, & corpore alieno, vt ꝑ colonũ, ẽt naturalẽ
nõ perdit.Si verò aĩo & corpore alieno, vt in quæſitis ꝑ ſeruum,
vtraq; poſſeſſio retinetur aĩo,& corpore ſerui ẽt non interuenien
te aĩo,vel corpore ſuo.h.d.Et vide hic gl. ij. magnã in l.j.in prin.ſ.
eo.in verſi.tu diſtingue.vbi ponit iſtos tres caſus, & modus poſſi
dendi,qui probantur in iſto §.& eos declarat. & loq̃t de mã præ-
cedẽtiũ paragraphorũ,qualiter poſſeſſio perdat̃, vtrũ ꝑ dimiſſio-
nẽ rei?& diſtingue,vt hic.¶In text.ibi: (eos relinquamus) nullo ibi
dimiſſo,qui noſtro noĩe teneat,& ſic ꝑdimus naturalẽ;ſed retine-
mus ciuilẽ ſolo animo,ſed in caſu ſequenti retinemus naturalem:
q̃a dimittimus ibi colonũ,vel ſeruũ,q̃ noſtro noĩe poſſidet,& nõ
ꝙ poſſeſſio ſit apud eos,ſed mera detentatio,& apud eos eſt vtra
2 que.Nã naturalis per nos retinetur mediante corpore ſerui.¶†Et
notãdũ,ꝙ tũc ciuilis adeo cohæret illi naturali ꝑ ſeruũ, uel colo-
nũ retẽte,ꝙ ẽt ſi animo diſponamus nolle poſſidere,nihilominus
eã retinemus,niſi colonus expellatur.gl.eſt ſingularis.ʝ. eo.l.pere-
gre.§.quibus.ſecus ſi nos eam alteri tradamus.vt not.gl.in l.j.§.nõ
3 autẽ.ʝ.vnde vi.†Hoc tñ eſt verũ,niſi nos illã ciuilẽ in aliũ transfera
mus ꝯſtituẽdo nos alterius noĩe poſſidere:qđ dic ut ꝑ Bar.in l.qđ
meo.in prin.ʝ.eo.Ecõtra verò perdita illa naturali ꝑ expulſionem
coloni,perditur ẽt ciuilis licèt habeamus animũ eã retinendi,quia
non ſufficit,vt ʝ.eo l.peregre.§.quibus explicitis,& ſic bene patet,
ꝙ ciuilis, licèt ſit dignior q̃ naturalis, q̃a habet maiores effectus.
iuxta no.ſ.eo.l.iij.§.ex ꝯrio.tñ hoc caſu cohæret naturali, & ſequit̃
eius veſtigia,vt illa durante duret, illa perdita perdatur. In text.ibi:
(peculiariter cõparauerint.)aut ergo poſſeſſionem per me quæſi
tam commiſi cuſtodiæ ſerui: & tunc ciuilẽ retineo animo meo,
& naturalem corpore ſerui:& ita loquitur verſi.præcedens,dum
dicit, (per colonum & ſeruũ &c.)Aut ipſemet ſeruus acquirit,&
tunc vtrãq; acquiro,& retineo animo & corpore ſerui, ẽt ſi ani-
mus meus deficiat,q̃a ignoro,& ita loquit̃ hic,& non ſolum ſi ex
eã peculiari quærit,immo ẽt ſi nõ ex peculiari,ut not.C.eo.l.j.§.itẽ
acquirimus.vide ʝ.eo.l.rem quæ nobis.& l.ſi rem mobilem.

## §.Nerua filius.

¶Rerum mobiliũ, excepto homine, poſſeſſionem ciuilẽ retinemus
quouſque ſunt ſub noſtra cuſtodia, licèt ignoremus in quo loco
ſint:ſed ſi cuſtodiam noſtrã effugerint,ẽt ſi ꝑ aliũ nõ ſunt apphen-
ſæ,ꝑdimus nõ ſolũ naturalẽ,ſed ẽt ciuilẽ,h.d. Sic ergo aduerte, q̃a
in rebus immobilibus,licèt ꝑdẽ naturalẽ poſſeſſionẽ,& per alium
ſit occupata:ſi tñ hoc ignoro,retineo tñ ciuilẽ animo,q̃n poſſide-
bã animo & corpore meo;vt §.p̃cedẽti.in prin.& ʝ.eo. l.clam poſ
ſidere. §. fin.ſed ſi loquitur in reb. mobilib.tunc aut in homine,vt
ſeruo,& tunc perdita naturali ꝑ fugã,adhuc retineo ciuilẽ, ut l. j.§.
ꝑ ſeruum.ʝ.e.niſi naturalis ſit per aliũ occupata, in hoc differt iſte
caſus a præcedenti: tũc.n.ẽt ciuilis ſtatim perditur, ita loquitur hic
ibi: (excepto homine.) Aut loquimur in alijs reb.mobilib. inani-
matis,vel animatis anima irrationabili:& tunc perdita naturali: vt
ſi effugerũt noſtram cuſtodiam, perditur ciuilis, etiam ſi ꝑ alium
nãlis non ſit occupata,& ita loquitur hic,& tene menti: q̃a ꝑ hoc
apparet,ſi emiſti,rem aliquam mobilẽ a non dño bona fide,& ſic
cœpiſti vſucapere:ſi ſemel eã perdidiſti,& non reperiebas:ſed effu
fuit oppoſita, vel fuit, ſed ſuper ea non fuit excuſſum, alias diſcuſ-
ſum,alias non poſſet opponi poſtea,vt in legib.hic allegatis in glo.
1 † & per iſtum text. dñt Doctor. ꝙ exceptio inuentarij ſi non fuit
oppoſita ante ſñiam,põt opponi in executione, de hoc no.ĩ add.
Spec.de inſtr.edi.§.fi.& in ꝯrium facit, quia iſta exceptio vr̃ impu-
gnare ſñiam.Nã hæres hodie ſi confecit inuentariũ,ipſo iure non
tenetur vltra quã vires hæreditatis non aſcendunt.Si ergo defun-
ctus debeat mihi centum,& vires hæreditatis nõ ſufficiunt,niſi ad
quinquaginta:in illis tñ tenetur,ſi ergo condemnatur in centum
tanq̃ debitor,& ipſe poſt ſñiam opponat de inuẽtario, iam venit
ꝯ ſñiam, quia dicit ſe non eſſe debitorem, niſi in quinquaginta cũ
tñ ſñia declarauerit debitorem in centum. Non ſic in caſu huius
2 l.† quia exceptio ne quis conueniatur, vel exigatur vltra quàm fa
cere poſſit non liberat debitorem in aliquo,quia eſt inſolidũ obli-
gatus,licèt non exigatur vltra q̃ poſſit. Quod patet,quia ſi perue-
nerit ad pinguiorem for.exigitur. Si ergo cõdemnatus ad totam
ſummam tanq̃ debitor in tota, licèt poſt ſententiam opponit de
illo beneficio,non venit ꝯ ſñiam, quia dicit ſe eſſe debitorẽ. Non
ſic in caſu propoſito, quia dicit ſe non eſſe debitorem. Iſtud du-
bium fecit me alias inſudare, & nõ reperio tactum,licèt cõiter te
a neant Doct.ꝙ poſſit opponi [a] poſſet tñ reſponderi verum eſſe,ꝙ
dicit ſe nõ eſſe debitorem,& venit ꝯ ſñiam habito reſpectu ad di-
ſpoſitionem iuris,quod eximit eum ab obligatione, non ſic habi
to reſpectu ad voluntatem defuncti, qui cenſetur voluiſſe ipſum
teneri inſolidum, ſicut ipſe tenebatur, & hoc reſpectu non venit
ꝯ ſententiam diffinitiuam, aliàs tamen eſt oppo. Et pro prædicta
opin.facit j.tit.j.l.pen.vbi dicitur caſus.

A D D I T I O.

a ¶Poſſit opponi.Dicit Anc.cõſi.6.ꝙ omnis excep.quæ poteſt opponi poſt
ſententiam,poteſt opponi etiam poſt bannum, & ita ipſe conſuluit.

## L E X XLII.

1 *Statutum quòd victus victori intelligatur condemnatus in expẽſas,adeo quòd non poſſit abſolui,niſi iudex iurauerit, quòd abſolutus habuerit iuſtam cauſam litigãdi, an iudex poterit iurare ex interuallo poſtq̃ã abſoluit victum ab expenſis.*

PAulus reſpondit. Pronunciata diffiniti
ua nõ poſſunt per iu
dicem retractari,ſed omiſſa circa pronunciata ſi concer
nunt acceſſoria, bene poſſunt ſuppleri eadem die, hoc dicit nota.
biliter iſtud ſm dictum cõiter intelligitur de acceſſorio fructuũ,
vel expenſarum,vt infra patet,ſed vide modo iſte tex.põt intelligi
1 de alio acceſſorio ad facta ſtatuta. † Exemplum in qõne,quam ha
bui de facto,vt ſi ſtatuto caueatur,ꝙ victus victori intelligatur cõ
demnatus in expenſis.adeo ꝙ non poſſit abſolui, niſi iudex iura-
uerit,ꝙ abſolutus habuerit iuſtam cauſam litigandi, modo iudex
abſoluit ab expenſis victum, ſed in ſñia non iurauit, ꝙ ille habue-
rit iuſtam cauſam litigandi,dubitatur, an ex interuallo iurare poſ-
ſet,& vr̃ ꝙ non,per iſtum text.quia iſtud iuramentum eſt acceſſo
rium ad iam ſtatuta, videlicet, ad abſolutionem expenſarum. Illa
enim non valet,niſi iuretur, ergo nõ,niſi eadem die iurari poteſt,
vt dicit iſte tex.per quem iſta quæſtio videtur determinari.Cõſue
tudo tamen aliter interpretata eſt, hoc ſtatutum, videlicet, quòd
quandocunque iurare poſſit,& forte melius,quia iſte text.loqui-
tur quando eſt omiſſa condemnatio,vel abſolutio,ſed in quæſtio
ne de qua ſupra non fuit omiſſa abſolutio,immo illa fuit facta,ſed
omiſſa fuit qualitas requiſita,ſcilicet iuramentum,vnde illa condi-
tio iuramenti videtur poſſe impleri quandocunque, ſecundum
communem obſeruantiam. Et primum dictum procedit,vt etiã
incontinenti non poſſit iudex immutare,bene tamen poteſt cor-
rigere verba non mutata ſententia.vt infra eodem.l.actorũ.Item
procedit etiã ſi facta ſit pronunciatio ſuper acceſſorijs, ut illa non
poſſit immutare.licèt glo.fin.hic videatur ſentire contrarium per
fi.huius legis. ſed nihil facit,quia loquitur in omiſſis,vt patet in ver
bo,(deſunt,) ſi ergo condemnauit in expenſis, vel fructibus non
poteſt etiam eadem die, vel incontinenti abſoluere. Sed ſi omiſit
condemnare, vel abſoluere, bene poteſt ſupplere. Secundum di-
ctum,quòd poteſt ſupplere eadem die, & non vltra, procedit qñ
in ſententia nullam reſeruationem fecit in omiſſis, ſi autem fecit,
vt quia dixit in fructibus,vel expenſis non condemno,nec abſol-
uo, quia mihi adhuc non liquet,ſed reſeruo mihi poteſtatem cõ-
demnandi, nam tunc videtur,ꝙ quandocunque poſſit hoc face-
re per l.terminato. & quod ibi not.in glo.ſecundum vnam lectu-
ram.C.de fructib.& lit.expen.quam tenet Barto.& etiam Spec.tit.
de diſpu.& allega.§.fina.verſi.quid ſi de fructibus.licèt Barto.non
allegat.pro quo facit,quod no.per gl.paruam in l.quod puto.ſup.
fam.erciſ.quæ dicit,(ſaluo quod infra dicam &c.)ſed alij doctores
tenent contrarium,ꝙ non poſſit ſibi reſeruare cõdemnationem,
ſed ſi condemnauit, bene poteſt ſibi reſeruare caſſationem, &
iſtam partem tenet Innoc.in c.finem litibus. de dolo, & cõtuma.
& Bald.in l.generaliter.C.de epiſco.& cleri.in vlti.col. & Abba.in
c.j.de ſequeſtra.poſſeſſ.& fruct.vbi omnino vide.

## L E X XLIII.

1 *Verba ſententiæ an intelligantur ſecundum naturam actionis primæ.*
2 *Verba ſententiæ an debeant conformari cum verbis libelli, & nu.3.*
3 *Iudex poteſt condemnare in aliud,quàm ſit petitum, quando illud includitur in petitione.*

1 PAulus reſpondit eos. † Si plures
condẽnen-
tur in vna ſententia, non cenſetur quilibet condem-
natus inſolidum, ſed pro parte, poſito, ꝙ inſolidum
quilibet teneretur, & quod petitum fuerit quemlibet inſolidum
condemnari. Item ex perſona correi exiſtentis nõ ſoluendo,alter
correus non tenetur, & quando obligatio eſt diuiſa.h.d.tex.cum
1 glo.& ſuppletionibus Doct.† Not.ergo mirabile ex primo dicto,
ꝙ verba ſententiæ non intelliguntur ſecũdum naturam actionis
primæ, quia in prima actione quilibet tenebatur inſolidum.Et ex
verbis ſententiæ quilibet tenetur pro parte. In contrarium facit l.
miles.§.primo. ſupra eodem. ſed ſolue, vt ibi dixi. Eſt etiam aliud
mirabile,quòd verba ſententiæ non intelliguntur ſecundum ver-
ba libelli; nam dicit Barto. quòd hic debet intelligi ad hoc, vt ha-
beat aliquod dubium,quod actor petijt quemlibet eorum in ſoli
dum condemnari. Si enim petijſſet condemnari pro parte, nullũ
haberet dubium, regulariter autem verba ſententiæ debent con-
formari cum verbis libelli,vt in cap.licèt Heli.de ſimo. & in l.fi.C.
3 de fideicom.lib.† Sed dic, ꝙ in eo quod non eſt petitum non de-
bet iudex condemnare, ſed in eo quod eſt petitum, bene poteſt
condemnare in aliud quàm ſit petitum, ſi illud includitur in peti-
tione. Nam ſi petij condemnari in centum, poteſt iudex con-
demnare in quinquaginta, quæ includuntur in illis centum, &
non eſt ſententia nulla, licèt non condemnauit, prout fuit peti-
tum, & ita eſt hic. Circa vltimum dic, quòd procedit in de-

bitis priuatis, ut alter pro altero non teneatur, ut hic. & l.legato-
rum.in prin.de leg.ij. Quid autem in publicis, ſi aliqui reperiantur
non ſoluendo, utrum alij pro illis poſſit exigi? uide quod plenè
not.Barto.in l.ſemel C.de apo. pub. libr.x. & adde hic quæ not.in
Spec.de ſenten.§.ſpes.in fine.

## LEX XLIIII.

1 *Geſta cum vero hærede debent ſeruari per alium ad quem poſtea hæreditas cauſaliter peruenit.*
2 *Si agitatum fuit iudicium cum pupillo authoritate tutoris, debet cōdemnatio concipi in perſonam ipſius pupilli, cum quo fuit lis conteſ. & an poſſit concipi in perſonam tutoris, qui non fuit litem conteſtatus.*
3 *Quid in perſona domini ſi lis fuit conteſtata cum procuratore.*
4 *Per aditionem hæreditatis quando eſt retractabilis per beneficium reſtitutionis in integrum, non expirat ſubſtitutio vulgaris, nec ius accreſcendi, immo ſecuta retractatione reaſſumit vires, ac ſi aditio facta non eſſet, non tamen per omnia.*
5 *Vnus caſus in quo hodie bonorum poſſeſſio non eſt neceſſaria.*

1 EX contractu. ¶ Geſta cum vero hære-
de debent ſeruari ꝑ alium
ad quem poſtea hꝛ̄ditas cauſaliter peruenit.h.d.in ef-
fectu,& ſic eſt arg.ꝙ geſta cū vero prælato, licèt po-
ſtea priuetur prælatura, debeant ſeruari per ſucceſſorem, ſecus ſi
non erat verus prælatus, & poſtea hoc fuit defectum, gl. eſt ordi.
in l.iuſiu.quod ex conuentione.§.j.de iureiu. hoc tñ dic, vt no.l.ſi
vrbana.de condi.inde.Et adde ad primum dictum, quod not per
Doc.in l.ſi tibi.§.cum poſſeſſor.ſ. de pact. & l.ſi poſt.de conſti.pec.
2 † In tex.ibi, {& condemnata eſt.} Not.ergo, ꝙ ſi agitatum fuit iu-
dicium cum pupillo tutoris authoritate, debet condemnatio cō-
cipi in perſonam ipſius pupilli, cum quo fuit lis conte. Sed an poſ-
ſit concipi in perſonam tutoris, qui non fuit conteſtatus, ſed pu-
pillo conteſtanti authoritatē præſtitit, quę ſunt inter ſe diuerſa, ut
in l.aliud. ꝟ.de verb.ſig.vr̄ ꝙ non, per not.in d.l.j. C.de ſen.In con-
trarium eſt caſus notabilis in l.ſi ideo.ſ.de euic. & contrarium lo-
quitur in procuratore, qui non reputatur ita eadem perſona quā
tum ad propoſitum cum ipſo dño, ſicut tutor reputatur cum pu
pillo, & ſic econuerſo ſi fuiſſet facta conteſtatio cum tutore, poſ-
ſet fieri condemnatio in perſonam pupilli, vt notat Bart.in l.ſtipu-
3 latio iſta.§.alteri.& §.ſi ſtipuler.infra de verb.obl.† Non ſic in per-
ſonam domini, ſi fuiſſet conteſt.facta cum procuratore, ut not.in
d.l.j.C.de ſenten.& ex iſtis ego defendi hoc anno vnā ſniam, quæ
dicebatur nulla, quia non erat lata in perſonam illius, qui fuerat li-
a tem conteſtatus, & ego conſului [a] ꝯrium, quia ille erat legitimus
adminiſtrator illius ꝯ quem fuit lata, & adminiſtratorio nomine
4 fuit conteſtatus, & ita fuit obtentum.† In tex.ibi, {ad cohæredem
peruenerunt,} & ſic non ad hoc allegatur iſte text. ꝙ per aditionē
hæreditatis qñ eſt retractabilis per beneficium reſtitutionis in in-
teg.non expirat ſubſtitutio vulgaris, nec ius accreſcendi, immo ſe
cuta retractatione reaſſumit vires, ac ſi aditio facta non fuiſſet, nō
tñ per omnia, quia ſi non fuiſſet facta ſubſtitutio, efficeretur hæ-
res directus, & de iure ciuili. nunc vero non poteſt effici hæres di
rectus, cum ille qui adiuit remanſerit directus hæres: quia reſtitu-
tio in integr. quæ eſt de iure prætorio non potuit facere, ꝙ ille de-
ſiſteret eſſe hæres directus, vt l.fin.§.ſed quod Papin C.de minor.
Oportet ergo, ꝙ ſubſtitutus veniat de iure prætorio, quo iure de
ſijt eſſe hæres, & ſic debet petere bono. poſſ. intra tempus legiti-
5 mum.† Et iſte eſt vnus de caſibus in quo hodie bonorum poſſeſ-
ſio eſt neceſſaria, vt no.in d.§.ſed quod Papi.Bart. tamen hic & ibi
tenet, ꝙ etiā de iure ciuili admittatur, non vt efficiatur directus hæ
res, ſed utilis, id eſt effectualis per l.primam.§. ſi quis adita. ad Ter-
tu.Et facit lex defunctus.C.de leg.hær.& ſic perpetuo admittetur
vſque ad xxx.annos, vt l.licèt.cū ibi not. C. de iure delib.& in hoc
eſt magna vtilitas.In tex.ibi, {teneantur.} uidebatur, ꝙ non erant
condemnati, nec ſucceſſerunt condemnato, & ſic ſententia lata
contra iſtum videbatur eis non nocere, vt infra eo.l. ſępe.in prin.
Sed contrarium eſt verius, quia licèt non ſucceſſerint, vt hęredes
in hæreditate ipſius condemnati, ſucceſſerunt tamen ibi in hæredi
tate, à qua ſe abſtinuerunt per reſtitutionem in integrum, & quia
illa condemnatio fuit facta occaſione illius hæreditatis, ideo cen-
ſetur potius onus ipſius hæreditatis, quàm ipſius condēnati, ideo
tranſit illa hæreditas ad ſubſtitutum, vel cohęredem cum eodem
onere.In tex.ibi (actionem iudicati.) ſupple, & etiam officium iu-
dicis per quod fit executio contra ſubſtitutum vel cohæredem.
In gl.prima in fin. ibi, (ſecundum quoſdam.) ſupple & malè, quia
illa lex fina. quam infra allegat glo. de ſucceſſ. edi loquitur in plu-
rib. cognatis, qui non poterant venire de iure veteri, niſi de iure
prętorio.Et edictum prætoris deferebat ſucceſſionem gradatim,
quo caſu primo repudiante deferebatur ſequenti, per ſucceſſo-
rium edictum.Sed primo acceptante, licèt poſtea in integrum re-
ſtitueretur, non deferebatur amplius ſequenti, ſed deferebatur in
fiſcum, quia prætor volebat, ꝙ poſt quā ſemel fuit vni delata cum
effectu, ſequentes excluderentur perpetuo, ne ſua dilatio eſſet fru
ſtratoria. Nolebat.n.per ſuum edictum eandem ſucceſſionē plu-
ribus deferri cum effectu, ſed ſi uni erat delata non cum effectu,
quia repudiauerat, bene uolebat poſſe deferri alteri cum effectu.
Nos loquimur in illis, qui poterant uenire de iure ciuili, unus ex
teſtamento, alter illo repudiante, ab inteſtato, quo caſu licèt pri-
mus adiuerit, ſi tamen aditio eſt reſciſſa, non prohibetur alter ab
inteſt.ſuccedere, uel de iure pretorio ſecundum communē opi.
uel de iure ciuili utiliter ſecundum opinionem Bartoli.

ADDITIO.

a ¶ Conſului. Vide eius conſi.318.in impreſſis ante Andream Aſulam.

## LEX LVI.

1 *De voluntate iudicis, & partium poſſunt acta circunduci, & caſſari, vel cancellari, ſi nondum lata eſt ſententia.*
2 *Acta dicuntur ſcripturæ, quæ fiunt coram iudice, & ſcriptæ ſunt per officialem ad hoc deputatum.*
3 *Donatio excedens quingentos aureos cum requirat inſinuationem, ſi aliquis notarius fuit rogatus de tali donatione, nec aliter fuit coram iudice inſinuata, an dicatur inſinuata, ſeu hoc ſufficiat, cum notarius ſit publica perſona, & iudex.*

1 ACta apud. ¶ † De voluntate iudicis, & par-
tiū pn̄t acta circūduci, & caſſari,
vel cancellari, ſi nondū lata eſt ſnīa.h.d. Sed ſine volū-
tate iudicis, ſecus, quia ipſe intereſſe prætendit, cū poſ
ſit conueniri in ſyndicatu, ſi iuſtitiam nō feciſſet, ideo intereſt ſua.
Et e conuerſo ſine voluntate partium iudex facere non poſſet, q̄a
agitur de ipſarum præiudicio. Poſtq̄ verò lata eſt ſnīa, poſſet etiā
verti in ꝑiudicium publicū, ſi eſt lata ex tali cauſa, quæ infamet, iō
nec de voluntate iudicis, & partium indiſtincte pōt hoc fieri, ita in
2 telligit Bar. poſſet ergo fieri, qñ non verteret intereſſe publicū.† In
gl.j.ibi, (quæ apud iudicē acta ſunt.) Not.iſtā gl. ꝙ acta dn̄r ſcriptu
ræ, quæ fiunt coram iudice, & ſcriptæ ſunt per officialem ad hoc
deputatum. vt ꝟ.de iure fiſci.l.in fraudem.§.quoties.in verbo.(cō
mentarienſis,) & ꝓbatur in l.præcipimus. C. de appel. & not.per
Bar.in l.cum iudex. C.de ſent. & ſic requiruntur duæ ꝑſonæ.ſ.iu-
3 dicis corā quo fiant, & notarij ſcribentis ea.† Et iſta induxi his die-
bus in quadā q̄ōne, q̄a in donōne excedente quingentos aureos
requiritur inſinuatio, quidā notarius fuit rogatus de tali donatio
ne, nec aliter coram iudice fuit inſinuata, dicebatur hoc ſufficere,
quia notarius eſt publica ꝑſona, & iudex ordinarius, & ſic poteſt
tanq̄ notarius ſcribere, & tanq̄ iudex authoritatem præſtare, arg.
eorū quæ hn̄r in l.iubemus.C.de ſac.ſan.eccl.& l.ſi cōſul.de adop.
a ꝯrium dixi: † quia inſinuare eſt donationem redigere in actis, uel
4 apud acta facere, vt l.donatio ſine.& ī l.data.C.de don. ſed inſtr̄m
notarij (niſi ipſe ſit deputatus ad officium publicum coram magi
ſtratu, & confectum in his quæ pertinent ad officium) nō dicitur
eſſe de actis, quia non interuenit duplex perſona, ſed dicitur ſim-
plex inſtr̄m, aliàs omnia iura loquentia de inſinuatione eſſent ina
nia, cū de qualibet donatione conficiatur inſtr̄m. In glo.ſuper ver
bo (terminata.) in fin.ibi, (vel dic tunc fieri non poteſt.) Hæc vera
ſ'm Doct. tamen alio modo cum glo. dicat, quia glo. dicit, ꝙ non
pōt fieri, quominus ſententia lata remaneat firma. Intelligit ergo
gloſſ. ꝙ bene valet circunductio actorum, ſed ſententia per hoc
non infringitur. Iacob.de Arena tenet, ꝙ non valet circunductio,
nec fieri poteſt, quia per hoc infringeretur ſentētia per indirectū,
quia non poſſunt probari ea quæ ſunt neceſſaria ad validitatem
ſententiæ, & à ſententia non poteſt recedi de ſimplici cōſenſu par
tium, ut not.in d.l.ſi diuerſa.C.de tranſa.niſi deducatur innouatio
vt ſupra eo.l.iiij. §. ex conuentione. quod not. Bar. autem dicit,
ꝙ immo poſſint probare neceſſaria, poſito ꝙ acta non appa-
rent, puta, ſi de illis eſſet facta mentio in ſententia, puta, lite cōteſt.
b parte citata, &c. & eſſet lata partibus pręſentibus, [b] quo caſu ceſſa
ret dictum Iacobi de Arena, & ideo ipſe intelligit modo quo ſu-
pra dixi, ꝙ tunc ſit verum, ꝙ non poſſit fieri poſt ſententiam la-
tam quando verteretur publicum intereſſe, aliàs ſecus.

ADDITIONES.

a ¶ Cōtrarium dixi. Vide eius conſi.309. in impreſſis per Andream Aſulam.
b ¶ Præſentibus. Adde Alex.conſi.136.ij.lib.Fed.conſi.74. Ancha.conſi.39. eundē Pau.conſi.50.in impreſſione prima.Ang.conſ.198.vbi dicit, ꝙ ſnīa lata partibus præſentibus, præſumatur lata ab habente iuriſdictionem.

§ Contra indefenſos. Hic eſt caſus de vno
quod glo. in l.cum &
minores.C.ſi aduerſus rem iudicatam. dicit, ꝙ non meminit ſe le
giſſe in iure, videlicet, an valeat iudicium agitatum cum adulto cu
ratorem non habente. Nam contractus ſine dubio valet. Secus
qñ habet curatorem, & non interuenit eius authoritas, ut l.ſi cu-
ratorem habens.C.de in integrum reſtitu. Ad idem ſi in iudicio,
vt diſtinguatur, an habeat curatorem, vel non, declara, vt infra
eod.l. contra pupill. quia ſi citatur ſolus adultus, ſi tamen poſtea
compareret curator, valet citatio, & proceſſus, vt ibi no.gl.illa de
in integrum reſtitutio. dicit ꝙ non meminit ſe legiſſe. Sed hic eſt
caſus, ꝙ non valet, & ſic non eſt facienda illa diſtinctio.

LEX

## LEX XLVI.

1 *Verbum,condemno, vel abſoluo, poſitum in ſcriptura ſententiæ, poteſt per iudicem mutari antequam ſit pronunciatum,poſtea non.*
2 *Verba ſententiæ etiam poſtquam ſunt prolata, poſſunt emendari, dummodo tenor & ſubſtantia ſententiæ non mutetur.*
3 *Sententia an contineatur appellatione actorum.*

1 ACtorum. ¶†Verbum,cõdemno,vel abſol-
uo,poſitum in ſcriptura ſententię
poteſt per iudicem mutari anteq̃ ſit pronunciatũ,po
ſtea non.h.d.ſm primam lect.gl.quæ non congruit li-
terę.tñ Bar.dicit eam eſſe notabilem. Mihi vr̃, ꝙ non ſit vera mo-
do quo gl.ponit,videlicet,ꝙ iudex legebat ſñiam,& non comple-
uerat eam legere, nam puto, ꝙ tunc etiam ſi tale verbum fuerat
à iudice lectum, poſſit immutari, quia non habebat adhuc ſñiam
pro perfecta,bene eſt verum, quod dicit gl. Et iſta diſtinctio ꝓba-
tur ex his quæ habentur in l.ꝯctus.C.de fide inſtrumen. Secundũ
2 aliam lecturam,dicit,† verba ſententiæ, etiam poſtq̃ ſunt prolata,
poſſunt emendari, dummodo tenor, & ſubſtantia ſententiæ non
mutetur. Et iſta eſt bona.in ſe. Et intellige de emendatione,quæ
conſiſteret circa latinitatem, vel ineptitudinem verborum, & tũc
quicunque iudex delegatus,vel ordinarius vr̃, ꝙ poſſit hoc face-
re, & tam incontinenti, quàm ex interuallo, quia hic non diſtin-
guitur. Si autem verba eſſent dubia, & ſic caderet interpretatio,
quæ fuerit mens pronunciantis, tunc habet locũ lex ab executio-
ne.ĵ.de appellatio.quia poſſet fieri per maiores magiſtratus ordi-
narios,nõ per delegatos vel minores,vt ibi not.& ſm ambas iſtas
3 lecturas no.† ꝙ ſñia continetur appellatione actorum,[a] & hoc te-
net etiam Ioan.And.in addi.Spec.de ſent.§.j.licèt Cyn.aliter videa
tur dicere in l.ij.C.vt lite pendente.Quid autem de ſñia abſoluto-
ria ab obſeruatione iudicij,an cõtineatur appellatione actorum?
vide per Inno.in c.conſuluit.de offi.deleg. Poteſt enim legi tertio
modo,vt litera iacet,ꝙ loquatur de alijs actis, non de ſñia,vt licèt
non poſſit circunduci, ſeu in totum cancellari, poſtq̃ lata eſt ſen-
tentia, vt in l.præcedenti.in prin.bene tñ poſſunt emendari, dum-
modo non contra tenorem ſententiæ:non ſunt alia.

ADDITIO.

a ¶Actorum.Adde Bal.cõſi.281.in 2.lib.ſed an delegatio cõtineatur appellatione actorum,vide per Lapum alleg.81. & vide allega.ſ.in l.Paulus.

## LEX XLVII.

1 *Interlocutoria an poſſit ferri contra abſentem non citatum.*
2 *Quid ſi in ſcriptis.*
3 *In quo ius tertij intelligitur reſeruatum, non expedit illum citari.*

DE vno quoque. ¶Et ad hoc, vt valeat
ſñia debent eſſe præ-
ſentes, vel legitime citati omnes illi, quos negotium
tangit,i.ꝯ quos principaliter fuit actum, & ſi aliq ſunt
præſentes,aliqui non, nec citati. non valet,niſi quo ad præſentes,
vel citatos.h.d.tota lex. Et primo loquitur qñ aliqui fuerunt præ-
ſentes,aliqui abſentes,& non citati vſque ibi,{qui apud.} Secũdo
vbi fuerunt citati, & contumaces, & ſic habentur pro præſenti-
bus,& ſententia lata tantum inter præſentes tenet.Not.ergo ꝙ ſi
eſt actum contra plures ſimul,& lata eſt ſentẽtia ꝯ omnes, poteſt
valere quo ad quoſdam,& quo ad alios non.Et ꝑꝑ hoc dicit Bar.
ꝙ iudex poſſet dare ſententiam contra quoſdam ex eis, & quan-
tum ad alios ſuperſedere, & valebit illa ſententia,& hoc probatur
in l.non idcirco.ſupra de iudic. & idem ipſe ponit in materia duo-
1 rum reorum.† Item aduertendum, ꝙ iſta lex loquitur in ſñia dif-
finitiua, ſed in interlocutoria.dicit Inn.in c.auditis.de ꝓcurat.poſt
prin.ꝙ poteſt ferri ꝯ abſentem,& non citatum.Tu dic,ꝙ eſt verũ
2 in ſñia in qua non requiritur magna cauſæ cognitio,[a] & non eſt
multũ præiudicialis,vt l.ſed interpell.§.j. ſupra de arbit. alias ſecus,
vt ſi abſoluit partem ab inſtantia iudicij, quæ dr̃ diffinitiua,ut not.
per Bar.in l.Titia.de accuſa.nam requiritur citatio etiam perẽpto-
ria,vt in l.properandum.§.& ſi quidẽ. C. de iudi.& in c. conſuluit.
de offi.deleg.Item ſi pronunciauerat appellationem deſertam,vt
in l.præſes.C.qũo,& qñ iudex.Item iſta lex loquitur de perſonis,
ꝯ quas fuit porrectus libellus,vt ſi non fuerunt præſentes, vel cita
tæ,non valeat ſñia,vt hic.& l.j.§.item cum ex edicto.ſ.quæ ſenten.
ſine appel.reſcind.ſi autem ſint aliæ perſonæ ꝯ quas non fuit por-
rectus libellus,prætendunt tñ intereſſe,vel ꝑiudicium ex ſentẽtia:
licèt illæ non ſint citatæ, non redditur ſñia nulla. Sed an faciat eis
præiudicium,dic vt ĵ.eo.l.ſæpe.Et iſta fuerunt verba Innoc.in ca.
humilis.de maiorita.& obedien.& Bald.in l.ſi ab eo.C.qũo,& qñ
3 iudex.certè etiam glo.hic ſecũda,hoc vult expreſſe.† Quid autem
in reſcriptis,qñ princeps aliquid concedit vni, quod tendit in præ-
iudicium alterius? dic vt l.nam ita diuus.ſupra de adoptio.nam re
quiritur ꝙ ille conſentiat,& ſi non conſentit, tunc aut principi nõ
fuit facta mentio de iure illius,& non præſumitur voluiſſe illi præ-
iudicare, vt ibi, & ſupra de nata. reſti.l.j.& l.fina. Aut fuit ſibi facta
mentio, & tunc princeps non conſueuit concedere,niſi illo con-
ſentiente,vel citato tamen concedit, (quod non,niſi ex cauſa fieri
debet.) cenſetur voluiſſe illi præiudicare, vt d.l.fina.de nata.reſtit.
3 † Vltimo ſcias,ꝙ in actu in quo ius tertij intelligitur reſeruatum,
non expedit illum citari,ut cum petitur bono.poſſ.quod dic,vt in
l.iij.§.cauſa cognita. de bono. poſſ.& plene per Barto.in l.j.C.qu
admitt.ad bon.poſſ.poſſunt.ante finem.

ADDITIO.

a ¶Cognitio.Adde Roma.conſi.72.ubi dicit in quibus interlocutorijs, requiratur citatio,& vide Socin.conſ.12.& an interpretatione reſcripti ſit quis citandus, vide per eundem conſil.266.

## LEX XLIX.

SI exhæredatum. Filiusfa. effectus ſui iu
ris nõ conuenitur ex
ꝯctu celebrato tp̄e quo erat in patria ptãte, ſi nõ eſt
hæres patris, condemnatur duntaxat quatenus face-
re poteſt, nec deducitur ęs alienum, licèt ſecus in donatione.h.d.
De materia primæ partis ſummarij hr̃.in titu. quod cũ eo.& quæ
ſit rõ, dic ut ibi. nã factus ſui iuris ꝑꝑ capi.dimi. quia vr̃ nouus hõ,
liberatur à prima oblone per tit.de cap.dimi.ſed per illud edictum
prætoris qđ hr̃ in tit.qđ cum eo.reſtituitur vtili actione ꝯ eũ qua-
tenus facere poteſt,ſi non eſt hæres patris, & de hoc loquitur hic.

## LEX LI.

SI quis dolo. Qui dolo ſuo effectus eſt nõ
ſoluendo, perdit beneficium
ne conueniatur vltra quàm facere poſſit.h.d.ſm pri-
mam lect.glo.quæ eſt bona, & notabilis.

1 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, licèt non fuerit admiſſus per debitorem,nec fuerit data tenuta realiter, tamen poteſt procedi ad ſecundum decretum, & fieri venditio bonorum.*

§.Si quis creditorem. Si creditor eſt conſecu
tus quãtum ſibi debet
à debitore,uel ab alio,licèt nõ ex cauſa debiti, ſed ꝑꝑ dolũ ſuum,
quia non permiſit creditorem uenire in poſſeſ. bonorũ,non põt
de ęquitate amplius agere ad debitum. h.d. & eſt notabilis caſus,
& quilibet diceret ꝯrium prima facie, qa illud qđ ſoluitur ex tali
dolo,vr̃ ſolui in pęnã doloſi, & ſic vr̃ cedere lucro creditoris per
l.id,qđ pęnę.ĵ.de ſolu.Vnde licèt iſtud ſit verũ de rigore iuris quã
tum tñ ad caſum de quo hic,ſecus eſt de ęquitate, ut hic patet, dũ
dicit,{& puto eũ improbũ eſſe,} An autẽ in alijs caſibus,dic,ut d.l.
id,qđ pœnæ.Et glo.legit hic quatuor modis, tene primam & ſe-
cũdum.Nam ſm tertiam,& quartam, oportet impropriare text.
1 dum dicit.(ſi uenditor,)& exponere,ideſt emptori.† Not.ſecũdũ
Bar.ex ſecũda lect.gl.ꝙ licèt miſſus in poſſeſſione ex primo decr.
a non fuerit admiſſus[a] ꝑ debitorem, nec fuerit data tenuta realr,ni-
hilominus põt procedi ad ſcđm decr.& fieri uenditio bonorum.

ADDITIO.

a ¶Admiſſus.Sed an talis non admiſſio obſtet præſcriptioni, vide Lud.Ro. ſing.ſuis.

## LEX LII.

SI rerum amotarum. Conuentus ex
maleficio nõ ha
bet beneficiũ,ne exigatur ultra quàm facere poſſit.h.d.

## LEX LIII.

2 *Ad hoc vt quis dicatur contumax, requiritur quòd ſit citatus tribus edictis, vel citationibus, vel vna pro omnibus cum peremptorijs quo ad tres effectus,extra quos ſufficit vnica citatio.*
3 *Iudex quãdo vult ꝓcedere cõtra aliquẽ rõne contumaciæ ad impoſitionẽ alicuius pęnæ, uel mulctæ, requiritur ꝙ iterum ipſum citet, ad dicendum cauſam,quare ipſe deberet puniri ratione dictæ contumaciæ.*
4 *Citatus a iudice incompetenti, licèt non compareat, non dicitur contumax,quando erat notorium eum eſſe incompetentem.*

1 COntumacia. †Lex iſta cõtinet quatuor
dicta in materia contuma-
ciæ.Ex primo dicto no.arg.ꝙ cõtumacia eſt delictũ.
qđ patet, qa punitur, & ſic ex forma ſtatuti cõdẽnatꝰ
ꝓ maleficio,uel delicto, põt impune offendi, ſimiliter poterit of-
fendi condemnatus ꝑꝑ contumaciã. de hoc dic ut in l.omne deli
ctum.§.contumacia.de remiſ.per Bar.& per Cy. in l.j.C.de crimi.
ſtellio.Et declara iſtud primũ dictum ut glo. & in Spe.de contu.ꝑ
2 totum.† Ex ſecundo dicto no. ꝙ ad hoc ut quis[a] dicatur contu-
max,reqritur ꝙ ſit citatus tribus edictis, uel citationibus, uel una
pro

ADDITIO.

a ¶Et adde quis dicatur contumax,ac quotupliciter, per Spe.tit.de expenſ. §.3.ad princip. per Card. in clem.j.de dolo & contuma.in 8. quæſt.& per Bar.in l.fi.3.col.verſi.pro huius declaratione.ff.de in integ. reſtitu.

pro omnibus cum peremptorijs.Sed hoc eſt verum,quãtum ad
tres effectus,ſ.vt poſſit procedi ad ſnĩam diffinitiuam, vel abſolu-
toriam iudicij,vel ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo,vel ſe-
cundo decreto.Extra iſtos caſus,& ſufficiat vnica citatio, ſiue pe-
3 remptoria,ita not.Innoc.c.ad petitionem. de accuſatio. † ex tertio
dicto. not. argumen. ꝙ quando iudex vult procedere contra ali-
quem ratione contumaciæ, ad impoſitionem alicuius pœnæ,vel
mulctæ, requiritur ꝙ iterum ipſum citet ad dicendum cauſam,
quare ipſe non debeat puniri ratione dictæ cõtumaciæ,quia poſ-
ſibile eſt,ꝙ in actis ſit poſitus pro contumace, & tamen re vera
non eſt contumax, quia fuit impeditus comparere iuſto impedi-
mento. Et iſta practica habetur ibi etiam per Bar.in l.iij.§.ſi ad dic.
4 de re mili.† Ex primo caſu nota,ꝙ citatus a iudice incompetenti,
licèt non compareat,non dicitur contumax,hoc eſt verum,quã-
do erat notorium ipſum eſſe incompetentem, aliàs ſecus, quod
dic,vt l.ſi quis alie.ſupra de iudi.in l.ij.ſupra ſi quis in ius voca.non
ierit.& quod plene not.Innocen.in c.ij.de dila. Et adde quod not.
per Bal.in l.generaliter.C.de epiſco.& cleri.

## L E X LIIII.

1 *Pupillus citatus ſi non compareat, an conſtituatur in contumacia,& an
valeat citatio.*
2 *Quid in adulto.*
*Quid in abſente cauſa reipublicæ.*
3 *Quid in eo qui non comparuit,quia fuit vocatus ad maius tribunal.*
*Quando quis citatur à duobus,cui teneatur parere.*

COntra pupillum. In iſta l.ponuntur quatuor perſonæ
quæ per citationem non conſtituuntur in contuma-
cia,ſ.pupillus, & ſic videtur caſus, ꝙ citatio facta de
pupillo nihil valeat. Debet ergo quis facere citari tutorem. Sed
Barto.videtur dicere contrarium in l.j.§.ſufficit. de adminiſtra.tu-
to.& de tutel.l.& habet.§.ſi pupillus.Breuiter dic, ꝙ aut eſt infans,
& indiſtinctè non valet,vt not. glo. in l.iiij. in princ.ſupra de in ius
voc.Aut eſt maior infante, & tunc glo. ibi dicit, ꝙ debet citari tu-
tor,vel etiam pupillus cum authoritate tutoris, ideſt ſimul cum
tutore. Sed Bar.in locis præallegatis vr̃ dicere,ꝙ ſufficit citatio pu
1 pilli,quia vr̃ citatus, vt cõpareat legitimè,ſ.cum tutore. Br̃ dic, † ꝙ
aut pupillus ſolus citatus non comparuit,nec alius pro eo,& tunc
citatio non valet,quantum ad hoc, vt poſſit contra eum perueni
ri ad diffinitiuam, & ita loquitur hic: nec etiam ad interpoſitionẽ
ſecundi decreti,quod eſt præiudiciale. Sed quãtum ad hoc vt poſ
ſit perueniri ad primum, bene videtur, ꝙ ſufficiat,quia ſufficit,ꝙ
non defendatur, & non eſt magni præiudicij. Nam pupillus pati-
tur miſſionem ex primo decreto,vt l.hæc autem.ſupra quibus ex
cauſis in poſſeſſio.catur.& l.apud Iulianum.Si autem comparuit,
tunc talis citatio dicitur fuiſſe valida, licèt de tutore non fuerit fa-
2 cta mentio,& ita intelligo,& ſaluo opinionem Bar.† Secunda per
ſona eſt adultus,in quo dic idem,vt ſi ipſe fuit citatus, & nemo ꝓ
eo comparuit,non reputatur fuiſſe contumax, & ſic non poteſt
procedi ad diffinitiuam. Tertia perſona eſt abſens cauſa reipubli-
cæ,& tunc glo.dicit,ꝙ tenet citatio, & valet ſententia, tamen non
cum effectu,quia poteſt in integrum reſtitui.Et ſic licèt hic videã-
3 tur comparari, tamen comparatio non eſt per omnia.† Quarta
perſona eſt ille,qui non comparuit, quia fuit vocatus ad maius tri
bunal,nam excuſatur à contumacia. Adde quod no.in l.ij.infra de
cuſtodia reorum. per Bartol. & vide quod notatur in Specul.de
excep.§.ſecundo.Et cui teneatur citatus parere quando citatur à
duobus, vide in c.paſtoralis.§.fin.de offio.deleg. de appell.c.cum
parati.& c.ſi duobus.

## X L E LV.

1 *Iudex non poteſt ſuam ſententiam diffinitiuam corrigure.*
2 *In ſententia in qua pronunciatur non eſſe procedendum propter ineptitu
dinem libelli, an iudex delegatus deſinat per eam eſſe iudex.*
3 *Quid ſi abſoluit partem ab inſtantia iudicij, & vide alium caſum remiſ-
ſiue in quo deſinit.*
*Tabellio an poſſit corrigere errorem ſuum.*
4 *Iudex ſi pronunciauit ſe non eſſe iudicem competentem, an poſſit cauſam
reaſſumere.*

1 IVdex. † Iudex non poteſt ſuam ſententiam dif
finitiuam corrigere.h.d. Et poteſt intel-
ligi duobus modis.Primo in iudice delegato,& tunc
etiam ſi ſnĩa ſit nulla, deſinit eſſe iudex ex toto, meri-
to non poteſt corrigere,& vide Innocen.in cap. ex literis. de offi.
dele.fallit quando eſſet nulla,quia non ſeruaſſet formam reſcripti,
quia tunc non deſineret eſſe iudex.per l.quod tamen.in principio
cum ibi not.ſupra de arbit.& hoc tenet etiam Floria. in c. cauſam
quæ.extra de electio.& ibi Imol.in c.veniam. xxxv. quæſt.viij. Et
ſic eſſet idem,quod in ordinario. Secundo poteſt intelligi in ordi-
nario,& tunc procedit iſta lex qñ ſententia non eſt nulla, ſed iniu-
a ſta,& tunc deſinit eſſe iudex[a] in illa cauſa,non ex toto.Si autẽ ſen-
tentia eſſet nulla, tunc etiam in illa non deſineret eſſe iudex,& poſ
ſet in eadem cauſa ſententiare,vt in l.præſes.C.quomodo,& quã
do iudex. Quod qualiter intelligitur habetur.infra eo.l.cum quæ-
rebatur.& in l.ſi vt proponas.eo.tit.quomodo, & quando iudex.
Et prædicta in ſnĩa diffinitiua, & quantum ad ſubſtantiam ſenten-
tiæ,quantum autem ad verba non mutata ſubſtantia. dic vt s̃. eo.
2 l.actorum.† Item quid in ſententia, in qua pronunciatur non eſſe
procedendum propter ineptitudinem libelli, vtrum iudex delega
tus deſinat per eam eſſe iudex? dic ꝙ non,vt not.in Spec.de offic.
3 iudi.§.deſeruit.uerſi.ſed quid ſi opponens,vel obijciens.† Itẽ quid
ſi abſoluit partem ab inſtantia iudicij, dic idem ut no. Inno.in cap.
ꝯſuluit. de offic.deleg.De vno alio caſu in quo non deſinit,vide j.
eo.l.cum quærebatur,vbi præd.dixit ſe hic omiſiſſe. Item quid de
b Tabellione, vtrum poſſit corrigere errorem ſuum?[b] dic vt in
Specu.de inſtrumentorum editione.§.poſtremo.uerſicu.ſed nun
quid confectum.& in l.ſi librarius.infra de regulis iuris.per Barto.
4 † Item quid ſi iudex pronunciauit ſe non eſſe iudicem competen-
tem, quæ pronunciatio eſt interlocutoria? Reſpond.aut eſt dele-
gatus, & non poteſt reaſſumere cauſam etiam partibus conſen-
tientib.quia deſijt eſſe iudex,ut in c.ſignificantib.de offic.delegat.
Aut ordinarius,& tunc ſecus,ut not. Bald.in d.l.ſi præſes. C. quo-
modo, & quando iudex.& dixi ſupra eod.l.quod iuſſit.

### A D D I T I O N E S.

a ¶Eſſe iudex.Et an idem ſit in delegato à principe, vide hic per Angelum
& dicit,ꝙ non.Bald.verò contrarium tenet in l.ſi vt proponis.C.quomo
do,& quando iudex.& ibi vide,ꝙ in delegato ad vniuerſitatem cauſarũ,
& alia ad materiam huius legis.
b ¶Errorẽ ſuum.De hac materia,vide late Dec.in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.

## L E X LVI.

1 *Sententia,iuſiurandum,& etiam confeſſio in iudicio facta, paratam ha-
bent executionem.*
2 *Si in fine inſtrumenti continetur, quòd debitor detulit creditori iuramen
tum,qui iurauit omnia,& ſingula ſupradicta eſſe vera,an tale inſtru-
mentum de iure communi habeat executionem paratam.*
3 *Quid in inſtrumento confeſſionato ſeu guarentigiato, in cuius fine debi-
tor confitetur omnia,& ſingula ſupradicta eſſe vera.*

1 POſt rem iudicatam. ¶† Sẽtentia, iuſiurandũ,
& etiam confeſſio in iudicio facta, paratam habent
executionem. h. d. Quantum ad ſententiam clarum
eſt,dic vt ſupra eodem.l.iij.in prin.& §.ſi ex conuentione.ſed quã
2 tum ad iuſiurandum non, tene menti, † quia per h.d. Bart.in l.ij.s̃.
de iureiuran.ꝙ ſi in fi.inſtrumenti contineretur,quòd debitor de
tulit creditori iuramentum,qui iurauit omnia,& ſingula ſupradi-
cta uera eſſe,tale inſtrumẽtum haberet executionem paratam de
iure communi, etiam ſi nullum ſtatutum hoc diceret. Et poſito,
ꝙ dicta clauſula in inſtrumento non continerent,non poſſet inci-
pi ab executione,ut infra eo.l.ſi cum nulla.& miratur, ꝙ practicá
non adinuenit iſtum modum exequendi, cum ſit iudicium, licèt
inuenerit modum guarentigiæ,de quo ſtatim dicam.Sed Bald.in
l.j.C.de iureiur.tenet contrarium reprehendendo Bart.quia iura-
mentum non habet executionem, niſi quando eſt deciſiuum
dubij, de quo loquitur totus titulus de iureiur. Sed in caſu iſto,
tempore contractus non erat ortum aliquod dubium, ergo tale
iuramentum non poteſt dici deciſiuum litis, quæ non deciditur
niſi orto dubio. Requirit ergo Bald. quòd tale iuramentum defe
3 ratur ex poſtfacto, ad hoc vt habeat executionem.† Sed plus pla-
a cet opin.Barto.[a] quantum ad vltimum de confeſſione,videtur ꝙ
inſtrumentum confeſſionatum,quod communi uulgari dicitur
guarentigiatum,puta, quando in fine continetur clauſula, ꝙ de-
bitor confitetur omnia, & ſingula ſupradicta vera eſſe, & nota-
rius tanquam iudex ordinarius faciat ſibi præceptum, ꝙ debeat
ſoluere,quandocunque fuerit requiſitus,tale inſtrumentum ha-
bet executionem paratam,etiam de iure communi,poſito quòd
nullum ſtatutum hoc diceret, quia continet confeſſionem iudi-
cialem,cum notarius ſit iudex ordinarius, & poteſt exercere iu-
riſdictionem inter conſentientes. Vnde ſicut pręceptum iudicis
factum in confeſſum coram eo haberet executionem, vt l.ſi de-
bitor.cum ibi notatis ſupra de iud.ita & tale præceptum notarij.
Communiter tamen ſtatuta hoc diſponunt, tollendo dubium,
quòd poſſet eſſe, quia videtur hic debere intelligi de confeſſione
facta coram iudice adminiſtrationem habente,qualis non eſt no-
tarius.In alijs autem locis eſt conſuetudo, quòd in inſtrumento,
debitor conſtituit procuratorem vnum,vel plures,quẽ vel quos
nominaret creditor ad confitendum debitum ad inſtantiam cre-
ditoris. Et tunc creditor quando vult inſtrumentum executio-
ni man-

### A D D I T I O.

a ¶Opin.Bart.de hac eius opin.vide per Soc.conſi.231.

ni mandari, eligit quem vult, & facit ipſum venire coram iudice, & confiteri debitum, ſm tenorem inſtrumenti. Et hoc facto, petit inſtrumentum executioni mandari, vel dictam confeſſionem, & ita practicatur in curia Romana, & omnes iſtæ practicæ emanauerunt pp iſtum textum, & per alios ſimiles dicentes, ꝙ cõfeſſio in iure habetur pro iudicato, vt infra titu. j. l. j.

LEX XVII.

1 *Quis poſſit cognoſcere de exceptione, quòd quis non poſſit eſſe iudex propter defectum ætatis, & quando debeat opponi exceptio concernens iuriſdictionem.*

2 *Quando princeps ex certa ſcientia concedit aliquid alicui inhabili, cenſetur ipſum habilitare, & ſecum diſpenſare.*

1 Qvidam conſulebant. † Maior xviij. ann. poteſt eſſe iudex delegatus, & ordinarius. Minor aũt xviij. & maior pupillo poteſt eſſe in duobus caſibus. ſcilicet ſi datus à principe ex certa ſcientia, vel ab inferiore a principe de cõſenſu partium: aliàs ſecus, & ſemper allegatur. Et ex iſta lege fuit extracta Decret. cum vigeſimum. de offic. delegat. Illa tamen contradicit huic, quia illa vult, ꝙ minor xviij. non poſſit dari iudex, etiam de conſenſu partium, ſed iſta lex vult contrarium. Et glo. ibi, intelligit iſtam legem quæ vult, ꝙ minor poſſit dari de cõſenſu partium de minore viginti. maior tamen decẽ, & octo, quia ſi eſſet minor decem, & octo non poſſet dari, etiam de conſenſu partium, vt ibi. Et vide bonam gloſſam, quæ declarat iſtam legem in l. cum prætor. §. j. circa fin. ſupra de iudic. Nam ſunt diſtinguendæ quatuor ętates. Aut enim eſt impubes, & indiſtinctè non poteſt eſſe, nec ordinarius, nec delegatus, vt in d. l. cum prætor. in verbo, {impubes,} quod videtur verum, etiam ſi detur à principe. qa cum patiatur defectum cõſenſus, qui eſt de iure naturali, non po-
a teſt ipſum princeps ſupplere.[a] Aut eſt maior pupillo, minor tamẽ decem & octo, & poteſt eſſe. in duobus tamen caſibus, vt hic in ver. certè. cum ſequentibus, & alio ſeq. Aut eſt maior decem & octo, & tũc poteſt eſſe indiſtinctè, vt hic in principio verſiculi, niſi minor à contrario ſenſu. Non tamen compellitur, vt in l. cum lege. ſupra de arbit. & in hoc ſi erat minor viginti, maior tamen decem & octo. Si tamen maior viginti, tunc poteſt eſſe & compellitur, niſi petat reſtitutionem in integrum, vt in dicta l. cum lege.
2 † Quis autem poſſit cognoſcere de iſta exceptione, & quando debeat opponi exceptio concernens iuriſdictionem, vide hic ple-
3 ne per Bar. & per Innocen. in cap. ſciſcitatus. de reſcriptis. † Allegatur etiam iſta lex, quòd quando princeps ex certa ſcientia conce-
b dit aliquid alicui inhabili, cenſetur ipſum habilitare,[b] & ſecum diſpenſare, vt ſi Papa faciat epiſcopum aliquem minorem trigeſimo anno, cum non debeat eſſe, niſi compleuerit, vt in capit. cum in cunctis. de electio. & facit l. Barbarius. de offic. præto. & l. apud idem Vlpianus. §. primo, de excuſatio. tuto. vbi ſufficit ſola ſcientia principis, vt videatur diſpenſare cum inhabili. Non ſic in inferiori principe, etiam in caſu, in quo poteſt diſpenſare, quia non ſine cauſæ cognitione debuit diſpenſare, ideo ſi non adhibuit eã, non dicitur diſpenſare, vt notatur per Innocen. in cap. veniens. de filijs præsbyte. & per gloſſam in ca. j. de ætate & qualitate. Cætera vide hic per Barto. & adde quod not. in Specu. de leg. §. ſunt quoque. verſi. principes. In fine legis ibi. {princeps enim qui ei magiſtratum dedit.} ſupple ex certa ſcientia, & iſte verſic. venit ad declarationẽ verſiculi præcedentis. proinde, & in verſiculo certè. non autem verſicu. ſed & ſi fortè. quia ille loquitur quando datus eſt ab inferiore principe, & tunc requiritur, ꝙ detur de conſenſu partium, ad hoc, vt poſſit eſſe iudex. Idem tamen eſt dicendum, quando datus eſſet principe non ex certa ſcientia, vt ſi datus eſſet de conſenſu partium, valeat non minus, quàm ſi ab inferiore principe. Et notandum quòd vſque ad verſiculum certè. loquitur de minore viceſimo quinto anno, maiore tamẽ decimo octauo. In illo autem verſi. de minore xviij.

ADDITIONES.

a ¶Supplere adde Abbat. in dicto cap. cum viceſimum. idem tenentem. ſed Moder. contra, cum quibus etiam ibi Felin. per gloſſ. in cap. ſtatutum. in verbo, canonicis. de reſcriptis. qui dicunt, quòd non valet commiſſio facta pupillo canonico, niſi princeps id faciat ex certa ſcientia, quia prin ceps licèt non in totum, tamen in vna cauſa poteſt diſpenſare, & ei dabitur acceſſor.

b ¶Habilitare. De hoc per Cald. conſil. 6. de reſcriptis. & per Oldr. conſil. 325. vſque ad finem conſiliorum.

LEX XVIII.

Si cum nulla. ¶ Ab executione non eſt incipiendum. h. d. Facit. l. j. C. de excep. rei iudica. & l. vnica. C. de prohib. ſequeſt. pec. & tũc videtur incipi ab executione quando præcedit ſententia, vel iuramentum deciſiuum, vel confeſſio in iure Alias ſecus, vt ſupra eodem. l. poſt rem. Videtur etiam poſſe dici, quòd licèt executio fuerit male facta non præcedente aliquo prędictorum, ſi tamen cum petitur retractari, offeratur incontinenti probatio de debito, non ſit retractanda per l. fina. ſupra qđ metus cauſa. Vel dic, quòd ibi loquitur quãdo potuit executio fieri, tamen fuit omiſſum aliquid quod eſſet fiendum, puta, citatio partis, ſecus ſi fieri non potuit, & de intellectu illius §. not. in tractatu repreſaliarum per Barto.

LEX XIX.

1 *Si fuit mihi condemnatus ad reſtitutionem talis fundi, & etiam omnium fructuum perceptorum vſque in illum diem, & ſic non fuit declarata quantitas fructuum, an ualeat ſententia in fructibus, & nu. 3.*

3 *Si aliquis fuit condemnatus ad reſtitutionem domus, cum maſſaritijs, an valeat ſententia in maſſaritijs non ſpecificatis.*

In ſumma. ¶ Sufficit ꝙ in ſententia exprimatur certa quãtitas per ſe, vel per relationem ad libellum, alias non valet ſententia incerta, etiam circa acceſſoria. Item ſufficit, ꝙ in ea cõtineatur condemnatio, vel aliquid quod ei æquipolleat. h. d. not. vſque ad §. ſi quis ex edicto. In text. ibi, {vel quo alio uerbo hoc ſignificauerit.} Supple poſito quòd non condemnauerit, vt ſi declarauerit aliquem eſſe debitorem meum, nam videtur ipſum cõdemnare, vt in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ſupra de arbitris. In tex. ibi, {non rectè pronunciant.} ſupple quantum ad vſuras, ſed in ſorte bene, tamen tenet condemnatio, ſi fuit expreſſa certa quantitas.
2 † Et per iſtum tex. videtur, ꝙ ſi quis fuit mihi condemnatus ad reſtitutionem talis fundi, & etiam omnium fructuum pceptorum vſque in illum diem, ſi non fuit declarata quantitas fructuum, nõ valet ſententia in fructibus. Et ita dicit Richard. Malumbra, per
3 iſtum textum, vt refert Bald. in l. j. C. ſi ſecundo nupſe. mulier. † & eodem modo ſi aliquis eſt mihi condemnatus ad reſtituendum domum cum maſſaritijs, non valet in maſſaritijs, ſi non fuerunt ſpecificatæ. & eodem modo in prædictis non tenet petitio, ſi quis petat condemnari ad rem cum fructibus, vel maſſaritijs ibi exiſtẽtibus, & ita not. Barto. in l. iij. §. armamenta. ſupra de rei vendica.
a per illum tex. In contrarium fortiter facit[a] quod no. Innoc. in cap. cum dilecti. in principio. de ordine cog. in capit. cum ad ſedem. de reſtitutione ſpoliatorum. & in ca. inter dilectos. de donationibus. ante finem. in quibus dicit, ꝙ in acceſſorijs ꝓcedit libellus, & ſententia incerta. Vnde valet condemnatio de reſtituendo caſtrum cum pertinentijs, vel cum omnibus damnis, & intereſſe perceptis à die ſpoliationis. Poteſt dici, ꝙ aut loquimur in vſuris, & tunc pp ipſarum odium habet locum quod hic dicitur. Aut in alijs acceſſorijs, quæ non ſunt odioſa: & tunc aut poſſunt de facili ſpecificari, & habet locum l. iij. §. armamenta de re vendic. Aut non ſic de facili poſſunt ſpecificari, vt contingit in fructibus perceptis, de quibus actor poteſt eſſe non informatus, & tunc poteſt procedere libellus, & ſententia incerta, & ita loquantur dicta Innocentij in locis præallegatis. Pro iſta diſtinctione facit glo. in l. iij. de ſententia quæ ſine certa quantitate. ibi, in glo. fina. dum dicit, uel ſi non eſt poſſibile an. Iſte tamen paſſus non eſt ſine dubitatione, & facit qđ not. Cyn. in l. cum propria. C. ſi quis alteri, vel ſibi. facit etiã quod habetur in l. ſi in emptione. in prin. de contrahen. emp. ubi in acceſſorijs non ita nocet diſſenſus, ſicut in principali.

ADDITIO.

a ¶Fortiter facit. Adde Alexand. conſi. 22. 2. lib.

1 *Sententia lata contra defunctum non valet, nec ligat hæredem.*

2 *Si actor contra hæredem proſequatur litem cœptam contra defunctum, cautus ſit, vt eam proſequatur contra hæredem, non autem contra defunctum.*

1 §. Si quis ex edicto. † Sententia lata contra defunctum non valet, nec ligat heredem. h. d. & hoc eſt verum ſiue iudicium fuerit inchoatũ cum defuncto, vt hic, & l. penul. infra, quæ ſententia ſine appellatione reſcindan. Siue fuit inchoatum poſtquam ille defunctus eſt, tanquam ſi viueret, aliquo pro illo defenſionem ſuſcipiente, vt in l. de qua re. ſupra de iudicijs. §. primo. Licèt ergo in primo caſu
2 inſtantia † cœpta cum defuncto tranſeat in hæredem, vt in l. ſi cum hominem. de fideiuſ. Actor tamen debet eſſe cautus, quòd proſequatur litem ꝯ hæredem, & faciat hæredem condemnari,
a non autem contra defunctum, quod tene menti.[a] In tex. ibi, (quia morte rei edic. peremptorium ſoluitur.) Videtur ergo per iſtum tex.

ADDITIO.

a ¶Tene menti. Adde Angel. conſil. 233. vbi ponit, quando valeat ſententia lata contra mortuum.

text. ꝙ tempore factæ citationis viuebat. Sed in termino quo debuit comparere, erat mortuus, & adhuc habet locum, quod hic dicitur, quia illa citatio fuit per mortem perempta, & diſſoluta. Oportet ergo ex integro facere citari hæredem, & ipſum condemnari, vt hic apparet.

## LEX LX.

*1 Citatio non arctat illum, qui propter infirmitatem comparere non poteſt, & ideo ſententia lata virtute ipſius non valet.*

*2 Citatio an arctet illum qui eſt in carceribus, ſi potuit mittere procuratorem, & non miſit.*

1 QVæſitum. ¶†Citatio nõ arctat illum qui ꝑ infirmitatem [a] comparere nõ poteſt, & ideo ſententia lata virtute ipſius non valet. h. d. Et gl. hæc eſt notabilis, quæ ſemper allegatur, & intel-
a ligi hoc verum, qñ iudex ſciebat impedimentum, alias valet mero iure, ſed datur ꝯ eã reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, vt in l. fin. ſ. de in integ. reſti. & eſt ſingularis intellectus ad hanc l. per quod patet, ꝙ qñ iudex ſcit, ꝙ iuriſdictio ſua ſit labilis aliqua exceptione, non valet proceſſus eius ꝯ abſentem. vide Abb. i c. ſi duob. de appel. vbi de hoc eſt caſus no. in ver. niſi iudex cognouerit. ſupplendo, vndecunque cognouerit &c. impedi-
2 mentum citati. † Et idem de quolibet alio impedimento, ſi citatus erat in carceribus communib. ita not. Bald. in l. ij. in fi. ſ. de in ius vo. Sed Bar. in l. is qui reus. circa fin. de publicis iudi. vr̃ dicere contrarium, ꝙ imputet ſibi, quare non miſit procuratorem, & iſtum caſum p'uries vidi de facto Florentiæ. Poteſt diſtingui, aut fuit ſibi habile procuratorem mittere, quia ibi ampla erat copia procuratorum, & cauſa non erat multum ardua, & de hoc eſt text. in c. ij. de procu. & procedit hoc ſecundum dictum. Aut alterũ iſtorum deficit, & procedit primum dictũ, & ad hoc vide l. ij. poſt princ. ſi quis cau. dum dicit, ꝙ iudex iubet diem iudicij eſſe diffuſum, &c. ideſt differendum qñ ſcit citatum impeditum fore. Cætera vide hic per Bar. No. etiam glo. ). dum intelligit iſtam legem, & etiam ſi ſententia lata ſit pro impedito comparere. Ratio eſt, quia non valet etiam pro eo, ſi non eſt contumax, vt not. ſ. in l. furioſo.

ADDITIO.

a ¶Infirmitatem. Adde, vt per Io. And. in addit. ad Specu. in ti. de procur. §. ratione conſtituentis. in fi. & de carcerato vide Ang. conſi. 65.

## LEX LXI.

IN iudicati. ¶Legem iſtam declara, ut not. ꝑ gloſſ. ſupra eodem l. inter eos. & etiam per Bartolum.

## LEX LXII.

CVm quærebatur. ¶Iſta lex poteſt intelligi duobus modis. Primo ſ'm Dyn. quòd hic iudicauit perperam. i. iniuſte, quantum ad ius litigatoris. Erat tamen ſententia mero iure valida. hoc dicit. & tunc concordat cum l. Pau. ſ. eo. & limita, ut ibi hr̃, ꝙ non poteſt corrigere eadem die etiam incõtinenti, poſtquam habuit ſententiam pro perfecta & abſoluta, bene tamẽ poteſt ſupplere, quæ omiſerat circa acceſſoria eadem die vt ibi. Secundo poteſt intelligi, ꝙ pronũciauit perperam, ideſt nulliter. & ita intelligit hæc glo. & tunc dic, ꝙ ſi erat iudex delegatus, non poteſt iterum pronunciare eadem die, uel etiam alia ex eiſdẽ actis, uel etiam alijs, qa deſijt totaliter eſſe iudex, ut ſupra eodem l. iudex. niſi ſibi iterum cauſa committeretur, uel niſi eſſet nulla, quia lata contra formam reſcripti, vt ibi dixi, vel propter iuſtum er-
a rorem facti, [a] qui fuit in iudice, ut not. Innoc. eleganter in c. j extra eodem titu. de re iud. quia tunc non deſineret eſſe iudex, & iſtum caſum omiſit in d. l. iudex. Secundo poteſt intelligi in ordinario, qui non deſinit eſſe iudex, quãdo ſententia eſt nulla, & ideo tunc debet intelligi, ꝙ non poteſt iterum pronunciare eadem die, ſupple, vel alia ex eiſdem actis ſi defectus nullitatis fuit in ſola ſententia, non in actis, ſed ex alijs ſic, ſecundum gl. & Bar. quod etiam ex eiſdem actis, ſi defectus nullitatis fuit in ſola ſentẽtia, non in actis, ut fuit lata die feriata. Nam ea non obſtante, nõ poterit citari pro alia die non feriata, & iterum pronunciari. Si autem defectus nullitatis reperiatur etiam in actis, tũc quatenus reperitur, debẽt acta reintegrari. Si enim reperitur in omnibus, omnia debent reintegrari, puta, ſi fuit inchoatum iudicium contra defunctum tanq̃ ſi uiueret, nihil ualent acta à principio vſque ad finem, ut in l. de qua re. §. primo. ſupra de iudi. Oportet ergo inchoare nouum iudicium contra hæredem. Si autem eſſet in parte actorum, qa fuiſſet inchoatum iudicium contra uiuentem, & in medio litis mortuus eſt, poſtea fuit facta perſecutio contra defunctum, certè reintegrabuntur illa, quæ facta ſunt tempore mort. ſuæ non præcedẽtia, dummodo ſuperſit de tpe inſtantię. Aliàs oporteret inchoari litem de nouo, ita intellige quod hic not. Bartol. in l. ſi ut proponis. C. quomodo & quando iudex iuncta l. ſi accuſatus. de adult. Quid autem in primo caſu, quando fuit defectus in ſola ſententia, vtrum iudex antequam iterum pronunciet, debeat cognoſcere de illa nullitate, & ſuper ea pronunciare? tangit hic Bartol. diſtinguendo & in dicta l. ſi vt proponis. & in l. fina. C. de ſenten. quæ ſine certa quanti.

ADDITIO.

a ¶Facti. Adde Card. conſi. 32. & intellige dictum Inno. ſolum procedere in collatione beneficij, non autem generaliter, quia contra Inno. tenet Bal. in l. ſi ut proponis. C. quomodo & quando iudex, & adde Hoſt. & D. Ant. in d. c. j. & faciunt iura alle. per Fel. in c. literis. extra de officio. deleg. ubi prædicta refert, & ſequitur.

## LEX LXIII.

*1 Dominiũ rei datæ in dotẽ eſt mariti, & ad ipſum ꝑtinet agere rei vendi.*

*2 Si patiatur alium tale dominium in iudicium deducere, an ſententia lata contra eum præiudicet ipſi marito, & nu. 3.*

*4 Quando debeat citari tertius, de cuius intereſſe prætendit, ad hoc vt ſibi præiudicium fiat.*

*5 Quòd aliquando ſententia lata contra vnum præiudicet alteri, etiã ignoranti, & non citato.*

*6 Vbi iudicium agitur inter aliquos, quòd poſſet præiudicare tertio prætendenti aliquod intereſſe, an ſufficiat, quòd ille tertius, qui ſcit cauſam agitari, veniat ad iudicium, & proteſtatur quòd illud iudicium, uel ſententia non habeat ſibi nocere.*

*7 Si ſcio aliquem litigare nomine meo ſeu procuratorio nomine meo cum non ſit, an ſententia lata contra eum mihi præiudicet.*

SAepe conſtitutum. Sententia lata contra unũ non præiudicat alteri etiam ſcienti, ſi alter eorum ab altero cauſam non habebat ſuper eo de quo pronũciatum eſt. Secus ſi cauſam habebat, quia tunc præiudicat alteri ſcienti, non autem ignoranti. h. d. iſta l. magiſtra & ſingularis, & de hoc etiam hr̃ extra eo. c. quamuis, & ibi plene per Inno. Et primo ponitur vna regula uſque ibi, {quod tñ.} Scd̃o exemplificat eam duobus modis, & ambo loquuntur, qñ ille alius ꝯ quem nõ fuit lata ſententia volebat deducere in iudicium rem, vel ius diuerſam uel diuerſum ab illa, quæ fuerat deducta per primum, licèt procederet ex eadem cauſa vel fonte, & hoc uſque ad uerſi. ſed ſciẽtib. ut in duob. hæredibus eiuſdem debitoris, uel credi. Nam actio actiuè & paſſiuè diuiditur inter hæredes, igitur ſi unus tantũ conuenitur, vel agit, & fertur ſententia contra eum in parte ſua, non præiudicat alij in parte illius, quia ſuper illa nulla eſt lata ſñia, & ſic res diuerſa dependet tñ ab eadem cauſa à qua dependet illa ſuper qua eſt lata, & tunc quia diuerſa cenſetur depẽdere à cauſa diuerſa, quantum ad effectum pleni præiudicij, quod in illa non ſit, bene tamen fit qualequale præiudicium attento, ꝙ ex eadem cauſa vere procedit, quia iudex in ſecunda cauſa facilius mouebitur ad pronunciandum, contra ſecundum in parte ſua, propter primã, & propter hoc poteſt alter appellare à ſentẽtia lata contra primũ, ut ). de app. l. a ſententia. & aduerte quia intelligo iſtum primum, & iſta duo prima exempla, ꝙ non præiudicet cohæredi, etiam ſi fuit citatus, & voluit comparere, quia ſciebat ius ſuum ubique durare, & non habebat ſe impedire de parte cohæredis in iudicium deducta, poſtquam ſua deducta non erat. Nõ ſic dico in caſu qui ponitur circa fi. huius l. ibi. dicam ſecũdo, in ver. ſed ſcientib. loquitur quando alter, qui non fuit in iudicio, habebat eam ab illo qui in iudicio fuit, & contra quem ſententia lata eſt, & uolebat deducere in iudicium illud idem, quod fuerat deductum in primo, & ſuper quo erat pronunciatum pro aduerſario, & contra illum a quo habebat cauſam, & de illo ponuntur tria exempla. Primum in debitore, qui paſſus eſt creditorem experiri in re illi hypotheca ta, nam in hypothecaria creditor habet deducere ĩ iudiciũ dñium debitoris, vt l. & ſi nondum. §. quod dr̃. ſupra de pignor. ſi ergo ꝑnuncietur cõtra creditorem ex eo, quia debitor qui pignorauit, non erat dñs, ſed erat ipſe poſſeſſor, vel aduerſarius, talis ſententia nocet debitori, qui ſciuit creditorem ſuper hoc litigare, & tale dominium in iudicium fore deductum, ſi talis debitor vult idem iterum deducere, & ita debet intelligi. Sed ſi fuiſſet contra creditorẽ lata ex alia cauſa, quæ non tangeret dominium debitoris, nõ præiudicaret debitor in ſuo dominio. Et aduertendum, quia iſto caſu ille alter debitor non habebat cauſam à debitore, ſed potius ecõuerſo, & tamen eſt idem, quod quando habebat cauſam, ut in ſequentibus duobus exemplis, quia ſiue ego habeam cauſam à te, ſiue tu à me, ſententia lata contra me præiudicat tibi ſcienti me litigare, de eo quod ad te pertinet illud in iudicium deducere, quia poteras, & debebas in iudicio comparere, & mihi aſſiſtere, & probationem inducere etiam me inuito, iuxta not. in l. ſi ſuſpecta. in princip. ſupra de inoffic. teſtam. per glo. & ita intelligo iſtum text. dum aſſignat rationem, quare noceat tibi, quia poteras me prohibere, ideſt poteras me inuito in iudicio comparere, & mihi aſſiſtere. Nam non potes me creditorem prohibere quominus agam hypothecaria, & in iudicium deducam dominium tuum, ut hic habetur in gl. quæ incip. {art. pro vtroque.} Sed bene poteras me inuito aſſiſtere, & intelligendo iſto modo procedit clare.

clarè.¶†Aliud exemplum de re data in dotem. ¶ Nam dominiũ
eſt mariti,& ad ipſum maritum pertinet agere rei ven. vt in l.do-
ce ancillam.C.de rei vend.Si ergo patitur ipſum dantem,puta mu
lierem,vel ſocerum tale dñium in iudicium deducere,ſnĩa lata ꝯ
eum ſibi prẹiudicat,quod eſt intelligendũ,qñ eſt lata taliter,ꝙ ex
ea apparet dñium non fuiſſe tranſlatũ in maritũ, vt quia aduerſa-
rius probauit ſe dñm.Et ſic mulier tanq̃ non dña tradere non po
tuit in dotem.¶Secus ſi alio modo ſuccumberet, ita ꝙ ius mariti
poſſet ſe compati cũ illa ſnĩa,vt qa reus fuit abſolutus,qñ mulier,
vel ſocer non probauit dñium,vel quia non erat dña tpe quo e-
git,ſed maritus,& ſic non pertinebat ad eam agere, vt in d.l.doce
ancillam.¶Nam de iure mariti non eſt pronunciatum,iõ non no
ceret.Idem dicas in tertio exemplo,qñ venditor poſt rem vendi-
tam,& traditã,& ſic dñium tranſlatum ageretur rei vendi.& ſuc-
cumberet,qa tertius poſſeſſor probauit ſe dñm,vel ẽt ſi fuiſſet ꝯ-
uentus,quia poſſeſſio ad eundem venditorem rediſſet, & alius
egit ꝯ eum rei vend.& pronũciatus eſt dñs,nocet.n.emptori vo-
lenti iterum in iudiciũ deducere idem dñium,ſecus ſi ex alia cauſa
ſuccubuiſſet,quæ poſſet ſe compati cum dñio emptoris. ita ſanè
2 intellige iſta exempla ſm Doct.¶†Et aduertendum qa prædicta
omnia intelligo,ẽt ſi iſte tertius nunq̃ fuit citatus,quia ſufficit ſola
ſcientia de iure ſuo per illum in iudicium deducto,poſtq̃ alter ab
altero cauſam habebat,& hoc vſq; ibi.{cur autem.}Ibi aſſignat ra
tionem diuerſitatis inter duo prima exempla primæ partis, & iſta
tria ſecundę partis,quam tamen rationem declara, vt ſupra dixi,
& hoc vſque ibi,{diuerſa cã ẹſt.}¶Ibi quarta,vel quinta pars prin
cipalis,quando alter ab altero non habebat cauſam, & quando il
le alter volebat in iudicium deducere id quod fuerat deductum
per primum,& in hoc differt iſte caſus à p̃cedentibus, quia in pri
ma parte volebat deducere rem diuerſam,in ſecunda alter ab al-
tero habebat cãm.In hoc igitur vltimo dr̃ idem quod in primo,
ꝙ non nocet ſententia etiam ſcienti.Intelligo ſanè ſi non fuit cita
tus,alias noceret,quia debuit comparere,& potuit cum ſciret ius
ſuum in iudicium deductum,& citatus fuerit,& hoc dico per ea
quæ not.in l.in cauſæ.la.1.§.j.l.interdum.ſ.de minorib.& in l.cum
miles.infra quibus ex cauſis maio.& per l.ſi deſerta. C. ſi propter
publi.penſita.& per ea quæ not.Cyn.in l.j.C.de aduo.diuerſ.iudi-
3 cio.ante fi.¶†Et per c.inter quatuor.& c.fin. de maior. & obedi.
& per omnia iura dicentia,ꝙ debet citari tertius,de cuius intereſ-
ſe prætenditur,ad hoc vt ſibi prẹiudicium fiat,vt in l. nã ita diuus.
de adop.cum ſimilib.& ſupra eod.l.de vnoquoque, vt loquant̃,
qñ ille tertius vellet poſtea in iudicium deducere illud idem ius ſu
per quo lata eſt ſententia ꝯ alterum non quãdo diuerſum ius vel
diuerſam rem,vt in duobus exemplis primæ partis. Cętera dic,vt
hic per Barto.& per Innoc.in dicto c.quamuis.extra eodem titu.
4 †Adde,ꝙ aliquando ſententia lata ꝯ vnum præiudicat alteri, [a]etiã
a ignoranti,& non citato,vt in caſibus in quibus ſententia facit ius
inter omnes,ut quando eſt lata ſuper querela inoffic. teſtamen.
& in cauſa ſtatuti,vt in l.ingenuum.ſ. de ſtatu hom. Ita intelligo,
quod no.per glo.& Doct.in l j.C. quibus res iudica. non nocet.
5 ¶†Vltimo Bart.hic dicit duo,quæ mihi non placent. Vnum eſt,
quia dicit,& in caſibus qui continentur hic in verſic. nam ſcien-
tibus ſufficeret illi tertio,qui ſcit cãm agitari, venire ad iudicium,
& proteſtari,ꝙ illud iudicium,vel ſententiam non habeat ſibi no
cere.Mihi vr̃ iſta una nugatio, nec eſt de mente Iuriſconſul. quia
hic dr̃,ꝙ ideo nocet,quia potuit prohibere illum agere, & non
prohibuit,& ad hoc,vt iſta rõ ſit bona, & vniuerſalis ad omnes
tres caſus,debet intelligi,vt ſ.dixi,ſ.ꝙ potuit prohibere, ſcilicet aſſi
ſtendo,& probationes inducendo.¶Non ergo ſufficit ſola pro-
teſtatio,ſed debet aſſiſtere & de iure ſuo docere, & facere pro ſe
ferri ſnĩam,& iſtam credo eſſe meram veritatẽ, quicquid ipſe di-
cat.¶Item dicit aliud,ꝙ ſi mouetur queſtio dominij ꝯ illum qui
habet vſumfruct.in re mea,per quendam tertium aſſerentem ſe
dominum,& feratur pro eo ſententia ꝯ fructuarium, non nocet
mihi etiam ſcienti illam cauſam agitari,quia vr̃ agitari ratione poſ
ſeſſionis naturalis,quæ eſt apud eum. Vnde non p̃iudicat in mea
ciuili per glo.quæ eſt in l.Pompo.§.ſi is qui precario. in fi.magnæ
gl.ſ.de acqui.poſſ.& per l.ſi pariter.ſ.de libe. cau. ubi uidetur eſſe
caſus ſecundum eum.Mihi non placet hoc,ſed putò, ꝙ mihi ſciẽ
ti præiudicat ſicut lata contra creditorem meum,quia uideor fru
ctuarium conſtituere procu.ad proprietatem defendendam, ſi-
cut & credit.ut in l.j.ſupra de oper.no.nuncia. Vnde illa ſententia
uidetur lata contra me.Nec obſtat dicta glo. quia fateor,ꝙ reſti-
tutio naturalis poſſeſſ.facta per fructuarium, non nocet mihi in
mea ciui. vt illam perdam, ita loquitur glo.illa. Sed non ſequitur
quominus ſententia noceat,& ſic cogatur illam perdere, & reſti
tuere uincenti. Nec etiam obſtat l. ſi pariter. quia ibi non nocet
6 abſenti,& ignoranti.Nos loquimur de ſciente.¶†Dicit etiam hic
Barto.qui ſemper allegatur, quòd ſi ſcio aliquem litigare nomi-
ne meo,ſeu procuratorio nomine meo,cum non ſit, quòd ſen-
tentia lata contra eum, mihi non prẹiudicat, quia ſumus extra
caſus huius l.nam ipſe deducit in iudicium ius meum de directo,
hic loquitur,quando inducit per indirectum, & in conſequentiã,
quia principaliter intendit deducere ius ſuum. ¶Certè Innoc.de
terminat expreſsè ꝯrium in c.ex parte Decani. de reſcrip. quem
ipſe non allegat.& iſta pars ur̃ uerior per l. qui patitur.ſ.mandati.
Et per rationẽ i.ſtius tex.quia poſtq̃ agebat meo noĩe,poteram ip
ſum prohibere Et de iſto argumento tangitur per Bald. in l. licet.
in fin.C.de procu.& de fur.l.falſus.§.negotiorum.

ADDITIO.

a ¶Quando aũt ſententia contra unum lata alteri noceat, & qñ non, habes
plene per Bal.in l.ij.C.de fi.inſt.in iij.no.& in uer.ſed ex q̃ro. & in l.j. §.j.
& ibidẽ p Bart.C.q.b.res iudi.nõ nocet.in l.cũ filius.de verb.obli. & ibidẽ
Ale.Doc.in c.q̃uis.d' re iudi.Alex.in l.Lucius.de infamib.Fel.in d. c.q̃uis.
& Franc Are.in l.eum qui.§.in popular.de iureiuran.

LEX LXIIII.

1 *Pendente appellatione fruſtratoria, currunt vſuræ primi contractus.*
2 *Cum pronunciatur appellationem fruſtratoriam, retrofingitur fuiſſe inu
tilis appellatio.*
*Si citatus miſit procuratorem, & ſuper mãdato fuit diu diſceptatũ & p̃-
nunciatum, nõ eſſe ſufficiens, an citatus fingatur retrò fuiſſe cõtumax.*
3 *An excuſetur ab expenſis.*

1 NEgotiorum geſtorum. †Pendente appel-
latione fruſtratoria,currunt uſurę primi contractus.
h.d.in effectu.Si autem non eſſet appellatum, tũc cur
runt uſque ad ſnĩam.poſtea deſinunt currere uſque ad tp̃s qua-
drimeſtre,& ſi intra illud nõ pareatur ſnĩæ, & tunc incipiunt cur
rere uſurę centeſimæ,ut C.de uſuris rei iudi.l. fi. in gl. circa fi. ibi,
{ſed in e.ti.&c.}Cum uerò appellatur,perinde ẹſt ac ſi non eſſet iu
dicatum,& iõ ſi currebant pendente prima lite,ut in l.j.C.de iudi
ciis.ita currunt pendente app.Et poſito, ꝙ in prima ſnĩa nõ fuerit
facta ꝯdemnatio in eis,cũ fieri nõ potuit,& nõdũ cucurriſſet iu-
dex appellationis benè poterit eã facere,ẽt ſi in libello nõ ſint peti
tæ,dũmodo poſtea petantur,ex quo lite pendente currunt. quia
in illis latũ eſt iudicis officium,ut l.ædiles.§.idẽ ſciendũ.ſ.de ędilitio
edicto,ſed ſi iudex omitteret ꝯdemnationẽ in eis,non poſſent po
ſtea peti,qa non debentur iure actionis,ſed officio iudicis merce
nario,quod extinguit̃ terminato negotio principali,ut l. iiij. C.de
poſtu.& hoc uoluit hęc gl.in effectu,quæ per prędicta remanet
declarata.¶In tex.ibi.{condẽnatus appellauit.}.ſ.in ſorte in uſuris
currentib.uſque tunc,& de illis non eſt q̃ſtio,ſed dubitatur de tpe
currente poſt illam ſnĩam & pendente app & dubiũ faciebat illa l.
fi.quia uſuræ primi ꝯtus nõ currunt poſt ſnĩam. ſed hoc eſt ue-
rum,ſi tranſiuit in rẽ iudicatã,aliàs ſecus,ut hic, quia fuerit appella
tũ.¶In tex.ibi {deducta} Hoc uerbũ põt determinare uerbum.
{pecuniæ.}& tunc eſt ſenſus,ꝙ in condẽnatione fuit deducta pe-
cunia ſortis per iudicẽ app.Vnde q̃ritur,utrum debeant̃ uſurę il-
lius pecunię?& tex.dicit,ꝙ ſic,dũmodo in eis facta ſit condẽnatio
ſm gl.uel determinat uerbũ,{uſuræ.}& eſt nominatiui caſus. Et
poſito pro conſtanti, ꝙ iudex ꝯdemnauerit nõ ſolũ in ſorte, ſed
ẽt in uſuris currentib.pendente appel.qđ põt facere,& debuit, iõ
debent̃ iure actionis orientis ex ſnĩa.Sed ſi condẽnatio non eſſet
facta,quouſque poſſet fieri deberentur officio iudicis.Sed ſi non
2 poſſet fieri,nullo iure deberent̃,ut ex p̃dictis patet. ¶†Et no.ex iſta
leg.ꝙ cum pronunciat̃ applõnem fruſtratoriã,retro fingitur fuiſ
ſe inutilis appellatio Et facit ad q̃õnẽ illam,ſi citatus miſit procura
torẽ,& ſuper mandato fuit diu diſceptatũ, & finaliter pronuncia
tum non eſſe ſufficiens,ꝙ citatus fingitur retro fuiſſe contumax,
& ꝯ ipſum põt procedi tanq̃ ꝯ ꝯtumacẽ, de qua ꝯtumacia tangit
per Cy.in l.ꝯ maiorem.C.de inoffi.teſta.& per Bar.in l.ij.§.non ſo
lum.ſ.ad Tertu.& de dam. infe.in l. ſi finita.§.Iul. q ur̃ diſtinguere.
Aut habuit iuſtam cãm credendi mandatum eſſe ſufficiens, &
nõ eſt cõtumax.Aut nõ habuit,& tunc ſecus. Tñ in caſu huius l.
iſta diſtinctio nõ eſt admittenda,quia poſito, ꝙ habuiſſet iuſtam
cãm credendi ſe iuſtè appellare,ex quo tamen ſuccubuit, dr̃ fru-
ſtratoriè appellaſſe,& in uſuris medij temporis ꝯdemnatur. ¶ Et
3 hoc ur̃ ſentire,hic glo.magna circa finem. ¶ † Sed quantum ad
expenſas litis,utrum ab eis excuſetur, poſſet diſtingui an habue-
rit iuſtam cãm,uel non,& ſic pronuncietur ꝯ eum ex primis a-
ctis,non ur̃ habuiſſe iuſtam cauſam, ſecus ſi non ex primis actis.
de hoc no.in l.generaliter.C.de iureiuran.

De confeſſis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Confeſſus in iure, ſed coram iudice, & non dato libello habetur pro condẽ
nato & quare.*
2 *Confeſſio extraiudicialis non habet uim cõdemnationis, ſed probationis,
non tamen eſt propriè probatio, ſed releuatio ab onere probandi, & ad-
mittitur probatio in contrarium, ſi confeſſus vult contrarium probare,
& quòd non nocebit ſibi confeſſio.*

3 *Quid*

3 *Quid in confeſſione iudiciali falſa ſcienter emiſſa.*
4 *In confeſſione extraiudiciali requiritur cauſa,& quid in iudiciali.*
5 *Ex confeſſione extraiudiciali an oriatur actio,ſeu obligatio, & quid in iudiciali.*

1 COnfeſſus. ¶†In tex.ibi,{confeſſus}. ſ.in iure,
ſeu coram iudice, & non dato libello.& tunc habetur pro condemnato,quia nõ ex-
pedit aliam condemnationẽ facere,cum in cõfeſſum
nullæ ſint partes iudicis in procedendo, ſed in exequendo, vt in l.
proinde ad l.Aquiliam,& iõ mittitur executioni talis confeſſio,ſi
cut ſententia,vt ſ.titu.i.l.poſt rem.Si vero datus eſſet libellus,& ad
ipſum reſpondendo confeſſus eſſet, tunc ſi aliud non apparet,vĩ
confeſſus animo litem conteſtandi,quæ poteſt fieri non per ſolã
negationem,ſed etiam per confeſſionem,vt l.ij.C.de iuramento
calumniæ,& l.rem non nouam.C. de iudicijs. Et ideo poſtquàm
lis eſt conteſtata,debet ſequi condemnatio iudicis, ita debet intel
ligi l.iij.ſ.eo.& l.qui Stichum.in fi.& ideo ſola confeſſio tunc nõ
2 haberet vim condemnationis,nec poſſet mitti executioni. ¶†Cõ
feſſio vero extraiudicialis non habet vim condemnationis, ſed
probationis,vt l.publi.in fi ſ.depoſiti.Non tamen eſt propriè pro
batio,ſed releuatio ab onere probandi,vt no.ſuper rubri.de pro-
a bationib.in nouella. & admittitur probatio in contrarium ſi con
feſſus vult,& poteſt contrarium probare,& non nocebit ſibi cõ-
feſſio falſa,etiam ſcienter facta,vt l.cum falſa.C.đ iur. & fac.igno.
niſi fuiſſet facta ad liberandum,quia tũc habet vim diſpoſitionis,
id eſt pacti de non petendo,quod reuocari non poteſt, vt l. tale
3 pactum in princi ſ.de pactis.¶†Non ſic in cõfeſſione iudiciali fal-
ſa ſcienter emiſſa,quia non recipit probationem in cõtrarium, vt
ſ.e.l.iij.& l.qui Stichum.ſm verum intellectum, niſi eſſet facta cir
ca præparatoria iudiciorũ,& aduerſario etiam ſciente,ꝙ eſſet fal-
ſa,quia tunc etiam confitenti falſum ex certa ſcientia non nocet
confeſſio,cum non decipiat aduerſarium ſcienter,ſed ſeipſum de
4 cipiat,vt ſupra de rei vẽdicat.l.is qui ſe obtulit.cum ſequen. ¶†Eſt
& alia differentia inter iudicialem confeſſionem, & extra iudicia-
lem,quia in extraiudiciali requiritur cauſa quando quis confite-
tur ſe debitorem,aliàs confeſſio non valet, vt l.cum de indebito.
b in fine.de probatio.Sed in iudiciali non requiritur cauſa, ſed ſuffi
cit,ꝙ quis confiteatur ſe teneri,dummodo exprimat certam quã
titatem,vt infra eodem.l certum.in prin. coniuncta iſta l. & l. vni-
ca.C.eodem.quæ de cauſa non faciunt mentionem, ſed ſimplici-
5 ter dicunt haberi pro condemnato.†Eſt etiam alia differentia,q̃a
ex confeſſione extraiudiciali,non oritur actio nec obligatio,quia
non dicitur diſpoſitio,ſed enunciatio, vt d.l. publi.in fine. Sed ex
iudiciali,oritur obligatio,& actio in factum,ſicut ex ſententia, &
iureiurando,vt C.eodem.l.j. Et prædicta quando confeſſio non
dicitur,nec allegatur falſam fuiſſe,aliàs diſtinguitur, aut emanauit
per errorem,& dic,vt infra l.proxi.aut ex certa ſcientia, & dic vt
ſupra dixi.¶Item prædicta,quando facta eſt legitimè id eſt aduer
ſario præſente,& per alium qui poteſt ſibi præiudicare,alias dic vt
infra eo.l certum.§.ſi quis abſente.cum ſeq.Cetera dic,vt per glo.
plenè habetur,& Doct.in d.l.vnica. C.eodem.

ADDITIONES.

a ¶Et in hoc.Adde Ioan.And.in c.bonæ.de elect.& Paul. ipſum in cõſil.173.
Bald.in cap.primo.§ ſacramentum.de conſuetud.rec.feu.Ale.in l. eũ qui.
ad finẽ princip.ff.de iureiurand.& l.publ.§.primo ff.de po.Bald. in rubri-
ca de probationib.Iaſ.in l.cum re.C.de trãſaction.Felyn.in rubr.de ꝓba.
b ¶De ꝯfeſ.iudiciali.Vide latiſſimè ꝑ Doc.poſt Abb.in c.at ſi cle.in iiij. not.
de iudic.

LEX III.

1 *Error iuris nocet in damnis vitandis,quando committitur in iudicio,licèt ſecus quando extra iudicium.*
2 *Caſus in quibus non poteſt quis reuocare falſam confeſſionem in iudicio emiſſam.*

NOn fatetur. ¶Iſta lex loquitur,quando con
feſſio allegatur falſa per confi-
tentem,& uult eam reuocare,dicens quòd per erro
rem confeſſus eſt.hoc dicit.¶Dicitur ergo hic,ꝙ ſi al
leget errorem facti probabilem,debet admitti, quia tunc non hr̃
1 pro confeſſo,ſecus ſi errorem iuris. ¶† Et nota hoc vltimum,ꝙ
a error iuris nocet in damnis vitandis quando committitur[a] in iudi
cio,licèt ſecus quando extra iudicium,vt etiam hic habetur in gl.
2 fina.¶†Et pro concluſione materię huius legis dic,ꝙ tres ſunt ca
ſus,in quibus non poteſt quis reuocare falſam confeſſionem in
iudicio emiſſam.¶Primus quando eſſet confeſſus ſciẽter falſum,
vt hic,& l.proxi.& l.qui Stichum.Et ſi emanauit circa deciſoria iu
diciorum,non videtur curãdum vtrum ignorauerit aduerſarius
falſitatem confeſſionis,uel ſciuerit per illas leges, quæ ſimpliciter
loquuntur,licèt quando circa pręparatoria bene diſtinguatur,ſci
uerit aduerſarius,vel ignorauerit,vt ſupra de rei vendicatio. l. ſi is
qui ſe obtulit.cum ſequentibus.& iſtud colligit hic ex dictis Bart,
qui licèt in præparatorijs illam diſtinctionem faciat, non ſic facit
in deciſorijs.¶Secundus caſus eſt,quando per errorem cõfeſſus
eſt falſum,tamen talis error cadit in latam culpam,vt ſi eſſet error
iuris,vt hic.Et idem ſi facti proprij.cuius nõ eſſet probabilis igno-
rantia,quicquid dicat hic glo.j.& Bar.quia eadem eſt ratio,quæ in
errore iuris.¶Tertius caſus,quando error non cadebat in latam
culpam,nec etiam in leuem vel aliquam, tamen confeſſus fuit in
cauſa in qua condemnatio creſcit per inficiationem . vt infra eo-
dem.l.ſi is cum quo.Et quæ ſit ratio,dic,vt in ſimili errore in l.ea
quę.C.de condictione indebiti.Extra iſtos caſus,puta, ſi error ſit
iuſtiſsimus,vt quia in facto alieno.ut ſupra pro ſuo.l.finali. in fine.
vel etiam iuſtus,vt in facto proprio,qui non cadebat in latam cul
pam,poſito,quòd in leuem,quod eſt, quando per aduerſarium
fuit inductus ad errandum,iuxta ea,quæ habentur in l.ij.ſ. quan-
do actio de pe.eſt an.& erat cauſa in qua condemnatio non cre-
ſcit per inficiationem,poteſt talis confeſsio facta in iure, & circa
deciſoria reuocari vſque ad ſententiam, probato errore. ¶Et ſi
hoc fiat,non nocet ipſo iure,quia non poterit ipſius virtute ſentẽ
tiam ferre,ſicut ſi facta non eſſet,vt hic,dum dicit.{fatetur} ſi autẽ
hoc non fiat ante ſententiam,ſed patiatur eam ferri uirtute talis
confeſsionis,ſi quidem appellauerit poteſt in cauſa appel.facere
id qđ poterat in prima.Si aũt nõ appellauerit, vel in cauſa appell.
non reuocauerit,& ſic ſnĩa tranſiuit in rem iudicatã, petat in in-
teg.reſt.intra tp̃s debitum,qđ facere poteſt ex clauſula generali,
ſi qua mihi iuſta cã,& hæc hñr ſ.e.l.pe. & iſto modo intellige glo.
hic,quæ videtur ſibi contrariari,dum dicit { ipſo iure, vt ſaltem ſi-
bi reſtitutio detur,&c.}In confeſsione verò iudiciali falſa, etiam ſi
ſcienter fuit emiſſa,in his in quib.non potuit ſibi nuda voluntate
præiudicare,admittitur probatio in contrarium,ut l.cum falſa.C.
de iu.& fac.ign.vt ſi fuiſſes confeſſus rem tuam eſſe meam, cum
dominium ſine cauſa, & ſine traditione in me transferri non poſ
ſit ſola voluntate,nec etiam à te abdicari,ut l.ſi quis vi.§. differen-
tia.de acquir.poſſe.Vel ſi confeſſus fuiſti te non teneri in centum,
quia non potes mihi obligari,niſi iuſta cauſa obligationis interce
dente,vt ſi interuenit ſtipulatio ſine cauſa,vt l.ſecunda.§. circa.in-
fra de doli exceptio.Secus ſi poteras tibi pręiudicare ſola volunta
te,vt ſi fuiſti confeſſus te non poſsidere cum poſsideas tunc be-
ne amitteres poſſeſsionem,quæ ſolo animo perditur l. ſi quis vi.
§.differentia.ſupra alleg.& l.iij.§.in amittenda. eodem titu.ſi fuiſti
confeſſus me tibi non teneri,cum tenereris,quia uideris feciſſe pa
ctum de non petendo.l.tale pactum.in prin.ſupra de pactis.Cum
verò confeſsio ſalua emanauit. circa pręparatoria iudiciorum,
alia diſtinctio adhibetur, quam vide hic per Bar. & colligitur ex
d.l.qui ſe obtulit.cum ſequen.& de l.ętate.§. qui iuſto. & §. fin. de
interrog.act.Cetera vide hic per Bar.qui multum utiliter, & ſubti
liter legit hanc legem.

ADDITIO.

a ¶Et Adde hoc ſecundum Dynum in regula ignorãtia.libro ſexto. quòd er
ror iuris noceat tantum poſt litem conteſtatam,non ante. Et ad idẽ Bar.
in hac lege.Salycet.in l.error.C.de iuris & facti ignoran.& Alexan. in l.ſi
per errorem.de iuriſdictione omnium iudicum.vbi plene.

LEX VI.

1 *Confeſſio facta in iudicio parte abſente,& pro ea nemine recipiente, non præiudicat confitenti.*
2 *Per procuratorem quòd non acquiratur actio abſenti extra iudicium ſine ceſſione regulariter,& quid in iudicio.*
3 *Confeſſio, iuramentum,& ſententia,qualiter æquiparentur.*

CErtum confeſſus.
1 §.Si quis abſente. †Confeſsio facta
in iudicio parte ab
ſente,& pro ea nemine recipiente,non præiudicat confitenti.h.d.
Et ſic nec inducit obligationem, nec probationem. Et idem in
confeſsione extraiudiciali,vt in l.nuda. cũ ibi plene nota. ſupra de
don.tamen in iudiciali uidebatur maius dubium, cum ibi adſit ꝑ-
ſona iudicis,quę dicitur publica,& põt acquirere abſenti,ſicut no
tarius.Sed hoc eſt uerum ſi hoc dicat expreſſe,alias ſecus,ut patet
per iſtum textum,quod eſt not. & ita intelligunt Doctores in l.
unica.C.eodem.ubi etiã limitatur alio modo, ſcilicet niſi abſens
ſit contumax,quia tunc habetur pro præſente,ut in l. Sabinus.de
iudicijs.& ſic ualeret ſententia pro contumace abſente, ſecus ſi
non eſſet contumax,ut in l.furioſo.cum ibi not. ſupra tit. proxi.
ita eſt dicendum in confeſsione.Et ſecundum hoc loquitur mira
bile,quòd contumacia prodeſſet contumaci, quia facit ualere a-
ctum in ſui fauorem factum, qui alias non ualeret. Vltimo not.
2 †quòd ſi procurator abſentis eſt præſens, bene ualet & acquiri-
tur abſenti ipſo iure per liberam perſonam,ſed hoc ideo, quia eſt
actus iudicialis,ut in l.in cauſę.in fi.ſupra de procura. Sed extra iu-
dicium non acquiritur actio per procuratorem ſine ceſsione re-
gulariter,ut l.poſſeſsio quoque.§.ſi poſſeſsio. ſupra de acquiren.
poſſeſ.

3 poſſeſ.¶†Not.etiam hic æquiparari iſta tria,ſcilicet cõfeſſionem,
iuramentum,& ſententiam,quia ex nullo iſtorum acquiritur ab-
ſenti nemine pro eo recipiente.

---

1 *Confeſſio legitimi adminiſtratoris,uel procuraeoris generalis non præiu-
dicat domino.*
2 *Confeſſio facta per procuratorem generalem,uel alium adminiſtratorem
quando noceat domino.*

1 **§.Sed an & ipſos.** †Confeſſio legitimi adminiſtra
toris,vel procuratoris generalis
non præiudicat domino.h.d.Et iſtud verum quando emanat per
modum voluntariæ iuriſdictionis,ideſt ſpontaneæ, & non coa-
ctæ,quia tunc continet quandam donationem, quæ non cadit in
generali adminiſtratione,vt in l.ſeruus furioſi.de cur. fur.& l.ab a-
gnato.nec in generali mandato,in l.contra iuris. §. fi.ſ. de pact.&
etiam dicitur continere ambitionem,vt in l.pręſens.C.de tranſac.
& in l.ambitioſa.de decretis ab ordi.fac.ſecus ſi per modum con-
tentioſę iuriſdictionis,ideſt coactæ,tunc bene præiudicat, vt pa-
tet ex his,quæ habentur in l.non ſolum.in prin.ff.de procur.& tũc
dicitur coactæ,quando confiteretur reſpondendo libello, quia ꝯ
pellitur præciſè reſpondere, vt in l.j.§.quid ergo.de ventr. inſpic.
vel reſpondendo poſitionibus aliàs ad iſtos actus non compellit̃
reſpondere, & ideo ſi reſpondendo confitetur, non præiudicat
domino,ſed ſibi ſoli,vt hic in prin.gl.quę tota facta fuit timore cõ
trarij,de dicta l.non ſolum in prin.& etiam quia tutor & curator
iurauit de calumnia, & ſic debent reſpondere poſitionibas cum
ad hunc finem fuerit inuentum illud iuramentum, & ſi eorum
reſponſio non præiudicaret domino, fruſtra compelleretur re-
ſpondere.Videtur etiam poſſe dici,ꝙ quando cauſa eſt multũ du
bia,& deficiunt probationes,ſicut permittitur tranſigere, & iura-
mentum deferre in præiudicium domini,vt in l.præſes.C.de tran-
ſac.& in l.tutor.ſ.de iureiuran.ita & confiteri.Tamen alia ratio eſt
in confeſſione,cum ex tranſ.aliquam vtilitatem conſequatur do-
minus,& etiam ex delatione iuramenti poteſt conſequi,ſi aduer-
ſarius recuſat iurare,vel referri,vt in l.manifeſtę.de iureiur. Sed ex
confeſſione non ſequitur,niſi damnum. Si tñ eſſet caſus ex quo
poſſet conſequi vtilitatem,vt ſi diminueretur condemnatio,poſ-
2 ſet idem dici.¶†Cętera dic,vt hic per glo.& per Bar.quod autem
dixi ſupra,confeſſionẽ ſponte factam per procuratorem genera-
a lem,vel alios adminiſtratores, non nocere [a] domino, intellige ſa-
nè ſcilicet abſenti,& ignoranti,qui poſſit eam reuocare, quando-
cunque etiam errore aliter non probato.Si autem fuiſſet pręſens
intellige,& tacens bene præiudicaret, niſi intra triduum reuoca-
ret,ſicut confeſſio aduocati facta clientulo præſente, & tacente,
vt C.de errore aduoca.l.j & ij.& in c.olim.de cenſi. & ſi reuocat
intra triduum,non habet neceſſe aliter de errore probare. Si tñ
poſt,tunc ſecus,tanquam ſi fuiſſet ab ipſomet facta, probat tamẽ
errorem eoipſo ꝙ probat rem aliter ſe habere, cum conſiſtat in
facto alieno,iuxta not.per Bar. ſupra eod.l. ij. & etiam dico, ꝙ in
caſibus in quibus nocet,vt quia facta eſt coactè:hoc debet intelli-
gi,niſi reuocetur,probando tamen errorem,ſicut in confeſſione
propria.vt ſupra eodem.l.ij.quia pro propria tunc habetur, & ita
de facto alias reſpondi conſulendo.licet Doct. hic non tangant,
nec declarent,cum tñ ſit valde ſubtile.Quid autem ſi in reſpon-
dendo libel.vel poſitionibus nulla interuenit coactio, videtur ꝙ
tunc non noceat,quaſi ſpontè videatur facta. Vnde videtur,ꝙ ſit
neceſſe expectare iuſſum iudicis,& ꝙ interueniat eius contradi-
ctio,ad hoc vt dicatur coactus reſpondiſſe.l.ait prætor.§.permitti-
tur.ſ.de mino.contrarium tamen puto,quia ſciebat vel ſcire po-
terat ſe poſſe compelli ad hunc actum,qui eſt de ordinario ſtylo
iudiciorum,iõ poſito ꝙ ſine iuſſu & coactione reſpondeat, non
vr̃ ſpontè reſpõdiſſe,ſed timore actionis futuræ.ar.in l.nouiſſime.
ſupra quod falſo tutore,& quod not.Bar.in l.iij.vel iiij. circa fi.ſu-
pra quod metus cauſa.Nec obſtat §.permittitur. quia ibi loquit̃
in his,quæ non ſunt de ordinario ſtylo iudiciorum.

ADDITIO.

a ¶Quando autẽ noceat,aut non noceat,vide apud Specu.de ꝓcurator.§.vt
aũt.verſic.cęterum.& ſequen.& de confeſſis §.nunc videndum.Sed nun-
quid ꝯfeſſio procuratoris.& §.poſtremo.verſic.ſi verò ſit ꝑ procuratorẽ.
Oldr.in conſi.126.Corn.conſi.incip.vr̃ in litera q.in ii.parte.& cõſil.144
incip.ſuperiorib.in litera p.& conſi.175.incip.videtur in litera c.4.par.

---

**§.In pupillo.** ¶Confeſſio pupilli non interueniente
tut.auth.ſibi non præiudicat, nec valet
confeſſio adulti ſine curatore,tamen præiudicat, & valet mero
iure.Sed aduerſus eam põt reſtitui in integrum.Item confeſſis in
iure datur tp̃s ad ſoluendum,quod datur iudicatis. hoc dicit vſq;
in fin.Et ſm̃ intellige,qñ non haberet curatorem, alias ęquiparet̃
pupillo,vt l.ſi procuratorem habens.C.de in integ.reſti.ſed ꝯtra,
quia diſtinctio videtur ſeruanda in actibus extraiudicialibus, non
autẽ in iudicialibus, qui non valent facti à minore indefenſo,e-
tiam ſi curatorem nõ habeat,ut ſupra tit.j.l.acta.§.fin.Sol. verum
eſt quantum ad actus,qui ordinantur ad ſententiam. & quãtum
ad ipſam ſententiam,vt ibi,non quantum ad alios, vt hic, & ſic vi-
detur debere hic intelligi,quando minor non reſpondendo libel
lo,fuit confeſſus ſe debere,& tũc valet mero iure, ſed reſtituetur,
quia talis confeſſio non ordinatur ad ſentẽtiam, cum ipſa pro ſen
tentia habeatur,vt in l.j.ſupra eo.Si uero reſpondẽdo libello, quo
caſu neceſſaria eſt ſententia,vt ſupra eo.l.iij.non valebit ipſo iure,
nec erit neceſſaria reſtitutio.Et ſimiliter ſententia non valebit lata
virtute talis confeſſionis per illam legem acta.in fi.& tene menti,
quia hoc non tangitur per Doctores.Et eſt ſubtile.

---

LEX VII.

1 *Confeſſus & condemnatus quando in executione ſententiæ poſſit aliquid
dicere vel non.*
2 *Ille cui commiſſa eſt executio ſententiæ poteſt cognoſcere & pronunciare
ſuper exceptionibus,quæ poſſunt poſt ſententiam opponi in executione.*
3 *Quando negotium eſt intricatum,cadit ignorantia.*

1 **CVm fideicommiſſum.** † Confeſ
ſus & cõ
demnatus,ſi poſteà in executione vult aliquid dicere
per quod non veniat contra confeſſionem, uel ſen-
tentiam de directo,nec illam impugnat,ſed modificat; debet au-
diri,& de hoc poterit cognoſci ab illo,cui commiſſa eſt executio
ſententię,& etiam ſuper hoc pronunciari. Si verò illud expreſsè
contradiceret confeſſioni,& ſententię,& eam impugnaret de fal
ſitate,non auditur mero iure,ſed per iuſtum errorem benè audi-
tur,mediante beneficio reſtitutionis in integr.quam tamen reſti-
tutionem facere non poteſt ille,cui commiſſa eſt executio ſenten
tię,ſed debet ipſum remittere ad iudicem ordinarium commit-
tentem.hoc dicit iſta l.ſing.& diffi.in tex. Et primo ponitur the-
ma,& quæſtio,vſque ibi,{reſpondi poſſe.} ibi ponitur reſponſio
affirmatiua & indeterminata,& ideo non bona vſq; ibi. (intereſ-
ſe.) Ibi ponitur determinatio cum diſtinctione bimembri uſque
quaſi ad fi.ibi.(ſed ex ſuperiore.)ibi limitat primũ membrũ, dum
in eo dixerat, ꝙ arbiter ſeu executor non debet eum abſoluere.
Nam benè dicit,ꝙ poteſt ipſum remittere ad prætorem,vt abſol
uat,quod eſt intelligẽdum impetrata reſtit.in integrum, & ex iſta
l.puto emanaſſe c.cum dilecti.extra de accuſa.vbi dr̃,ꝙ confeſſus
auditur poſt confeſſionẽ uolens aliquid dicere, quod exponat,
& declarat confeſſionem,non autem ſi contra illam veniret ex-
preſsè,& annullaret.Et præmitte,ꝙ quando hæreditas nõ eſt ſol-
uendo,ideſt non ſufficit deducto ęre alieno ad ſoluenda legata,
ꝙ etiam iſto iure,licèt legata deberentur attenta diſpoſitione te-
ſtatoris,& eius voluntate,& ſic de iure naturali,attenta tamen di
ſpoſitione iuris non debebantur,ut in l.uniuerſæ. C.de lega.& l.j.
§.fi.cum ibi plenè.no.ſ. ad Treb. Si autem legatum non eſſet fa-
ctum,vel eſſet inutiliter factum,tunc nullo iure debetur. Si ergo
hęres confeſſus eſt ſe teneri ad legatum,& propter hoc condem
natus,& eſt datus executor,ſupple,non merus, ſed mixtus,puta,
commiſſa fuit executio alicui in magiſtratu conſiſtenti, qui dici-
tur mixtus.iuxta notata in capit.paſtoralis.§.quia verò.de officio.
deleg.ſi confeſſus non dicat ſe non teneri, vel legatum non debe-
ri,& ita repertum fuerit,an talis executor poſſit eum abſoluere,
& pronunciare ipſum non teneri?Quidam dixerunt ꝙ ſic.Iuriſ-
conſ.diſtinguit ex qua cauſa dicat nunc ſe non teneri, vtrum ex
eo,ꝙ legatum uel fideicommiſſum non fuerit relictum, vel inu-
tiliter relictum,& tunc non debet eum abſoluere, quia per hoc
venit de directo contra confeſſionem,arguendo ipſam de falſita
te.cum iſta allegatio non compatiatur ſe cum confeſſione, ſed ei
de directo contradicat.An autem dicat ſe non teneri ex eo quia
facultates non ſufficiunt,non autem quin fideicommiſſum fue-
rit relictum,& etiam ſolenniter relictum.Et tunc bene auditur,&
hoc reperto debet ipſum abſoluere,quia non contradicit confeſ-
ſioni.Nam inſpecto ꝙ fuerit relictum, & etiam ſolẽniter relictũ,
potuit confiteri ſe teneri,inſpecta voluntate defuncti. & ſic de iu-
re naturali.Sed inſpecto,ꝙ bona non ſunt ſufficientia, poteſt dice
re nunc,ſe non teneri de iure poſitiuo, & ex ęquitate, & ſic non
contradicit confeſſioni,ſed eam exponit,uel limitat. In primo ta-
men caſu,licèt non debeat ſe impedire quantum ad hoc,vt per ſe
ipſum abſoluat,ſi tamen prętendit aliam iuſtam cãm erroris pro
pter quam æquum ſit ipſum in integrum reſtitui ex clauſula ge-
nerali,ſi qua mihi iuſta cauſa.debet ipſum remittere ad p̃torem re
ſtituendum.cum.n.reſtitutio in integ.ſit de mixto imperio,debet
fieri per maiorem magiſtratum.Et ſic no.hic limitationem ad l.ij.
ſ.eo.quia procedit nondum lata ſententia,quo caſu, ſi poteſt ap-
probare errorem iuſtum,non indiget reſtitutione, ſed ipſo iure
admittitur ad reuocandem,& ad probandum de errore. Poſtq̃
verò lata eſt ſententia,quę tranſiuit in rem iudicatam, non admit
titur,niſi mediante reſtit.in integ.ita intelligit gl.fi.iſtum tex.nota-
biliter.No.etiã pro eo quod dictum fuit ſ.ti.j.l.à diuo Pio. in prin.
& l.iiij.§.condemnatum. quando coram executore ſententiæ op
ponitur de nullitate,ꝙ debet cauſam remittere ad committen-
tem,&

tem,& ſuperſedere in executione. Vltimò videtur,  etiam ſecun
do caſu huius l. quando dicit bona non ſufficere,  de directo ve
niat contra confeſſionem,quia tunc legata ipſo iure non debent
iure iſto,licèt hodie ſi non eſt confectum inuentarium debean-
tur. Sol. vt patet ex his quæ ſ. dixi,& in l. Neſennius. §. fi. ſ. ti. j. debē-
tur inſpecta voluntate defuncti, & ideo videtur hic caſus de eo
quod determinant ibi Doct.  exceptio inuentarij poteſt oppo-
ni in executione ſententiæ, quia non impugnat ſententiam. Et
ego ibi oppoſui, immo impugnet, quia ſi confecit inuentariū
ipſo iure,non tenetur,& tamen ſententia declarauit contrarium,
licèt non ſit in executione,  non conueniatur, vel exigatur vl-
tra quàm facere poſſit, quia illa non tollit, quominus inſolidum
ſit obligatus. Sed reſponde ad illam oppoſitionem per hanc legē,
vbi eſt caſus,quia ſicut hodie confectio inuentarij facit hęredem
non teneri vltra vires hæreditarias ipſo iure,& ad debita, ita olim
defectus facultatum faciebat ipſum non teneri, ſaltem ad legata
ipſo iure. Et tamen iſta exceptio poteſt opponi poſt ſententiam,
& poſt confeſſionem,quia eas non impugnat, vt hic, quod intel-
lige,vt ſupra dixi,licèt hoc per Doct. nō declaretur. In tex. ibi, {aut
 hæres es.} dic  præcedens caſus in verſi. ſi verò. poteſt intelligi
qñ in bonis teſtatoris non erat tantum quantum legauerat, quia
non erant,niſi cētū,& legauit cc. & ſic ultra vires patrimonij. Hic
verò quando bene erat tantum in bonis immobilibus,tamen de
ducto ære alieno ſingebatur non eſſe,& ſic non legauit vltra pa-
trimonium,ſicut in caſu pręcedenti,ſed vltra vires, & vtrobique
eſt idem,tamen quando iſte hæres fuit confeſſus, credidit nihil eſ-
ſe detrahēdum,quia putabat totum ęs alienum fuiſſe detractum
2 & ſolutum. ¶†Not. ergo hic, ille cui commiſſa eſt executio ſen
a tentiæ poteſt cognoſcere, & pronunciare ſuper exceptionibus,[a]
quę poſſunt poſt ſententiam opponi in executione,vt ſunt multi
caſus,de quibus habetur per glo. in l. j. C. de iur. & fact. ign. & in
hoc iſta l. eſt multum not. & ſing. non ſic de illis,quę non poſſunt
3 opponi,vt etiam hic patet in caſu p̄cedenti. in ver. intereſt. ¶†No.
etiam, quando negotium eſt intricatum, iuſta cadit ignorantia,
ut patet hic,dum dicit. {cum controuerſia & computatio diffici-
lior eſſet.}

ADDITIO.

a ¶Et adde de qbus agnoſcere poſſit, vt hic per Bart. in l. pen. & Innoc. in ca. de cætero. de iudi. & cap. ad diſſoluendum. de deſponſa. impub.

# LIBER SEXTVS.

## De exceptionibus. Rubrica.

¶Super rubri. ibi. ſeu præſcriptionibus,ponitur pro eodem, quia exceptiones dr̄ p̄ſcriptiones. vt ). e. l. qui agnitis. in fi. ſtrictè autē loquendo illę exceptiones dicuntur præſcriptiones, quæ oriuntur ex lapſu temporis, vt infra. de diuer. & temp. præſcri. in rubro, & in nigro.

## LEX PRIMA.

*1 Sicut actor tenetur probare ſuam intentionem, ita & reus ſuam exceptionem.*

*2 Sicut actor debet intentionem ſuam apertè proponere, aliàs ſuccumberet, ita & reus ſuam exceptionem.*

*3 Sicut ille qui accuſat de crimine, tenetur apponere tempus, ideſt menſem & locum delicti commiſſi, ita & qui excipit de crimine.*

*Actor tenetur ſuam actionem ſeu intentionem dare in ſcriptis, & quid in reo excipiente.*

*4 Actor debet in ſuo libello concludere, non ſolum narrare, ideſt petere reū condemnari, vel de iure ſuo declarari, ſed reus non habet neceſſe concludere, nec petere ſe abſolui, ſed ſufficit quòd narret factum, ex quo reſultet exceptio.*

*Reus an poſſit excipere de iure ſuperueniēte poſt lit. cōte. & qd in actore.*

*5 Si in ſtatuto fieret mentio de actore, uel de actione, an extendatur ad re, ſeu exceptionem.*

*Ratio debet eſſe diuerſa à dicto.*

1 AGere etiam. ¶†Sicut actor tenetur probare ſuam intentio-
nem,ita & reus ſuam exceptionem. h. d. tex cū
glo. In hoc ergo pariſicant actor, & reus,ſ. in o-
2 nere probandi. ¶†Item in alio, quia ſicut actor
debet intentionem ſuā apertè proponere,alias
ſuccumberet,vt l. j. ſ. ſi menſ. fal. mod. dixer. in §. j. & in c. examina
a ta. de iudi. ita & reus ſuam[a] excep. vt in l. j. §. ait. ). de flu. & hr̄ in cle.
3 fi. de appel. ¶†Item in alio, quia ſicut ille, qui accuſat de crimine, te-
netur apponere tp̄s, ideſt menſem, & locū delicti ↄmiſſi, vt in l. li-
bellorum. de acc. ita & qui excipit de crimi. vt in c. p̄ſentiū. de teſti.
lib. vi. ſed in alijs differunt, qa actor tenet ſuā actionē, ſeu intentio-
nem dare in ſcriptis, vt in auth. offerat. C. de litis conteſt. ſed reus
non ſic ſuam excep. vt in l. ſcire oportet, de excu. tu. quia poteſt vi
ua voce proponere, licèt debeat redigi in ſcriptis per notarium
4 cauſæ. ¶†Item actor debet in ſuo libello ↄcludere non ſolū nar-
rare, ideſt petere reum condemnari, vel de iure ſuo declarari, vt
no. in l. j. ſ. de eden. in mag. glo. ſed reus non habet neceſſe conclu
dere, nec petere ſe abſolui, ſed ſufficit,  narret factum ex quo re
ſultet exceptio, puta, ſibi fore factum pactum de non petendo, ut
in omnib. legib. deponentib. formam exceptionis, puta, benè age
re, niſi qa &c. vt in l. qui pendēte. de act. emp. & l. ita. de proc. Item
actor non poteſt obtinere, niſi ex iure quod habebat tempore lit.
cont. non ex iure ſuperueniente poſt litem conteſta. vt in l. non po
teſt videri. de iudi. niſi habebat originē ante lit. conteſt. vt l. ſi rem.
§. fin. de pig. act. Sed reus benè poteſt obtinere ex iure ſuperueniē
te poſt lit. conte. vt in l. tigni. §. fi. ad exhi. & ibi no. & l. ſi conſtante.
§. fi. ſ. ſol. matr. licèt primus aliter diſtinxerit in hoc arti. ſed tene qd̄
dixi ſm̄ Bar. cętera dic, vt ibi per eū. ¶In glo. j. in prin. ibi. {ex quo
petit ſe abſolui.} Iſta gl. innuit,  reus habeat neceſſe concludere,
5 cuius contrarium ſ. dixi ſm̄ Bar. & verius. ¶†In gl. ibi, {non autē
eſt actoris.} ſed propriè loquendo. Et ſic no.  ſi in ſtatuto fieret
mentio de actore, vel de actione, non extenderetur ad reum, vel
ad exceptionem, de quo vide bonam gl. in l. ſed & partus. §. i. in
gl. ma. ſ. quod met. cau. & diſtingue vt hic per Bar. ¶In fi. gl. ibi, {vt
C. de pac. l. ij.} Sed certè etiam ibi habet neceſſe probare pactum,
ex quo reſultat tacitum pactum de non petendo. Item no. in gl.
ſe. in fi.  ratio debet eſſe diuerſa à dicto, quod faciat ad dicta te-
ſtium, ſi reddam rationem hoc modo, quia ſcio,  non valeat di
ctum eius, vt etiam no. in l. fi. ſ. de offi. procu. Cæſar.

ADDITIO.

a ¶Alioquin non p̄bans in expen. ↄdemnari debebat, vt in c. fina. de dolo & ↄtu. & c. ſniam. de pœn. l. non ignorat. ubi Bar. C. de fru. & litium expen. & adde Spec. tit. de expen. §. ij. poſt verſic. porro. & §. 4. verſi. quid ſi reus.

## LEX II.

*1 Exceptio eſt actionis excluſio, ſed replicatio eſt excluſio exceptionis.*

*2 Vbi non eſt actio, non eſt proprie exceptio.*

*3 Vbi non eſt dare actionem.*

1 EXceptio. ¶†Exceptio eſt actionis excluſio,
ſed replicatio eſt excluſio exceptio-
nis. Item exceptio datur reo, replicatio datur actori,
tñ etiam replicatio dicitur exceptio. hoc dicit vſque
2 ad §. fina. ¶†Not. ergo ex primo,  ubi non eſt actio, non eſt pro-
priè exceptio, quia non cadit ipſius diffinitio. ¶Sed tunc magis di
citur exceptio facti vel intentionis, vt in l. qui ſe debere. de condi.
ob cau. & diceretur illa defenſio magis, quàm exceptio, vt no. in
Specu. eodem titu. §. j. ¶Pone exēplum in exceptione ſolutionis,
per quam tollitur omnis obligatio, & actio: propriè ergo exce-
ptio, eſt exceptio pacti de non petendo, vel rei iudicatæ, vel præ-
ſcriptionis per quas actio non tollitur, nec negatur, ſed eliditur gl.
tñ eſt in l. nemo ex his. in prin. ). de reg. iur. dicit,  talis exceptio ē
per iſtum tex. Sed dic largo modo loquēdo, & differunt in effe-
ctu. qñ eſt propriè excep. vt pacti, debet proponi per reum, & niſi
proponeretur, iudex non ſuppleret de facto etiam ſi ſibi eſſet no
ta. nō tñ vt iudici, vt no. per gl. in l. ſi vnus. §. pactus. in gl. in oppo. ſ.
de pactis. Sed illa, q̄ non eſt propriè exceptio, quia negatur actio
ēt ſi non opponatur, ſi conſtat iudici, actori actionem non com-
petere, poteſt ſibi denegare audientiam, vt not. per gl. in l. vbi pa-
ctum. C. de tranſ. & adde quod per eum Bar. no. in l. eum qui ita.
3 §. qui ita. de verb. obl. ¶†Item circa replicationem, dic illa datur ad
ſubſtituendā actionē, & vbi non eſſet dare actionem, nō eſſet da-
re replicationem, vt in l. ſub prętextu. la 1. C. de tranſactio.

*1 Exceptionum aliæ ſunt dilatoriæ, & aliæ peremptoriæ.*

*2 Exceptio dilatoria ſolutionis, an differat iudicium.*

1 §. Sanè ſolemus. †Not. diſtinctionem duplicē, quia
quædā exceptiōes ſunt dilatoriæ,
quædam peremptorię. ¶Item dilatoriæ quædam ſunt dilatoriæ
iudicij, quia quędam differunt iudicium, vt ſunt illæ, quæ opponū
tur contra perſonas in iudicio conſiſtentes, puta, contra procura
torem,  non eſt procurator, vel non legitimè conſtitutus, vel 
non poteſt eſſe, vel contra actorem, puta,  eſt excōmunicatus,
vel bannitus, vel contra iudicem, qui non habet iuriſdictionem,
& iſta dr̄ exceptio dilatoria, quæ debet ante omnes alias proponi
vt in l. fi. C. eo. ti. Iſtę. n. non perimunt intentionem agentis, ſed dif
ferunt quouſque mā exceptionis durat. Quædā verò ſunt dilato-
riæ exceptiones, puta, pacti de nō petēdo vſque ad certum tp̄s,
a vel ſi à prin. promiſit vſque ad certum tempus.[a] An autem talis
exce.

ADDITIO.

a ¶Quæ eſt de his quæ litis ingreſſum impediūt, & litis cōteſtationē, licèt inter eas numerari cōſueuerit. in c. j. de lit. conte. lib. vi. & l. eleganter. §. ſi quis poſt. de cōd. inde. Qd̄ intelligas tñ, vbi ipſa dilatoria ſolutionis & pacti de nō petēdo añ totū diē, aut tp̄s, uel vſq; ab initio ineſſet ipſi obligationi ſm̄ no. dictū Bar. in l. eū q ita. §. q ita ſtipu. ). de ver. obl. & ibid. p Iaſ.

excep.differat iudicium: videtur ꝙ non, & ꝙ poſſit agi ante diē,
vt fiat condemnatio de damno aduenien̄te: dic vt per l. ſi in diē.
de peti.hære.hoc vide per Bar.in l.excep.C.de proba. Et vide qđ
hic habetur in Spe.de excep.§.i.& ij.vbi ponit plura alia exempla.
de dila.Peremptoriæ autem ſunt perpetuę & totaliter perimunt.
ſtituendum tanquam liti ſe obtulerit, quia non dicitur obtuliſſe,
niſi interrogatus reſponderit ſe poſſidere, ita intellige gl in l. is
ſ. de rei vendi. Et iſtud intelligo uerum, etiam ſi reus malitioſè
hoc fecerit, ſciens ſe non poſſe condemnari, ut actor vexetur li
tibus, & expenſis, quia imputet ſibi actor quare non ſeruauit
cautelam datam a iure, interrogando ipſum an poſſideret, ut in
l. qui petitorio. ſ. de rei uendic. & de interrog. act. l. qui interroga
tum. & per totum tit Eſt ergo utilis talis interrogatio, ne fruſtra
actor litiget per iſtum tex. cum glo. quia uidetur actor condem-
nandus in expenſis, tanquam temerè uexauerit reum, ut in l.
3 cum quem temerè. ſ. de iud. ¶ † Secundo no. ex glo. aliud, quod
etiam alibi non ita benè reperitur, quòd licet ex tunc appareat
actorem litigaſſe cum non legitimo contradictore, nihilominus
iudicium non eſt eluſorium, quia ex eo poteſt actor obtinere
ſententiam declaratoriam iuris ſui, licèt reus abſoluatur. Et ad-
hoc ſemper alleg. iſte §. cum glo. Iſta tamen ſententia non no
cet, niſi ipſi reo, cum quo lata eſt, ideo poterit ex noua poſſeſ
ſione mitti executioni contra eum, vt dixi in princip. huius le
gis, & ad hoc etiam alleg. iſta gloſ. cum tex. licèt hoc non dicat
ſed ſolum, quòd poteſt agi actione prima.

1 *Exceptio competens cõtra actorem tranſit contra ſingularem ſucceſſorẽ.*
2 *Exceptio rei iudicatæ non ſolum competit reo abſoluto, ſed ẽt actori, ex ſententia condemnatoria. ſi illa fuit miſſa executioni, & poſtea reus cõ demnatus uexaret actorem ſuper eadem res*
3 *Ius facilius deſcendit ex perſona auctoris ad ſucceſſorẽ ſingularem, quàm econuerſo aſcẽdat de perſona ſucceſſoris ad auctorem.*

1 §. Iulianus. ¶ † Exceptio competens contra auctorem
tranſit contra ſingularem ſucceſſorem,
non ſic econuerſo. & eo. modo exceptio competens ſingula-
ri ſucceſſori, non tranſit ad auctorem re ad ipſum reuerſa. h. d
Paul. de Caſt. j. ſuper ff. Nouo. m iſte. §.

iſte §.cum l. ſequen. Sed competens auctori, bene tranſiret ad ſingularem ſucceſſorem, vt ). eo.l.ſi mater.ver.item Iul.& ſic primo loquitur hic de exceptio.paſſiuè contra auctorē, an tranſeat contra ſingularem ſucceſſorem, vel ecōuerſo, poſtea in l.ſeq.de exceptione competēte actiuè ſingulati ſucceſſori an tranſeat ad auctorem? & dicitur ꝙ non. Sed an competens auctori trāſeat in ſingularem ſucceſſorem. iſte caſus non ponitur hic, ſed in l.ſi
2 mater.§.item Iul.† No.hic in fi.ꝙ excep.rei iudi.non ſolum competit reo abſoluto, immo etiam competit actori, ex ſnīa condemnatoria, ſi illa fuit miſſa executioni, & poſtea reus condemnatus vexaretur ſuper eadem re, tex. eſt hic expreſſus in verbo. {exceptionē.} & ſic inducta ad vnum finē operantur ad alium, quia condemnatoria ad fi.agendi, & tamen producit exceptionem, & ſic econuerſo ex ſententia abſolutoria, interdum datur actio in factum, ſi abſolutus cecidit a poſſeſſione, vt patet ex his quæ habentur in l.ſed & ſi poſſeſſori.poſt prin. de iureiu.licèt aliqui dicant, ꝙ ibi loquitur in iuramento, ſecus in ſnīa. Sed præce-
3 dens plus placet arg.hic. ¶† Itē no.hic & ad illud ſemper alle. iſte tex. ꝙ ius facilius deſcendit ex perſona auctoris ad ſucceſſorem ſingularē, q̃ ecōuerſo aſcēdat de perſona ſucceſſoris ad auctorē, iuxta illud Mar. Facilis deſcēſus Auerni, ſed reuocare gradū &c.

## L E X XI.

1 SI mater. ¶† Qui egit petitione hæreditatis ſimpliciter vel generaliter non expreſſa cauſa & ſuccubuit, licèt vnam tamen cauſam fuerit proſecutus, ex alia tamen iterum agere non poteſt de rigore iuris, ſed de æquitate, ſubſiſtente iuſta cauſa, reſtituitur, vt agere poſſit.h.d. no. Et in hoc vltimò, quod ponitur in fi.huius prin.in tex.eſt notabile, quia ꝑ ipſum limitatur ſequēs §.& etiam §.eandem.in fi.in quib.habetur, ꝙ ex cauſa non proſecuta iterum non auditur in actione reali. Nam hoc eſt verum de rigore, ſed de æquitate poteſt petere ſe reſtitui ſubſiſtente iuſta cauſa, vt hic, & glo.hic intelligit, ꝙ iuſta cauſa ſit hæc, quia erat mater, & tractabat de lucroſa hæreditate filij, & ita etiā no. per glo.in ſeq.§.ad quod facit l.fi.de inſti. & ſubſti.quem intellectum plures Doc.ſequuntur, & eſt ſingularis.in ſeq.tamē credo ꝙ intellectus literæ fuerit alius, dum dicit, ſed ex cauſa, & ſic ſentit de alia cauſa, quam maternitatis, quia ſi de illa tantum ſenſiſſet, cum primo fuerit locutus de matre, non expediebat dicere, {ſed ex cauſa &c.immo ſufficiebat dicere. {ſed ſuccurrendū erit ei &c.} Intelligo ergo iſtam cauſam, quādo per errorem facti probabilem non fuit proſecutus aliam cauſam, quia ignorabat ſibi competere. Sed fuit proſecutus eam incompetentem, & ſic reſtituit ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa. Et ſecundum iſtum intel.ſequitur limitatio ſeq.§. & etiam §. eadem.in fine.quia iſtud procedit non ſolum in matre tractante de hæreditate filij, ſed etiam in qualibet alia, ſed in matre tractante de illa hæreditate, poteſt dici eſſe hoc plus, quòd ſi in fi. non ſubſit iuſtus error reſtituatur, dummodo non fuerit in dolo, vel in lata culpa, quia ſciebat aliam cauſam ſubſiſtere, & non fuit eam proſecuta. In alia ergo, quam matre requiritur, quòd non fuerit in dolo, nec in aliqua culpa. Sed in matre ſufficit quòd non fuerit in leui, quando tractat de hereditate filij. facit quod in fi.no.per Bart.in l.non fatetur de confeſ. ¶In tex.ibi, {bona vendicauerit.} & ſuccubuit, quia reus fuit ſimpliciter abſolutus, nec expreſſit iudex quòd ideo abſoluebat, quia teſtamentum non erat ruptum prout mater allegabat, quia ſi ita feciſſet, non obſtaret exceptio matri volenti ex alia cauſa agere cum iudex ſe reſtrinxerit ad certam cauſam abſolutionis, ſicut ſi certa cauſa fuiſſet in libello deducta, quia non noceret ſententia in altera, vt infra eod.l.j.§. ſi quis autem. intelligo autem, quòd abſolui reum ſimpliciter, licèt fuerit motus ex eo, quod mater non probauit rupturam teſtamenti, & ita intelligo tex. ). dum dicit, {quia teſtamentum patris &c.} Not. quòd illa verba fuerunt appoſita in ſententia, ſed quia iudex ideo fuit motus. Talis ergo ſententia abſolutoria ſimpliciter nocet in qualibet cauſa etiam in proſecutione non deducta, quia verba hoc importāt, cum videbatur abſolutus cā in proſecutione deducta, & tamen probata, & etiam in nō deducta in proſecutione, quia ſaltem videtur deducta in libello, ideo imputet ſibi actor, quare in proſecutione non deduxit, & iſta eſt ratio ſequen.§.& etiam §.eadem.in fine.¶In tex.ibi{idcirco.} Iſta mater credebat ad ſe deuolutam hæreditatem filij abinteſt. per Senatuſcon. Tertul. & in hoc errabat, quia non erat in veritate, cum iſte filius nullum haberet ſubſtitutum pupillarem, ſecus ſi habuiſſet, & valuiſſet, quia iſte excluderet matrem, vt l. Papinia.§.ſed nec impuberis.ff.de inoff.teſtam. ſed in alijs duob. errabat, quia credebat fuiſſe datum ſubſtitutum pupillarem, & non erat datus, vt ). in ver. poſtea autem. Item credebat teſtamētum paternum eſſe ruptum ex aliqua cauſa & nec iſtud erat uerum. Egit ergo peti.hære.& in libello non expreſſit iſtam cauſam, quòd teſtamentum eſſet ruptum, quia tunc poſſet agere ex alia cauſa, ut ).ea.l.§.ſi quis autem. ſed in proſecutione, cū aduerſarius alleg. ſe ſubſtitutum, licèt falſo replicando dicebat ſubſtitutionē fore ruptā ꝑ rupturā teſtamēti paterni, & nō ꝓbauit.iō iudex abſoluit. Vel dic, ꝙ imo iſtā cām in libel. expreſſit, ut innuit hic dū dicit.(bona vendicauerit idcirco, quia putabat &c.) & nihilominus ſnīa abſolutoria mero iure ſibi nocet. nec ob. §. ſi quis aūt.quia ibi deduxit in libel.cauſam, ex qua dicebat ſibi acquiſitū dominium, licèt hic iſta cā, ꝙ teſtamentum eſſet ruptum, & per ꝯſequens ſubſtitutio non erat illa cā, quæ faceret ad ipſum hæreditatem ꝑtinere, ſed eſt iſta ipſa maternitas, ꝙ ſenatuſcon. Tertul. Bene uerum eſt, ꝙ illa eſt cā propter quam non impediebatur. Merito ergo non pōt iterum agere de rigore, quia uidetur deducere eandem cauſam in iudicio, ſ.maternitatem. Et iſtud puto eſſe uerum intell.iſtius l. quia ſicut prius dixit ad ſe pertinere hæreditatem, quia mater ita dicit, nunc non ſic in §. ſi quis autem. prius dixi me dominum, quia emi à Titio, nunc dico me dn̄m, quia heres ſum Sempronij, q erat dn̄s, uel ēt eiuſdē Titij. Nā alle. nouam cām acquiſiti dominij, non ita hic. ¶In tex.ibi(poſtea apertis pupillaribus tabulis.)ideſt teſtamento paterno, in quo dicebantur contineri pupillares tabulæ, licèt uere non eſſent, nam ſi non erat datus ſubſtitutus, quomodo poterant aperiri tabulę pupillares, unde tex.ſibi contrariatur.

1 *Qui egit rei uen.ſimpliciter, uel generaliter nulla cā in libello expreſſa licèt unam tantum fuerit proſecutus, ſi ſuccumbat non poteſt ex altera non proſecuta iterum agere. Secus ſi unam tantum cauſam in libello deduxit, quia poterit agere ex altera non deducta.*

1 *Abſolutoria lata, quia actor non probauit, an pariat exceptionem rei iudicatæ ita ut actor non poſſit iterum agere, ſi probationes ad eum peruenerit*

1 §.Denique. ¶† Qui egit rei uen. ſimpliciter, uel generaliter nulla cauſa in libello expreſſa, licèt unam tn̄ fuerit proſecutus, ſi ſuccumbat non poteſt ex altera nō proſecuta iterū agere. Secus ſi unam tn̄ cām in libello deduxit, quia poterit agere ex altera non deducta. h. d.cum §.ſeq. Ratio primi dicti eſt, quia licèt in proſecutione non ſit deducta, niſi una cauſa in libello, tn̄ poſtquam fuit generaliter, vel ſimpliciter formatus, vr̄ deducta oīs cauſa, ex qua dominium actori cōpetit, vt ).ea.l.§.eandem. in fi. Imputet ergo ſibi actor poſtquam deduxit in libello, quare non fuit eam proſecutus, & non probabit. Vnde iudex uidetur abſoluere à proſecuta, & etiam à non proſecuta, in libello deducta. Reſpondeo ꝙ intelligitur, ut dixi in principio huius l.qn̄ non reſtrinxit ſe ad proſecutam, ſed ſimpliciter abſoluit. Ex ſecundo dicto in §. ſi quis autem. confunditur una opi. Pet.qui tenuit de directo ꝯrium, ꝙ etiam ſi expreſſit certam cauſam in libello, ſententia noceat etiam in alijs non expreſſis, & mouebatur ſubtili ratione, quia in rei uendica. non expedit aliquam cauſam remotam in libello exprimere, ſed ſufficit exprimere cauſam primam, ſcilicet quòd dominium ad ipſum pertinet, & admittitur talis libellus incertus, ut not. in l. prima. in princ. in gl. mag.ſ.de eden.licèt glo. hic magna dicat contrarium. ſed reprehenditur per Dyn. Poteſt tamen procedere in libello dato in actio. perſonali, ut no. in d. l. j. de eden. & etiam poteſt procedere in reali, quantum ad proſecutionem, quia licèt admittatur libellus generalis, proſecutio tamen debet ſpecialiter fieri, ut reus ſit certus, an debeat cedere uel contendere. non.n.ſufficit articulare quòd ipſe ſit dominus, niſi dicat, ex qua cauſa, aliàs probationes non poſſent recipi ſuper incerto. Sed in libello ſufficit bene hoc dicere, ut ).eod.tit.l.& an ea.§.actiones.ver.at cum in rem. poſtquàm ergo ita eſt, quòd non eſt neceſſaria expreſ-
a ſio cauſæ remotæ, ſi exprimatur [a] vna, cenſentur omnes expreſſæ, ſicut uidemus in appellatione à diffinitiua, in qua non requiritur expreſſio cauſę, ſed ſufficit dicere appello, & propter hoc ſi exprimatur una ex abundanti, omnes aliæ uidentur expreſſæ, ut in l. ſocio. ). de app. Sed quicquid dicat. Pet. caſus eſt in iſto §. ſi quis autem. contra eum. Diſtinctionem autem
2 glo. quæ eſt hic reſſumam in §. eandem. plenius quàm glo.† Et no. in iſta gl. ibi. {Si vero abſoluitur, quia non probo, nocet in repetita &c.} quòd abſolu. lata quia actor non probauit, parit exceptionem rei iudi. ſicut ſi eſſet lata, quia eſſet dominus ipſe reus, uel non debitor, ergo ſequitur quòd iterum actor non poteſt agere, & probare, ſi probationes ad eum peruenerunt, alias non eſſet uerum, quod dicit iſta glo. ꝙ ſententia noceret. Vidi tamen quàm plures etiam Doct. in hoc errare, credentes ꝙ iterum,

### A D D I T I O.

a ¶ Adde tamē ꝙ qn̄ cauſa eſt in libello expreſſa, & deducta, ſemꝑ eſt probāda, quādo talis eſt ſine qua libellus non eſſet bene cōceptus. Bal.in l.ij. C cōmuni diui.in j.col.ad fi.ī uer. facit ad hoc theorica.alleg.in hoc Inno.ī c.ex parte abbatiſſæ.de priuil.& qđ ſubijcit de expreſſione cauſæ in cauſa appellationis, adde ꝙ ſecus eſt ī interlocutoria ſm Ab.in c.ex parte.de ap.& uide Inn.ī c. paſtoralis.de off.del.& no.ī l.ſcio.& ibid. Doc.de app.

ꝙ iterum poſſit agere,quia non uenit contra ſententiam, & mouentur per gl.quæ eſt in l.Iul.de condi.indeb. Sed male mouētur quia verum eſt,ꝙ ſi reus abſolutus,quia actor non probauit, & hoc non obſtante ſoluat actori, non poteſt repetere per condi. inde.& actor poteſt nunc probare,ꝙ debitum præceſſit,quia nō dicit contra ſniam, & hoc probato apparet, ꝙ durabat debitum naturale,quia illa ſnia naturalem obligationem non ſuſtulit, quæ eſt de iure gen.cum ipſa ſit de iure ciui.vt ibi no. Et naturale debitum ſolutum per errorem iuris non repetitur, & hoc eſt, quod vult ille tex.cum gl.non ſic ſi fuiſſet abſolutus, quia non erat debitor,quia tunc actor etiam excipiendo non poſſet probare, ꝙ erat debitor,quia veniret contra ſniam. Sed ſi reus abſolutus nō ſoluit,& actor vellet ipſum moleſtare iterum,non poſſet, ſiue ſit abſolutus,quia non debitor,ſiue quia non probauit actor, quia iſta ſnia imponit actori ſilentium,ne amplius reum moleſtet agēdo,licèt non imponat quominus a reo poſſit ſe defendere excipiendo,vt probatur per tex.expreſſum in l.argentarius.§.cum āt. ſ.de eden.& per iura quæ dicunt, ꝙ prætextu inſtrumētorum de nouo repertorum ſententia reſcindi non debet,vt C. de re iud.l. ſub ſpē.& per gl.quæ eſt in auth.qui ſemel.C. quomodo & qñ iudex quæ dicit iſtā ſniam eſſe diffinitiuam,ergo debet plus operari quā ſnia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, vel ꝑꝑ ineptum libellum,quæ non impediunt iterum agere,vt no.in l.j.ſ. ſi menſor fal.mo.& iſta eſt veritas.

## §.Item Iulianus.

¶Exceptio competens uenditori tranſit in emptorem hoc.d.dicit ). eo.l.ſi a te.§.fi.ſequitur §.eandem cauſam.

---

1 *Agens rei uendicatione generaliter,uel ſpecialiter,& ſuccumbens, quando poſſit ex cauſa denuo agere.*

2 *Cum quis egit rei uendic.uel pet.hære.& ſuccubuit ex eo quia non probauit,& iterum uult agere,an ſibi obſtet exceptio, ſi uolebat agere ratione dominij,ꝙ habebat tempore litis conteſt.*

3 *An poſſit actor poſtea agere publiciana.*

4 *Quid ſi velit agere ex cauſa de nouo ſuperueniente,& ſic ratione dominij poſtea acquiſiti.*

5 *In ſententia abſolutoria quia actor non probauit,an reus acquirat dominium.*

1 **§.Eandem cauſam.** †Qui egit rei ven.generaliter,vel ſimpliciter,& ſuccubuit,non prohibetur ex cauſa,ſeu dñio de nouo ſuperueniente iterum agere,niſi talis cauſa retro fingatur. Non autem poteſt agere ex cauſa,uel dominio quod tpe primi iudicij competebat, licèt cām ex qua competebat nō fuerit actor proſecutus, ſed aliā ꝗ putabat competere.h.d.iſte §. ſolennis, & ſubtilis quem diuide principaliter in tres partes,quia primo loquitur,qñ tpe lit. conteſ. actor non habebat dominium,& ideo ſuccubuit.Sed poſtea ſuꝑuenit,quod poteſt intelligi duob.mod.vel ꝙ ſuperuenit poſt ſententiam,& tunc eſt clarum,vel ꝙ ſuperuenit ante lit.conteſtat. & ante ſniam,& tunc eſt magis dubium. Vnde dic tunc,vt ).dicam. & hoc uſq; ibi,{niſi fortè.}Secundo loquitur quando tpe lit.conteſt.habebat dñium,ſed lite pendēte deſijt habere,& poſtea reuerſum eſt,vel acquiſiuit de nouo vt hic vſq ibi,{itaque.}Et iſta particula continet duos caſus.Primus eſt,quando illud dñium reuerſum eſt,& fingitur retro nunquam deperditum vſq; ibi, { & iō. } Secundus eſt,qñ nō idem dñium,ſed aliud diuerſum, & ex diuerſa cā,ꝗ non retrotrahatur uſq; ad ver.itaq;.Ibi tertia pars principalis,quæ loquitur,qñ tempore lit.conteſt.habebat dñium, & non ipſum habere deſijt,licèt non fuerit proſecutus cām verā ex qua competebat,ſed cām putatiuam, & poſtea volebat agere ex vera,certe non poteſt,ratio patet ex his quæ dixi in princi.huius l. &
4 in §.j.†Et recolligendo iſtam māτn,& diſtinctionem gl. quæ eſt ſ. ea.l.deniq;.diſtinguendo cum quis egit rei vend.uel pet.hæred & ſuccubuit ex eo,quia non probauit, ſi iterum vult agere, an ſibi obſtet exce.dic ꝙ aut vult agere ratione dñij, qđ habebat tempore lit.conteſt.Aut ratione dñij acquiſiti poſtea.Primo caſu,aut in libel.deduxit certam & limitatam cauſam,quia dixit ad ſe pertinere ex emptione facta tali à tali,& tunc poteſt poſtea agere ex alia cauſa in libel.non deducta,ut in d.§.ſi quis autem.Aut nullā cauſam ſpecialem expreſſit in libello, tamen bene expreſſit in proſecutione.& tunc ex alia non proſecuta iterum agere non poteſt, vt in fi.huius §.& in d.§.deniq;.hoc verum mero iure, ſed ex cauſa reſtit.in integ.ratione iuſti erroris,vel ignorantiæ ꝗ habebat de mera cauſa,ꝗ non fuit proſecutus,bene admitteretur.ut in princ. huius l.in fi.ſm vnum intel.quia eſſet mater,& ageretur de lucro ſa hæreditate filij,ut ibidem.ſm alium intelle.Itē hæc vera,ſi uellet poſtea agere ratione directi dñij,vel etiam vtilis, quia vellet dicere ſe emphyteutam,vel ſuperficiarium. Nam cum primo dicit ſe dñm,vel rem ad ſe pertinere iure dñij,vr̄ dixiſſe tam de directo, ꝗ de utili.vt in fi.huius §.in ver.qualecunq .quod non poteſt referri niſi ad qualitatē dñij,non ad qualitates cauſarum ex quib. acquiritur,licèt id quod poſtea ſequitur,{& vndecunq; &c.} referatur ad qualitates cārum,quarum quædam ſunt de iure nāli, ſeu gen. quædam de iure ciuili} Et ita intellige hic gl.ſuper verbo,{qualecūq }illam opi.tenet Dy.& Bar.licèt gl.iſta in fi.ſentiat ɔ̄rium, ꝙ nō videatur deduxiſſe,niſi directum, & ſic ſnia non noceat volenti agere utili.Sed Doct.ɔ̄.Si vero ageret pub. & ſic deduceret quaſi dñium,tunc bene poſſet,quia illud non vr̄ in primo iudicio deductum,ſi dicit ad ſe pertinere iure dñij, quia hoc verbum non cōprehendit quaſi dñium,pro quo competit pub Et de hoc in text. & per gl.magiſtram.ſ.de euic.l.minor.§.ſi ſeruus.& tetigit gl. ). tit.
3 j.l.fundi.quæ incip.ɔteſt.†Sed ſi in libello dixit rem ad ſe pertinere iure dñij,vel quaſi,prout cōiter fieri conſueuit, & reus fuit abſolutus,an poſſit actor poſtea agere publicia.dic vt no.per Bart. ).e. tit.l.& an eandem.§.actiones.qui alle.determinationē Ioā. And.in c.Abbate ſanè.de re iudic.lib.vj.prædicta, qñ reus fuit abſolutus, quia actor non probauit:ſi aūt quia reus non poſſidebat,dic vt ſ.
5 eo.l.ſi a te.in text.& gl.†Secundo caſu principali, qñ vult agere ex cauſa de nouo ſuperueniente.Dic ꝙ aut tpe lit.conte. in cauſa in qua ſuccubuit,nullum habebat dominium,ſed incipit agere poſt aut habebat & lite pend. illud perdidit,aut poſtea de nouo acquiſiuit.Primo caſu loquitur prin.huius §.ꝙ ſnia non nocet,quod limita eſſe verum,niſi poſtea acquirat dñium ab illo,cui illa ſnia noceret,puta,ſi ille à quo dñium acquiſiuit per prius habuit cām ab iſto actore poſt latam ſniam ɔ̄ eum,deinde actor habuit cām ab illo eodem,& hoc voluit gl.mag.hic quæ incipit {non implicat in q.}ꝗ format in ver.ſed quæro. Nam ſnia lata ɔ̄ iſtum actorem, nocebit ei,qui poſtea cauſam à ſe habuit,ut ).eo.l.fi.ergo & nocet ſibi iterum acquirenti ab illo,q non potuit melius ius in ipſum trāſferre,ꝗ prius ab eo acquiſiuerit.Si āt ille habuiſſet cauſam ab iſto actore,anteꝗ lata eſſet ɔ̄ ipſum ſnia,tunc non noceret illi cauſam habenti,ſi ignorauit ipſum actorem agere, & ideo eidem actori poſtea acquirenti ab illo,vel ab habente cauſam ab illo, ſnia non noceret,& poſſet habere locum iſtud principium, & hoc voluit illa eadem glo.in ulti.q. Secunda limitatio eſt, quia procedit iſtud qñ cauſa noua, vel dominium requireretur poſt ſniam latam ɔ̄ eum,quia non poteſt dici, ꝙ illa ſnia faciat præiudicium in cauſa, vel dominio,quod tempore ipſius latæ non competebat,ut l.poteſt videri.de re iud.& l.quemadmodum. Nam ſicut non poſſet pro actore ferri ſnia pro cauſa, vel dominio, quod tunc non habebat,vt in illis iuribus,ita nec lata ɔ̄ actorem, facit præiudicium in illis,vt eadem ſit ratio contrariorum. Si autem ſuperuenit dominium poſt lit.conteſt.lit.pend.tunc aut ex cauſa deducta in iudicio,quæ tamē tēpore lit.conteſt.non habebat locum, ſed incepit habere poſt:tunc bene noceret ſentētia abſolutoria.Ratio eſt, quia tunc potuiſſet ferri condēnatoria pro actore per l.ſi rem.§.fi. de pig.act. Vbi ſi poſt lit.conteſt.ſuperuenit actio, quæ tēpore lit. conteſt.non erat,ſi tamē ex cauſa de præterito,& in libellum deducta poteſt pro actore ferri ſnia:ergo ſi feratur,nocet in iſta cauſa,ut no.per gl.in d.l.non poteſt videri.de iud.& per Bar. ).eo.tit.l. & an eandem.§.actiones.Item dico,ꝙ iſtud primum habet locū, qñ ſuperuenit de nouo,ēt ſi ſit talis quæ retro fingatur,ſi ſuperuenit poſt latam ſniam,vt in l.grege.§.ſub conditione.de pign.ſi tpe lit.conte.non ſuberat,nec habebat dñium,& hoc vr̄ hic Bar. ſentire.Si uero tpe lit.conteſt.dominium habebat,& poſt conteſtationem ipſum perdidit,deinde acquiſiuit,tunc diſtingue, vt hic in ij. parte,ꝙ aut reacquiſiuerat illud idem dominium, & ex ea cauſa quæ retro fingitur,& obſtat excep.ut hic in ver. niſi forte, ſiue illa cauſa ſuperueniat lite pendē.ſiue poſt latam ſniam. Aut illud erat dominium nouum,& cauſa noua,& tunc ſecus,vt hic in verſi.& ideo ſi forte,vbi ēt loquitur quando cauſam non fingit retro, qa in legatis conditio exiſtēs,retro non trahitur,vt no.in l.j.ad Sillan.
5 ¶†In gl.mag.ibi.{rem tuam quam petiiſti, & victus fuiſti qa non probaſti,}ſcire debes, ꝙ ex tali ſnia actor non probat dominiū, nec reus acquirit,licèt acquirat exceptionem,ut no ).eo.l. excep. ſicut in re quæ dimittitur ex cauſa tranſact.ut l.ſi pro fundo. in fi. C.de tranſa.Si ergo res ad actorē reuertatur,& ſic reperiat ſe dominum & poſſeſſorem,poteſt alteri vēdere,& dñium transferre. Et deinde ab illo eodem in quem tranſtulit reemere,& de nouo acquirit,& hoc eſt quod ).voluit gl.& quouſq ipſe vel emptor, eius ſunt in poſſeſſione,ſi ille qui vicit,& fuit abſolutus, vellet ipſum moleſtare,poſſet ipſe actor & tunc poſſeſſor ſe defendere & probare ſe dominum,licèt in alio iudicio probare nō poterit, qa venit contra ſniam,& hoc facit ſe defendēdo, & hæc per ea quæ habentur in tex.& gl.in l.Iulianus.de cond.indeb. & tetigi ſ.ea.l.§. deniq Sed ſi cadat a poſſeſſione,& reuertatur ad eundē reum q primo vicit,eſt qō. An ipſe actor, qui fuit olim agere poſſit iterum ratione dominij nouiter acqſiti ab illo qui acqſiuerat prius ab eo poſt ſniā.& glo.hic & bñ,tenet ꝙ non, quia ſicut nocuiſſet iſta ſnia ipſi actori volēti iterum moleſtare reum per viam agēdi, vt dixi in d.§.deniq . ita nocebit actori habenti poſtea cauſam ab eo,ut ).ea.l.§.fi.& ſ.prox.§ de pig.l.ſi paratus.§.fi. & per ɔ̄ñs eidē actori vo ēti agere ex dñio acquiſito ab illo, cui ſnia nocebat, obſtat exceptio.Secus ſi ille habuiſſet cauſam ab eo añ ſniam latam, vt in vlt.q.gl.& quod not.in d l.ſi paratus.§.fi.C. de pig.l.ſi præſes.

1 *Seruitus itineris diuerſa eſt a ſeruitute actus, ideo ſuccumbens in prima non repellitur a petitione ſecundæ.*
2 *Quæ dicatur pars ſubiectiua, & quæ integralis.*

1 **§. Si quis iter.** ¶ † Seruitus itineris diuerſa eſt a ſeruitute actus, ideo ſuccumbens in prima nõ
repellitur à petitione ſecundæ. h. d. ¶ In tex. ibi, {petierit} ſupple, &
ſuccubuerit. In tex. ibi, {actum petat, } ſupple, qui plus importet q̃
iter, vt l. j. §. de ſer. ruſt. præd. ¶ In gl. mag. circa prin. ibi, {hic ex diuerſa
ſa cauſa, } Vel dic, ꝙ poteſt intelligi etiam quando ex eadem cau-
ſa, puta in prima petitione dixi, ꝙ tali menſe, & tali die, conſtituiſti
mihi ſeruitutem itineris de fundo tuo, ad fundum meum, & ſuc-
cubui, quia non probaui, poſtea volo dicere ꝙ illa conſtitutio fa-
cta illo menſe, & illo die non fuit conſtitutio itineris, ſed actus, &
ſic ago ex ead. cauſa remota, tamen ad diuerſam rē & diuerſum
ius, & hoc vult dicere iſte tex. Sed in ꝯrio non agebatur ad ius di-
uerſum, ſed ad idem tamen cum augmento. Certè illud nõ facit
diuerſificari ſubſtantiam, quia illa quæ differũt ſm plus & minus,
non videntur differre in ſubſtantia, ut in l. fi. de fund. inſtr. Debet
tamen hoc intelligi, quando ex ead. cauſa, ſecus ſi ex diuerſa, vt j.
eod. l. ſed an eadem. in prin. & iſta eſt uera ſol. & facit l. in delictis. §.
ſi detracta. ſ. de noxa. vbi obſt. excep. ſi petitur eadem rēs, licèt cũ
diminutione, uel augmento qualitatis, vt etiam not. j. eod. l. & an
eadem. §. actiones. & etiam in prin. gl. quę incipit, {pro communi
2 vtilita. } ¶ † In gl. ibi {hic pars ſubiectiua non integralis. } Iſta gl. non
bene intelligit quæ dicatur pars ſubiectiua, & quæ integralis. Nã
ſubiectiua dicitur illa ad cuius poſitionem ſequitur poſitio totius
vt eſt genus, quod ſe habet, vt totum, & ſpecies quæ ſe habet, ut
pars, & ad poſitionem ſpeciei, puta, hominis, ſequitur poſitio ge-
neris, ut puta, animalis, qa ſi homo eſt, ergo animal eſt, ſed non ſic
econuerſo, ad poſitionem generis ſequitur poſitio ſpeciei, ut l. ſi
quod eam interemptam. de lega. 3. Sed in parte integrali eſt totũ,
& econuerſo, quia illa dicitur integralis ad cuius poſitionem nõ
ſequitur poſitio totius, vt paries, quo poſito nõ ponitur domus,
ſed econuerſo ſic, vt no. de his in l. rectè dicimus, de verborum ſi-
gni. ſed iter non ſe habet, vt pars ad actum, nec vt ſubiectiua, quia
non ſequitur, iter eſt, ergo actus eſt, cum ſit ſeruitus diuerſa, licèt
ſit verum dicere, ꝙ actus habeat in ſe commoditatem itineris, &
etiam vltra. ¶ In glo. ibi, } perinde eſt ac ſi primo totum, & poſtea
partem. } non quod ita ſit, quia iter non eſt pars actus, immo eſt
ſeruitus diuerſa, vt hic, ſed ex eo, quia minus continet, q̃ ſeruitus
actus, & ideo aſſimilabitur parti. Et ex hoc ſequitur. ꝙ licèt non
valeat ſecunda ſtipulatio, quando primo ſtipulor totum, poſtea
partem, quia nullius eſt vtilitatis, bene tñ valet qñ primo ſtipulor
actum, poſtea iter. licèt per hanc ſecundam non fiat nouatio pri-
mæ. Et hoc eſt, quod voluit gl. in l. quod ſequitur, & quod no. in l.
qui bis idem. & l. ſi dari. de uerb. obli. ¶ In fi. gl. ibi. {nõ formalem. }
ſi ergo primo petij fundum, & ſuccubui, poſſum poſtea petere
vſumfruc. formalem, quia videor petere rē diuerſam, & non par
tem eius, quod primo petij, licèt enim fundus conſtet ex ꝓprie-
tate, & vſufructu. hoc eſt uerum de vſufructu cauſali. Et ideo qui
petijt fundum, & ſuccubuit, non poteſt poſtea petere vſumfruc.
formalem, quia peteret partem eius, quod primo petiit, & ita loq
tur l. ſi quis argentum. §. ſi quis fundum. j. eo. ſecus ſi peto vſum-
fructum formalem, quia non eſt eadem res nec pars eius.

---

1 *Sententia lata cõtra defenſorem, uel pro eo, an noceat uel proſit illi quem defendit, niſi ipſam ratam habeat, & an mittatur executioni contra defenſorem, & quid in coniuncta perſona, ſi agat, uel defenderet ſine mandato.*
2 *Poteſt quis ratificare ſnĩam latam pro ſuo falſo procuratore ad ſui utilitatem, ſicut latam contra eum ad damnum ſuum.*

**§. Hoc iure vtimur.** Ex parte actoris dr̃ in iudi-
cium deducere nõ ſolum
ille ad quem pertinet res, quę petitur, ſed ẽt eius legitimus adminiſtrator, vel uerus procurator. Et ſnĩa lata ꝯ eos nocet ei ad quem
res pertinet, tanq̃ ꝯ ipſum lata ſit. ſed ex parte rei vr̃ in iudiciũ de-
ducere etiam defenſor ſine mandato. h. d. ſm intel. quem puto ve
1 rum, † & hic no. ꝙ ſnĩa lata ꝯ defenſorem, vel pro reo, noceat, uel
proſit illi quem defendit, niſi ipſam ratam habeat, ſed ex eo, quia
prodeſt actori, ẽt in re petita, quia mittitur executioni ꝯ defenſo-
rem, ut in l. Plautius. ſ. de proc. ſuper ea re uel eius æſtimatione, &
hoc reſpectu dr̃ res in iudicium deducta per defenſorē, & ex par
te actoris non ſic, quia agat ſine mandato, & feratur ſnĩa pro eo,
non prodeſt ſibi quantum ad rem petitam, nec reſpectu eius, qui
egit cum ad illum non pertineat, ideo ſi iterum ageretur, poſſet
reus ipſum repellere non ex virtute illius ſnĩæ, ſed quia ius nõ ha-
bet, nec ẽt prodeſt ſibi quantum ad illum cuius nomine egit, qa
ille non dedit mandatum, & hoc reſpectu non dicitur res in iudi-
cium deducta, quia ſententia lata ſuper ea, non prodeſt ei ꝓ quo
lata eſt, & ita intelligendo ceſſat dubitatio gl. mag. quæ licet multa
verba dicat, tamen non ſatisfacit diſtinctioni quam Iuriſcon. uult
hic facere inter perſonas interuenientes ex parte actoris, & inter-
uenictes ex parte rei, & vult ꝙ primæ non dicantur deducere rē
in iudicium, niſi habeant mandatum, ſecundæ ſic. Sed verba glo.
non tendunt ad hoc, ſed ad aliud, ſ. ꝙ ex parte actoris non admit
titur quis ad agendum, niſi conſtet ꝙ habeat mandatum, & ſi cõ
ſtat, ꝙ non habet etiam cum cautione de rato non admittitur, ut
l. Pomponius. §. fi. de procu. Sed ex parte rei, etiam ſi conſtet non
hēre mandatum, admittitur, dummodo ſatiſdet. de iud. ſol. Certè
non fuit intentio iſtius tex. velle facere iſtam drĩam, quia nec per-
tinet ad naturam tit. ſed ſolum an dicatur res in iudicium deduci,
vt ſic ſnĩa noceat, uel proſit ei pro quo venit ad iudicium, iõ intel
lige, vt dixi, & remanet intell. clarus. ¶ In gl. j. ibi, non ſic in coniun-
cta perſona, quia licet illa habeat mandatum a lege, vt agere poſ-
ſit pro coniuncta, ut in l. ſed & hæ. in prin. de proc. ſicut habet tu-
tor, & cura. tñ non habet adminiſtrationem legitimã bonorũ cõ
iunctæ perſonæ, ideo ſententia lata contra eã nõ facit præiudiciũ
ei cuius nomine egit, niſi eam ratam habeat. in l. 4. §. ſi forte. j. iudi.
ſol. & no. ſ. eo. l. iiij. in gl. ſed lata ꝯ tutorē vel curatorē bene nocet
3 pupilo vel adulto, vt hic. ¶ † In gl. iij. ibi, { noceat & proſit. } no. iſtã
gl. in iſto verbo { & proſit. } quia ſemper alleg. ꝙ poteſt quis rati-
ficare ſententiam latam pro ſuo falſo procuratore ad ſui vtilitatē,
ſicut lata ꝯ eum ad damnum ſuum, de quo vltimo non eſt dubiũ
per l. licet, ſ. de iud. vide Imo. & alios in c. cum in iur. de offi. deleg.
in xiij. col. & in c. mand. de procu. Sed de primo erat dubium, qa
videtur dare materiam malignandi, quia ſi ſciuero aliquem age-
re nomine meo, & tanquàm procuratorē meũ, tacebo, quouſq;
ſententia erit lata, & ſi feratur contra eum, non ratificabo, ſi pro
eo ratificabo, & ſic eſt in poteſtate mea, facere iudicium eluſoriũ,
vel non. Et propterea hoc dicit Pet. ꝙ non poſſum ratificare, poſt
q̃ ſententia eſt lata pro reo. Sed debeo ratificare antequam ſit
lata: & ſic tempore quo erat dubium pro quo eſſet ferenda, &
ita intelligebat d. l. de iud. vt no. Cy. in l. ſi tuto. C. in quib. cau. in in-
teg. reſti. non eſt neceſſ. Et dicit, ꝙ eſt ibi quædam gl. quæ videtur
hoc voluiſſe, dum dicit, ꝙ ſi lata eſt pro falſo tuto. poteſt pupil. de
iure ſpeciali ratificare: ergo de iure communi lata pro falſo procu
ratore per alium q̃ per minorem ratificari non poteſt, quia ſi ibi
eſt ſpeciale, ergo in ꝯrium eſt ius commune, vt l. j. §. fi. ad munici.
Sed iſta glo. vult expreſſe contrarium, & eam tenet Bar. hic, quia
iſta ſnĩa non deficit, niſi ex parte conſenſus domini, & de natura
conſenſus eſt, ꝙ quandocunq poteſt adhiberi tam ante, quàm
poſt, ut no. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. de acquir. hær. & hanc
partem vr̃ ſequi Bal. in d. l. ſi tutor. in quib. cau. in integ. reſtitu. non
eſt neceſſ. & hoc eſt uerum, qñ nunq̃ habuit mandatum. Si uero
habuit, & fuit reuocatum, an poſſit ratificare ſnĩam poſtea ꝓ eo
latam? Bar. in d. l. diſpenſatorem de ſol. vr̃ tenere ꝙ ſic, ſed Inn. in c.
ex parte decani. in fi. de reſcri. vr̃ dicere hoc verum, niſi reuocatio
ꝑueniſſet ad notitiam eius. Bal. aũt in l. falſus. C. de furt. in 2. vel 3.
q. diſtinguit, quare fuerit reuocatio facta, an reſpectu actus, quia
voluit actum reprobare, & poſtea non poteſt approbare, an re-
ſpectu perſonæ, vel mandati, & tunc ſecus, dic vt ibi.

**§. Si quis** Hominem. ¶ Filius in poteſtate poteſt acquire-
re patri excep. rei iud. h. d. Et declara, ut in gl. ſm
primam lect. gl. no. ꝙ ſicut ſententia lata pro principali debitore,
prodeſt fideiuſſ. vt ſ. ti. j. l. exceptiones. §. rei aũt. ita lata pro filio ſu-
per actione qua ipſe tenebatur, ut principalis, ꝓdeſt patri in actio-
ne de peculio, quia loco fideiuſſoris habetur, ut l. cũ filius. de ver-
borum obl. Ex ſecunda lect. gl. not. ꝙ licèt ſnĩa lata pro defenſore
non proſit defenſo, niſi ratam habeat, qñ non habuit mandatum
vt no. in præcedēti §. iſtud eſt uerum, niſi defenſor eſſet in poteſta
te ipſius defenſi, quia tunc ipſi acquirit, etiam ſine alia ratihabitio-
ne, vt hic iuncta l. ſeruus vetante. j. de verborum oblig.

---

1 *Sententia lata pro me, an proſit illi qui cauſam habuit à me titulo ſingulari.*

1 **§. Si egero.** ¶ † Snĩa lata contra me nocet ei, qui poſtea
cauſam habuit a me, ſuper eo ſuper quo la-
ta eſt, niſi ratione noui facti. Sed ei qui cauſam habuit ꝑ prius, nõ
nocet. h. d. vſq in fi. l. & primo loquitur in vēditore, & emptore,
poſtea in debitore & creditore: cui debitor pignorauit rem, ſup
qua iſta erat ſnĩa contra ſe. Quid aũt ſi ſnĩa ſit lata pro me vtrum
proſit ei qui cauſam habuit a me titulo ſingulari? & videtur adhi-
benda ea. diſt. An habuerit cauſam ante uel poſt, ut no. glo. ſupra
eo, l. ſi à te. §. fi. in gl. ſed contrarium eſt uerum, nam etiã ſi habuit
cauſam ante ſnĩam & ante litem inchoatam, ſi tamē intereſt mea
ꝙ ſibi proſit, quia tenetur ſibi de euictione, prodeſt ꝑ ea quæ ple
nè habētur, & no. in l. cum vir prædium. ſupra de vſuc. ꝑ Barto. &
facit l. ſi tibi. §. pactum conuētum. ſupra de pact. Item quod hic di-
citur, ꝙ ſi lata eſt contra me, poſtq̃ ille habuit cãm a me, ſibi non
nocet, ut in d. §. item ſi rē. Itē procedit qñ ille habuit cauſam a me
ante ſnĩam, & añ lit. inchoa. ſecus ſi poſt cauſam inchoatam, licèt
añ ſnĩam, qa eſt res effecta litigioſa, & tunc tranſit cũ uitio, & hoc
voluit hic gl. q̃ incipit { q d ergo ſi an. } ¶ In text ibi { non nocet } ſup-
ple, & ꝓdeſt, nã exceptio nocet ei q emit ab eo, & obtinuit. ¶ In
tex. ibi { itē ſi rē quàm a te petierat Titius, } ſupple, & ſuccubuerat.

## LEX XXI.

**C**Vm quæritur. ¶No.hic ꝙ ad hoc, vt dicatur eadem cauſa, & ſic obſtet exceptio, requiritur triplex identitas, ſ.rei, vt eadē res corporalis, vel incorporalis petatur tunc, quæ fuit primo petita, & identitas cauſæ. Itē identitas perſonarum, & altero deficiente non ob.exceptio. Adde ꝙ ēt ſi petatur res diuerſa, tñ venit in iudicio replicatiuè illud, quod fuit in iudicio primo terminatum, & adhuc dr̄ eadem cauſa, vt ſ̈.eo.l.ſi quis cum totū. §.planè.& §.ſi ancillam.& patet ex not.ſeq.§.per gl.

## LEX XXII.

1 *Actio perſonalis ſimpliciter propoſita reſtringitur ad cauſam in proſecutione deductam. ſecus in actione reali.*

2 *In actione reali non habeo neceſſe exprimere in libello cauſam remotam ex qua res mea ſit, ſed bene proximam, ut quod mea ſit, & quid in proſecutione. & nu.3.*

*Quid in actione perſonali.*

3 *Expreſſio cauſæ remotæ poteſt fieri per verba præteriti temporis, ſed cauſæ proximæ debet fieri per verba præſentis temporis.*

4 *Si actor egit ex aliqua cauſa, quæ adhuc locum non habebat, ſed incœpit habere locum lite pendente, an poſſit obtinere ſententiam ex illa.*

1 **E**T an eadem. ¶†§.Actiones. Actio perſonalis ſimpliciter propoſita reſtringitur ad cauſam in proſecutione deductā, ſecus in actione reali, h.d.in effectu iſte §.ſubtilis, & vulgaris ſ̄m intelligentiam gl.& Doct. ¶Et iſta differentia colligitur ex alia quæ ponitur in fi.§.quia eadem res poteſt ab eodem, & eidem deberi ex pluribus cauſis concurrentibus, etiam diuerſis temporibus, vt colligitur ex legibus alleg.in gl.ij.& ideo ſi ſimpliciter, vel generaliter egi actione perſonali ad talem rem mihi debitam, non exprimendo cauſam, ex qua erat debita, ſi poſtea in proſecutione, & in articulis exprimo, generalitas illa reſtringitur ad illā cauſam expreſſam, quia per ſequentia declarantur & reſtringuntur præcedentia.ut l.vxori.de leg.3.in §.fi.& l.qui non militabat.§.Lucio.de hære.inſti. & iſta reſtitutio poteſt fieri commode, quia ex illa cauſa expreſſa poterat deberi, & ſi in ea ſuccumbat actor poterit agere ex alia, non expreſſa, quia etiam ex illa poterat deberi, & ideo ad remotionem vnius non ſequitur remotio alterius, vt hic in verſ.nec villa. Sed eadem res non poteſt eſſe mea ex diuerſis cauſis concurrentibus diuerſis temporibus, vt hic in fin.& l.3.§.ex plurimis.de acquir.poſſ.& ideo ſi egi ſimpliciter, & gn̄aliter pro re tanquàm mea, non exprimēdo cauſam ex qua erat mea, videor ſenſiſſe de ſola illa ex qua eſt mea, & ideo ſi poſtea proſequor vnā cauſam, & ſuccumbo, præſumitur ꝙ ex illa non ſit mea. Si ergo volo agere ex aliena, nō admittor, quia poteſt mihi dici. Aut ex iſta, quam nunc intentas, es dominus, & illam videris deduxiſſe in j.lib. ideo imputetur tibi quare non fuiſti eam proſecutus, & non probaſti. Aut ex iſta non es dn̄s, ſed ex illa, quam fuiſti proſecutus, & tunc ſimpliciter non debes admitti, nec ex illa, quia ſuccubuiſti, nec ex iſta, quia ex ea non es dn̄s, ideo non ſic generalitas libelli iſto caſu reſtringitur ad cauſam proſecutam, ſicut in actione perſonali, in qua non ſic poteſt mihi obiici, quia poſſum rn̄d. ꝙ ex illa quā fui proſecutus, erat mihi debita, & eſt etiam debita ex iſta, & q̄ volui in libello deducere, niſi illam. Et hoc apparet ex ꝓſecutione mea, per q̄ declarat̄ mea voluntas, in hoc ſtat difficultas iſtius §.in qua
2 laborat gl.mag.quæ incip.{ratio eſt iſta.}¶†Eſt tertia dr̄ia, quia in actione reali non habeo neceſſe in libello exprimere cauſam remotam, ex qua res ſit mea, puta ꝯctum, vel quaſi, ſed ſufficit exprimere cauſam propriam, alias proximā, puta, ꝙ eſt mea, vt eſt tex.hic in ver.dum dicit, {non expreſſa cauſa &c.} licèt in proſecutione debeam exprimere, vt dixi ſ̈.eo.l.ſi mater.§.denique. ſi reus hoc petat, alias procedit libellus ſine expreſſione certæ cauſæ, ſed in actione perſonali, eſt totum econuerſo, quia neceſſe habeo exprimere cauſam remotam, puta, ꝯctum vel quaſi ſine qua reus non poſſet deliberare, an vellet cedere, vel contēdere, vt in l.edita.C.de eden.dum dicit {ſpeciem futuræ litis.} & not.ſ̈.de eden.l.j.in prin. Nam ſic habeo neceſſe exprimere cauſam proximam, puta obligationem, nam ſufficit dicere, ꝙ tibi mutuaui centum, & petam te condemnari, licèt nō dixerim ꝙ ad illa ſis obligatus cū hoc ſequatur præſumptione iuris, ex eo qđ primo dixi, ergo &c. vt l.oēs.§.Lucius.ſ̈, quæ in frau.cre.licèt Cy. ſuper hoc arg. multa dixerit, & alleg.in ꝯrium, ꝙ requiratur expreſſio cauſæ proximæ in d.l.edita, in ij.q.ſed tene, qđ dixi, & illud eſt in vſu, nō tamen q̄n
3 poſſit exprimi. † Et aduertendum, quia expreſſio cauſæ remotæ poteſt fieri per verba præteriti temporis, quia in præteritum locū habuit, ſed expreſſio cauſæ proximæ debet fieri per uerba præſentis temporis, tam in reali, quia debeo dicere, ꝙ res eſt mea hodie, q̄ in perſonali, quia ſi volo exprimere, licèt non tenear, debeo dicere, ꝙ es mihi obligatus. Si autem fieret per verba præteriti tp̄is, puta, ꝙ ſemel fui dominus, vel fuiſti mihi obligatus, volēs inferre, ꝙ per conſequens hodie præſumor dominus, & præſumeris obligatus, ſi non apparet ꝯrium talis libellus eſſet ineptus, quia haberet vim cuiuſdam excluſionis. nam aſſerendo de tp̄e præterito, videor negare de præſenti arg.in l.pater filium.§.fundum. de leg.3. & ita no.per Bar.ſolenniter in l.certum.§.ſi fundum.ſ̈. de confeſſ. & fuit originaliter dictum Petr.ut refert Cy.in d.l.edita.in 2.vel 3.q. Et quid iuris ſit in actione reali ſimpliciter propoſita? dixi in l.ſi mater.§.eandem. Sed in actione perſonali ſimpliciter propoſita, quatuor ſunt caſus conſiderandi. ¶Primus eſt, quando etiam ꝓſecutio fuiſſet generaliter & ſimpliciter facta, & etiam ſn̄ia fuiſſet generalis, & tunc nocet in omnibus cauſis, quæ poterant ſub illa petitione includi, ſiue eſſet propoſita vna actio generalis, vel vniuerſalis, vt tute.pro ſol.nego.geſt.& ſimiles.ſ̈.pro ſocio.l.arbiter, quia tunc nocet in omnibus capitulis, quæ poſſunt in illa adminiſtratione includi, ſiue fuerit actum generaliter ad diuerſas res, vel ſn̄ias, dicendo, ꝙ erat mihi obnoxius in diuerſis ſummis & quantitatibus, aut rebus ex diuerſis cauſis nullam ſpecificando, quo caſu omnes videor in libello deduxiſſe, vt in l.fin.de anna.except. Nam ex quo omnia ſunt generalia tam libellus, quàm proſecutio, quàm etiam ſn̄ia, non eſt dare rationem quare debeat fieri reſtitutio magis ad unam, q̄ ad alteram, ideo ſi reus fuit abſolutus, non poteſt iterum conueniri ēt ex aliqua cauſa præcedente. iuxta no.in l.j.in prin.de eden.& etiam in fi.in tranſactione generali ſi p̄ceſſit petitio & proſecutio generalis, ut not.in l.age.C.de tranſac. ¶Secundus caſus eſt, quando proſecutio & ſententia fuit ſpecialis, & tunc non nocet in alia, quia generalitas libelli ad illam ſolam reſtringitur, ut in hoc §.& dic, ꝙ non nocet ipſo iure, & ēt de rigore. Sed ſi vellet agere ex illa eadem bene noceret, etiam ſi cū adiectione nouæ qualitatis, vel etiam detractione, & ita loquitur l.in delictis.§.fi.de noxa.alle.hic in gl.2.in fi.pro contraria, niſi ex bn̄ficio reſtitutionis in integrum propter iuſtam ignorantiā, ut l.habebat.in prin.de inſtito. ¶Tertius caſus eſt, quando proſecutio fuiſſet ſpecialis, ſed ſn̄ia generalis, ſicut & libellus, & tunc aut omiſit proſequi alia ex certa ſcientia, & ex dolo, & perinde eſt ac ſi fuiſſet proſecutus, & ſic nocet in omnibus, vt eſt caſus qui non eſt alibi ſ̄m Bar.in l.de rebus.ſ̈.de arbi. Et aduertendum, quia hoc non habet locum in caſu præcedenti, quando proſecutio, & ēt ſn̄ia fuit ſpecialis, ſed ſolum quando proſecutio ſpecialis, & ſn̄ia generalis, & ita limita dictum Bar. Aut omiſit non ex certa ſcientia, & tunc mero iure nocet ſn̄ia in non proſecutis, ſed de æquitate nō, & ſic datur replicatio, & iſte eſt caſus.C.de iud.l.licèt. & iſto modo intellige gl.j.hic in fi.dum allegat illam l. & dicit non obſtare ſn̄iam in effectu, quaſi dicat de æquitate, ſed bn̄ obſtat de rigore. Nam procedit in hoc caſu non in p̄cedenti, quando proſecutio, & etiā ſn̄ia fuit ſpecialis, quia tunc ipſo iure non nocet, ut dixi, ſicut nec tranſactio ſpecialis ſi ēt proſecutio fuit ſpecialis, in d.l.age.C.de trāſa. differt ergo iſte caſus in duobus a ſecundo caſu, ut ex prædictis patet. ¶Quartus caſus eſt, quando libellus eſſet ſpecialis, & ēt proſecutio & ſn̄ia, & iſte caſus non h̄ret dubium, quia non eſſet eadem cauſa, ut in principio huius l. & iſto ēt modo poteſt intelligi primus caſus huius §.ſ̄m quoſdam, tunc non eſſet bona comparatio de actione perſonali ad realem, ideo intellige, ꝙ perſonalis
4 fuit generaliter propoſita ſ̄m intellectum gl. ¶†Vltimo iſti tex.loquūtur, quando actor ſuccubuit. Sed quæritur quid ſi adhuc nō ſuccubuit, & agit actione perſonali, vel reali ex aliqua cauſa, quæ adhuc locum non habeat, ſed incœpit habere locum lit. penden. utrum poſſit obtinere ſn̄iam ex illa? & breuiter eſt diſtinguendū. Aut ſuperuenit ex cauſa de præterito, & pōt, ut l.ſi rem.§.fi.de pigno.acti. nam ibi egit ex contractu præcedēte, ex quo tñ non erat adhuc orta actio, quia non erat pœna ſoluta, ſed fuit ſoluta lit. pē. Et ideo ſi quis ageret ex ꝯctu conditionali, vel ēt ex legato pendēte conditione, & lit.pēd. exiſteret cōditio, d̄ret obtinere, licèt male egerit a prin. Nec curo trahatur retro conditio, uel non, q̄a ſufficit, ꝙ ex cauſa præcedēte lit. cont. egerit. Si aūt cā non p̄ceſſerit, ſed incepit h̄re originem poſt lit.cont.& tunc aut fuit actū ex aliqua cauſa ſp̄aliter in libello deducta & expreſſa, & non poteſt obtinere, licèt noua interpellatione opus eſt, ut in l.non pōt videri. de iud. Aut gn̄aliter nulla expreſſa, quia dixi me dominū talis rei, cum adhuc non eſſem, ſed lit.pend. peruenit ad me dominium, & tunc ſ̄m legiſtas, adhuc idē, quia ſup iſto dominio, & ſup rei uen. quæ oritur ex illo, non poteſt dici lis fuiſſe conteſt. cum tunc non competeret per l.non quēadmodum.ſ̈.de iud.& ſn̄ia non poteſt valere ſup eo, in quo lis non eſt conteſt. cum ſit de ſubſtātialibus, ut no.in l.prolatam.C.de ſent. ſed Inn. quartus de æquitate cano. ſtatuit contrarium in d.c.Abbate ſanè.de re iud.lib.6.ꝙ ipſe compilauit, ut poſſit ſequi ſn̄ia pro actore, de cuius deciſione Pet.truffatur, quia non eſt fundata in aliqua ratione iuridica.& fortè non ſeruaretur in terris Imperii, iuxta ea quæ in fi.habentur in ca.fi.de arbi.libro 6.de hoc per Cy.in l.unica.C.de alien.iudic.mutan.cauſa facta cætera uide hic per Bar. qui multum ſolēnizauit iſtum §.

**§.Si quis interdicto.** ¶Succumbens in poſſeſſorio, non prohibetur agere petitorio. hoc dicit, & ad hoc ſemper allegatur, ꝙ ſententia

lata in poſſeſſorio non facit præiudicium in petitorio. Quid econtra, dic per Dy. in regula qui ad agendum circa fi. de reg. iu. & per Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſ. in 3. col. vbi diſtinguit inter poſſeſſorium recuperandæ & adipiſcendæ, vel retinendæ poſſeſſionis.

## LEX XXI.

1 *Ad poſitionem unius cõtrariorum ſequitur deſtructio alterius. Sed ad deſtructionem unius non ſequitur alterius conſtructio.*

2 *Si egi contra te rei uen. pete. hære. pro re uel rebus quas poſſidebas. at non probaui me dominum, vel hæredem, & ſic poteras abſolui, & quia abſolutoria non declarat te eſſe dominum ſi caderes a poſſeſſione illarum, & ad alium peruenirent, quia non poſſes ex ea agere licèt poſſes te defendere aduerſus me ſi poſſideres, an poteris non ſolum obtinere ſent. ẽtiam abſolutoriam, ſed etiam declaratoriam ꝙ ad te pertineant.*

